




P. Galatti


No. _____

Heck, Vienna 7/27/70
30⁰⁰
Cat

3 KP7 / 247

g. Titel, Titel, 2 Ill, 2 Pl, 4 Pl, 7 Ill, 40 K
wie Text, 6 (Hw. gef) K W








GISB. CUPERI
HARPOCRATES
et
MONUMENTA
ANTIQUA

Trajecti ad Rhenum.
ad FRANCISCUM HALMA Acad. Typogr.
ANNO MDCLXXXVII



**GIS B. CUPERI
HARPOCRATES,**

S I V E

*Explicatio imaguncula argentea peran-
tiqua; quæ in figuram Harpocratis
formata representat*

S O L E M.

E J U S D E M

**MONUMENTA ANTIQUA
I N E D I T A.**

Multi Auctorum loci, multæ Inscriptiones, Marmora, Num-
mi, Gemmæ, varii ritus, & Antiquitates in utroque
Opusculo emendantur & illustrantur.

Accedit **STEPHANI LE MOINE**
Epistola de Melanophoris.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud **FRANCISCUM HALMA,** Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXXXVII.

Ulrecht 1687

GISE CUPERI
HARPOCRATES

2148

Explicitio imaginabile dicens per
tunc per ipsum Harpocrates
formis vobis entis

S O L E M

E I U S D E M


MONUMENTA ANTIQVA

I N E D I T A

Moldi Aduerbo facti velle Inuentione, Memento, Nam
qui Cetero, vobis, et Antiquitates in hunc
modum, vobis, et Antiquitates in hunc

Antiquitates in hunc

Antiquitates in hunc



9. H. 2-21:40
1724

TRAJECTI AD RHENUM

Antiquitates in hunc
Antiquitates in hunc



LECTURO.



Non diu te in ipso limine morabor, Lector Candide; & magis tralati-
tiam præfandi rationem sequor, quam ut neces-
se habeam te compellare. HAR-
POCRATEM igitur iterum exhi-
beo, tot tamque variis monumentis
antiquis auctum, ut plane NO-
VVS HARPOCRATES appel-
lari possit. Vera me dicere ipsa te
lectio docebit; & percipies inde non
absque quadam, ut spero, volupta-
te, dignum *Sigalionem* fuisse, qui or-
nator altero natali in dias luminis

L E C T U R O.

oras prodiret. Marmora figuris insignia, Inscriptiones, Statuas, Nummos, Gemmas, ne quid de utriusque linguæ Auctoribus dicam, ad partes voco; atque ut eorum ope illustro nitidam imagunculam, ita illis lucem affundere; explicatis variis, quibus ea decorata est, insignibus, conatus fui. Adjeci **MONUMENTA ANTIQVA INEDITA**, ne Harpocrates exiguitate sua (licet certe exiguus & brevis fatis sit) displiceret; eaque illius esse generis, ut Eruditis placitura sint, mihi promitto & spondeo. Quod si interpretationes meas & emendationes aliquis forte rejiciat; ille saltem fatebitur me editis tam splendidis genuinæ Antiquitatis reliquiis, haud male meritum esse de Repub. Litteraria: & si nec hoc a se impetrare potest, probabit

L E C T U R O.

babit saltem intensam Litteras juvenandi voluntatem. Nihil sæpe certi definitio, judicioque tuo, Lector, permitto, quam sententiam, vel meam vel aliorum, sequi velis: quia istiusmodi res dubitationibus obnoxia sunt; illique semper palmam deberi persuasus sum, qui est optimus vates. Neque enim illud hominum genus amo, qui de rebus dubiis & propter quas alii in hanc, illi in aliam partem faciunt disseffionem, tanquam de certissimis loquuntur; suasque explicationes ut amplectantur alii, omni ope, atque adeo convitiis & criminationibus efficere conantur; nihilque cum Cicerone tam temerarium judicio, quam quod non satis explorate perceptum sit & cognitum, sine ulla hæsitatione defendere. Ego me hominem esse libens confiteor, & humani

L E C T U R O .

ni a me nihil alienum puto : rogoque, Candide Lector, ut æqui bonique confulas, imo veniam des, si alicubi erraiero ; & ut persuasissimum habeas mihi ante oculos versari frequenter Polybii verba, quæ, ut ab Interprete Latinam in linguam versa sunt, suppono : *Ab his qui nos sequentur veniam postulo ; sicubi forte in hoc opere de industria mentitus, aut veritatem sciens dissimulasse compertus fuero, ut acerbe citra veniam spem increpare ne dubitent ; sin vero ignorantia lapsus fuero, veniam indulgeant : Vale, Lector, & hisce fruire.*

GIS.



GISBERTI CUPERI HARPOCRATES.



HARPOCRATI, quem ante decem annos luce donavi publica, iterum admovi manus, ornatioremque eum & comptiorem reddere conatus fui. Nam, ut vulgo dici solet, dies diem docet, & vix manus extrema ejusmodi lucubrationibus accedit; quin novis, quæ quotidie pulcherrima vel e terræ visceribus eruuntur, vel gazophylaciorum liberata custodiis publicantur monumenta, magis magisque jam edita illustrari possint. Ea quin etiam elegantis argumenti fertilitas & fecunditas est, ut, simul hoc stadium ingressus fui, facile perspexerim, propediem mihi de alia editione cogitandum esse. Joannis Smetii, Viri domestico exemplo antiquarum rerum studiosissimi, & mysteriorum divinorum apud Noviomagenses interpretis dignissimi, Musæum HARPOCRATES argenteus exornat. Est enim imago puerilis tota fere nuda, nisi quod ventris & lateris sinistri pars veletur veste, quæ ex zona humero dextro imposita dependet: Capiti imponitur flos loti: a tergo habet alas & pharetram: manus dextræ digito indice premit vocem, & silentia suadet; ex brachio dextro fitula pendet: circa sinistrum lacertum serpens volvitur; manu eadem tenet clavam nodosam, quam spiris suis idem serpens, cui

A

anser,

anser, ut videtur, additur, jungit: a dextro pede sedet cuniculus sive lepus, a sinistro accipiter vel alia avis. Cum animadverterem mira hoc ænigmate denotari, & varia nobis ob oculos poni Ægyptiorum mysteria; recte me facturum arbitratus sum, si diligentiori illud examine excuterem, & inquirerem quid sibi tandem ejusmodi & tam varie ornata imaguncula velit. Neque enim verosimile mihi videbatur, absque ullo consilio res diversas adeo conjunctas esse, ad ornandum puerulum, qui labia digito premit; cuiusque eçtypum, uti ad me missus fuit olim, exhibeo:



Elegantissime certe imaguncula elaborata est, cujus formam satis superque docere puto, illam antiquam, notam Hieroglyphicam, atque adeo Ægyptiorum, quorum superstitio orbem Romanum pervasit tandem, numen esse. Scilicet HARPOCRATES nobis ante oculos ponitur, non silentium tantum digito suadens, verum SOLIS imaginem referens; ad quem ut plerique dii, ita & ille a vesanæ religionis cultoribus relatus est. Hoc ut clare doceam, ab ipso dei nomine, & natalibus, quæque circa eos narrantur accidisse, portentis incipiam; & quasi per gradus & articulos ad ea, quæ symbolum hoc SOLIS nos docet, ascendam. HARPOCRATES igitur in inscriptione veteri apud Gruterum, & Sertorium Ursatum; in alia apud antiquariæ itidem rei peritissimum virum Jac. Sponium in Itiner. & Ignotorum Deorum Aris HARPOCRATES, & Cassiodoro, verbis paulo post laudandis, HARPOCRAS vocatur: videantque eruditi num in vocibus *Alpoca* & *Alpocatis* in Notis Tyronis & Senecæ, ut inscribuntur, Harpocratis nostri nomen lateat; in quibus etiam non ita multo post celebrantur *Insis* sive *Isis*,
Sirapis,

Sirapis, Isis & Serapis, Anubis, Adobis, & Obferis, five Adonis & Osiris. Habebatur filius Ifidis & Osiridis, qui cum ea, post mortem, ut nugantur, rem habens genuit ἡλιόμνον (ex qua voce male Gyraldus, uti notavit Xylander facit *Heliomenum* fratrem Harpocratis) ἢ αἰθενὶ τοῖς κατὰ θεὸν γούσις, *infantiem ante completos menses & dobilem inferioribus membris;* teste Plut. lib. de Ifide & Osiride: Nec fatis habuerunt parentes nobis enarrare; verum etiam in tempus natale inquisiverunt; quod nonnulli censebant esse πρὸ τριῶν χειμῶνας. Nam scribit idem quosdam velle Osirin sepeliri, quando semen terra occultitur, & rursus apparere, quando pullulare incipit: ideo Isin, cum se sentiret gravidam, appendisse sibi phylacterium, sexta die mensis Paophi; & peperisse circa solstitium hybernum τὸν Ἀρποκράτη ἀτελῆ καὶ νεαρόν, ἐν τοῖς προανθεῖσι καὶ προβλαστάνουσι, *imperfectum ac recentem, quod tum primi flores & germina incipiant pullulare.* Et amuletum quidem illud si interpretari volueris, significare φωνὴν αἰληθῆν *vocem veram;* præterea lentium, vel leguminum Harpocrati obtulerunt primitias: διὸ καὶ φωνῶν ἀπὸ φρομένων ἀπαρχὰς ἐπιφέρεισι; & quidem mense Mesore dicentes, γλώσσα τύχη, γλώσσα δαίμων, *lingua fortuna, lingua genius:* puerperiique diem celebrabant post æquinoctium vernum: τὰς ἃ λοχίους ἡμέρας εὐορτάζειν μὲν πρὸ ἐαυτῶν ἰσημερίαν; quæ omnia in libello laudato Plutarchus nos docet. Amisum hunc filium Isis quæsit, & tunc vela navium excogitavit, eoque nomine PELAGIAM cognominari in lapide apud Gruterum vetusto, censent eruditi: Hyginus fab. ultima; *Veliscia primum invenit Isis. Nam dum quærit Harpocratem filium suum, rare velificavit.* Cassiod. lib. v. Variarum c. 17: *Hoc (velum) Isis rati prima suspendit, cum per maria HARPOCRAN filium suum audaci scemina pietate perquireret.* In nonnullis editionibus scribitur *Apochran,* vel *Apocren,* aliique hæc verba laudantes reponunt, *Harpocratem;* sed ego malui minimum a vulgata lectione recedere, quia hoc nomen alterius contractio est, & Suidæ Ἀρποκράτης quidam Ægyptius Ammonii familiaris memoratur: non secus ac in Inf. 5. p. DCCCL. Gruteri M. LOLLIIUS. ARPHOCRAS. Sic ex Antipatro *Antipas,* ex Alexandro Ἀλεξῆς, ex Rufino ῤεφᾶς; ex Apollonio Ἀπολλᾶς, ex Theodoro *Theudas,* notante Vossio V. Cl. lib. 4. Instit. Orat. cap. 1. sect. 5. deducuntur. Alii scribunt Ifidem quæsisisse Orum; haud vanum indicium Orum

& Harpocratem eundem esse. Nam & ille Isidis & Osiridis filius dicitur Diodoro Siculo atque Plutarcho; & quidem Epiphanius c. 106. Ancorati tradit Isidem Ὄρον ἕνα παῖδα unicum filium genuisse; sed cum germanum suum patrem monstrare non potuisse; nec docere propter infame adulterium Isidis, num Osiris, an vero Typhonis filius haberetur. Plutarchus lib. De Iside, quod utique notandum, scribit, ἔτι τῶν θεῶν ἐν γαστρὶ τῆς Ρέας ὄντων, ex Iside & Osiride, qui scilicet Rheæ etiam in utero versabantur, natum esse Apollinem; illaque fabula significari, antequam hic mundus conspicuus fieret, & materiam forma perficeret, naturam sibi ipsam imperfectionis consciam, primum ortum edidisse; διὸ καὶ τὸν θεὸν ἐκείνον ἀνόπηρον ἔσθ' σκότῳ γενέσθαι, καὶ πρεσβύτερον Ὄρον inde Deum illum mancum in tenebris natum esse, & seniore Orum appellatum; quod non mundus erat, sed mundi imago & species; Orum autem ipsum (de quo nempe in præcedentibus egerat,) ὠλισμέον esse καὶ τέλειον, finitum & perfectum. Ubi quod seniore Orum scribit fuisse ἀπήρατον, certe Harpocrati nostro convenit. Eandem de seniore Oro fabulam etiam alibi libro eodem narrat; Ἴσον ὃ καὶ ὄσειν ἐρωήτας ἀλλήλων, καὶ ὄριν γενέσθαι καὶ γαστρός ἔσθ' σκότῳ συνείναι. ἐνίοι δὲ φασὶ καὶ τὸν Ἀρσένειν ἔτω γεγονέναι, καὶ καλεῖσθαι πρεσβύτερον Ὄρον ὑπὲρ Αἰγυπτίων, Ἀπόλλωνα δὲ ἔσθ' Ἑλλήνων: Isidem & Osiridem mutuo impulsos amore, antequam ex alvo matris exirent, in tenebris corpora miscuisse. Ac sunt qui sic natum putant Aruerin, & ab Ægyptiis seniore Orum, a Grecis Apollinem nuncupatum. Patrem præterea Ori celebrat Nigidius in sphaera Barbarica apud Servium ad 1. Georg. 19: Sub Virginis signo Arator, quem Orona Ægyptii vocant: quod Oron Osiridis filium ab hoc (dubito, num rescribi debeat ab hac, ut ad Virginem referatur) educatum dicunt: & quod inservit illustrando Servio Orionis stellam, esse ἱερὸν sidus Ὄρου tradit Plutarchus libro toties laudato. Epiphanius lib. 3. adversus Hæc. memoriæ mandat, senes in civitate Βετῶν nutrire, vel nutricis in modum tractare Harpocratem, eos πρὸς τῇ ἱερομνησίᾳ τὰς φαντασιώδεις τὴν Ὄρη ἐνθεσιάζουσιν ἑπιτελεῖν, initio mensium vel calendis ex visione vel imaginatione ortos instinctus & afflatus peragere a demone coactos; tuncque cirves universos, ac vel decrepitos senes cum adolescentibus iisdem moribus predictis, ac reliquis jam tum ab ipsa pubertate atatis sacerdotibus τὴν αὐτὴν Ὄρη δῆθεν καὶ Ἀρποκράτης, Ori videlicet & Harpocratis, detonso capite,

pite, singulos circumtulisse impudenter *δαλινὸν ὄμα καὶ ὀπινατῆρα* καὶ *παιδαειώδες σῆμα*, *servile*, & *abominandum ac puerile signum*. Certe diligentissimus Mensæ Isiacæ interpretes ut & Gyraldus ex his Epiphaniï verbis docent Buti senes sacerdotes ad instar nutricum Orum seu Harpocratem gestare circumcursantes: & Trifanus Tom. 1. p. 605, arbitratur, Horum, qui sol habebatur, & Harpocratem eundem Ægyptiis deum esse. Et quanquam particula copulativa καὶ apud Eusebium videatur distinguere Orum & Harpocratem, & Isis eum vivo, hunc mortuo conjuge Osiride narretur peperisse, tamen hæc numina non absque ratione eadem esse existimantur, cum quia Diod. Siculus lib. 1. scribit Isidis filium *Orum Titanum insidiis oppressum καὶ νέκρον εὐρεθέντα κατ' ὕδασι* & *mortuum in aquis inventum* (proindeque *questum*, ut de Harpocrate scribunt Hyg. & Cassiodorus) immortalem reddita anima factum; tum quia Plutarchus libro de Is. & Osir. memorat, *Orum enutritum esse a Latona in paludibus circa Bium, quia aquosa & irrigua terra maxime educit exhalationes, quibus siccitas restinguitur*: quod Harpocrati ad amussim, uti ex sequentibus patebit, convenit; & quia tam parum sibi in fictionibus suis constabant Ægyptiï, ut etiam ipsum Osirin, fecerint maritum, fratrem & filium Isidis, quemadmodum testatur Porphyrius apud Eusebium lib. 3. Præpart. c. xi. extremo. Orum autem Apollinem vel solem esse clare enarrant Herod. 2. 144. Ælianus, 10, 14. Julianus Imperator Orat. 4. Horapollo, lib. 1. c. 17. Plutarchus libro de Iside, Eusebius & Porphyrius apud eundem l. 3. c. 6, & 11. Præparationis, aliique. Nec diversa nos docet Macrobius 1, Saturn. 20. *Apud eosdem (Ægyptios) Apollo, qui & Sol, HORUS vocatur, ex quo & hora viginti quatuor, quibus dies noxque consicitur, nomen acceperunt, & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, hora vocantur*. Et ne dicam eruditione præstanti viros nomen *Hori* ab Hebraïca voce, quæ lumen vel lucem significat, derivare, Herodotus 2, 156. & ex eo Athenagoras narrant Apollinem vel Orum & Dianam sive Bubastin Dionysi & Isidis vel Osiridis & Cereris liberos esse: & Diod. Siculus lib. 1. scribit Isidem invenisse immortalitatis pharmacum, eoque filium Orum a Titanibus occisum in vitam reduxisse & immortalem reddidisse, Orumque interpretari Ægyptios Apollinem, qui *πῶ ἰατρικῶ καὶ πῶ μαντικῶ* a matre edoctus, oraculis & medicis

artibus de hominibus bene meritis sit. Male, ut hoc obiter moncam, Tristanus ex his Diodori verbis, Isidem Oro mammam dedisse atque ita reddidisse ἀθανάτην, ejusque rei in memoriam vasculum aureum in modum papillæ rotundatum, de quo lacte, Apulejo teste, libabant, in Isidis pompa fuisse circumlatum, docet. Nam licet Mercurius fingatur educatus uberibus Junonis, atque ita immortalis esse factus, uti scribunt Mart. Capella l. 1, & 2, Hyginus lib. 2. Poet. Astron. & Albricus Philosophus cap. 11: licet Nonnus lac Junonis appellet ἱερὴν ῥαδάμιγγα ποσειδηπτεραν Ὀλύμπιε

divinam guttam, quæ ducit ad cælum; eademque rogetur, ut velit Baccho βατὸν ἀιδερα facere; nihil tamen simile de Iside narrat Diodorus; sed memoriæ tantum mandat eam ἀθανασίας φάρμακον invenisse; eoque filium Orum immortalem reddidisse; quod certe ex poculo, vel absque illo hauriri poterat, quomodo Philologia a Martiano Capella fingitur ebibisse immortalitatis poculum, quod erat quadam globosa animataque rotunditas.

Si igitur Horus idem est cum Harpocrate, constare utique arbitror, hunc etiam Solem referre; quod si forte aliquis probare nolit, malitque distinguere hæc numina; ex iis tamen quæ sequuntur, perspiciet veteres Harpocratem censuisse solem esse. Nam, uti ex gemmis constat, loto insidet frequenter; & Ægyptios infantem ita depinxisse, cum orientem solem exprimere vellent, docet Plutarchus libro de Iside & Osiride; quod non factum, uti arbitratur Tristanus, Tom. 1. pag. 604. quia putabant solem ex loto natum esse, sed quia oriens sol ex humidis accenditur, uti illius verba inspicienti vel obiter patebit: εἰδὲ τὸν ἥλιον, αἰτ, ἐκ λώτου νομίζουσι βρέφος ἀνιχεῖν νεύγιον, ἀλλ' ἕτως ἀναθλῶν ἡλίου ρεάφουσι, πλὴν ἐξ ὕδατων ἡλίου γινόμενον ἀναψιν ἀνιπτόμενοι. Nam & idem in libro, Cur Pythia non reddat oracula carmine, illud fieri scribit, quia sol exhalationibus ali credebatur, idque ex sententia Serapionis, rationem reddentis, quare Delphis ad radicem palmæ a Corinthiis dedicatæ, ranæ & hydri cernantur: Serapio cum dixisset, innuisse opificem, solem nasci & ali ex humore & exhalationibus, sive Homerum is audivisset canentem,

Fam stagnum exoricens phœbea relinquit amanum.

Lampas —

εἴτε Αἰγυπτίους ἑωρακώς δεχθὼ ἀναθλῶν παιδίον νεογνὸν ρεάφουτος ὄππλωτῶ καθεζόμενον: sive Ægyptios vidisset ortum solis exprimere puerulo,

H A R P O C R A T E S .

7

lo, qui loto insidet. Estque apud celebres antiquarios nummus elegans Antonini Pii, in quo puerulus sinistra manu caulem, ut videtur, loto vel aliam rem tenens, dextra ori fere admota silentium suadens, Harpocratis indubitatum indicium, in loto sedet, uti ex ectypo clarius patebit :



In Basilidianorum quoque amuletis (quibus aliquam saltem me lucem daturum arbitror, licet ea neminem intelligere, nisi qui facienda curavit, & frustra illis interpretandis operam dari scribat in epistolis Illustris Scaliger) apud Chifletium Harpocrates digitis os premeus & flagellum vel stimulum tenens supra lotum sedet, vel illi insistit, uti ex gemma quam adjicere visum fuit, apparet :



Quo

Quo schemate nihil aliud quam solem denotari persuasus sum. Basilides enim impietatis & errorum abominandorum scholam, secretorum mysteriorum simulatione Alexandriae in Ægypto aperuit; quemadmodum ex historia Ecclesiastica, & ipsis amuletorum, notante maximo Salmasio libro de annis Climactericis, inscriptionibus constat: & puto infamem illum hæreticum soli, præ cuius numine alii dii tunc temporis fere sordebant, in varias, quibus ab Ægyptiis colebatur, mutato figuras, phylacteriis suis indito vim propulsandi pericula & conservandi adscripsisse. Certe puerulus, qui in gemmis laudatis conspicitur, & instar Harpocratis digito labia comprimit, sol est. Nam loto primum insidet; perque ejusmodi schema Solem eos repræsentasse docet præter laudatos auctores Jamblichus Sectionis VII. cap. 2. de Myst. Ægypt. ubi multus est in explicanda hac nota hieroglyphica, scribitque inter cetera ὁπὴ λωτῶ καθέξεισθαι significare θεῶν id est Solis, qui ita per excellentiam vocatur, eminentiam & potentiam μὴ φάσθαι μηδαμῶς τῆς ἰλύου, ἢ ἡγεμονίαν νοεῶν ἢ ἐμπύρεον ἐπιδείκνυται: deinde radiis ornatur in illis non secus ac in aliis gemmis, Solis itidem indubitatum signum; notissimi sunt Mantuani Vatis versus,

———— cui tempora circum

Aurati bis sex radii fulgentia cingunt

SOLIS avi specimen —————

quo pertinet apud Artemidorum in Onirocritico, quendam somnari solem se factum, & undecim radiis conspicuum per forum ingredi. Flagellum præterea idem suadet; quod si non in gemma quam exhibui (quippe in qua potius cerni videtur instrumentum, quale gerunt in Pignorii mensa Isiaca & in nummis Melitensium apud Abelam & Sponium vel idem Harpocrates, vel diversa ab eo Ægyptiorum numina,) attamen in aliis multis loto insidens tenet Deus; non secus ac sol in Elagabali, Alexandri Severi, Gallieni, aliorumque Augustorum nummis, cum inscript. ORIENS AUG. & SOLI COMITI: & in Basilidis variis gemmis apud Chiffletium. Neque certe alius habitus decebat Deum, qui instar aurigæ currum agitare necesse habebat; prout a Prudentio describitur libro contra Symmachum primo:

Hoc sidus currum, rapidasque agitare quadrigas

Commenti, & RADIOS capitis, & VERBERA DEX-
TRÆ

Et

*Et frenos, falerasque, & equorum pectora anhela
Aris inaurati, vel marmoris, aut orichalci
Fusserunt nitido fulgere polita metallo.*

Artemidorus lib. 2. Onecr. c. 36. memoriæ mandat, solem, non qualis est, sed qualis ab hominibus esse putatur, οὐρανὸν ἔχοντα ἠνιόχῃς, habitu aurigæ ornatum, in somnis visum, bonum portendere athleticis, peregrinari cupientibus & aurigis. Et hinc Macrobius lib. Sat. 1. cap. 23. conjecturatur, Jovem Assyriorum eundem cum Sole esse: *Hunc vero, ait, eundem Jovem Solemque esse, cum ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu dignoscitur. Simulacrum enim aureum, specie imberbi instat dextra elevata cum FLAGRO in AURIGÆ modum: laeva tenet fulmen & spicas, quæ cuncta Jovis Solisque consociatam potentiam monstrant. Nec aliam ob causam Harpocratem nostrum parili habitu, in alia gemma exhiberi cum stella & leone arbitror;*



Nam leo Soli est dicatum animal; hicque radiatus occurrit in nummo Juliae Domnae a Leontopolitis percusso: in alio Caracallae radiatus fulmen tenet, apud Tristanum; & in annulo LXIII. Gorgæi, globum, nullam aliam ob causam, quam quia sol orbem terrarum radiis suis illustrat, eumque a gentilibus regere dicebatur: & in gemma, quam se possidere testatur Smetius in Antiq. Noviomagenfibus, cernitur cum spica, quia sol omnes res calore suo producit. Præterea leo quia, teste Æliano, ἀγρὸν πρυπάδης ἔστι, ab Astrologis Ægyptiis domicilium solis constitutus est; eandem
B que

que ob causam, uti legere licet apud magni Etymologici auctorem, Grammatici censuerunt eum ἐλεμτιν vocari, ἄρχὴ τῶ ἐλλω τῶ δεγ-
 μότητα. Exstant hanc in rem verba Macrobij lib. 1. Sat. Serm. c. 21.
 elegantia, quæ, licet longiuscula sint, adscribere tamen non gravabor:
*Ægyptii animal in Zodiaco consecraverunt ea cœli parte, qua maxime
 annuo cursu sol valido effervet calore; leonisque inibi signum domicilium so-
 lis appellant; quia id animal videtur ex natura solis substantiam ducere:
 primumque impetu & calore præstat animalia, uti præstat sol sidera, vali-
 dusque est leo pectore in priore corporis parte, ac degenerat posterioribus
 membris. Æque solis vis prima parte dici ad meridiem increfcit, vel
 prima parte anni a vere in æstivem: mox elanguescens deducitur vel ad
 occasum, qui diei, vel ad hyemem, quæ anni pars videtur esse poste-
 rior: idemque oculis patientibus atque igneis cernitur semper, ut sol pa-
 tenti igneoque oculo terram conspectu perpetuo atque infatigabili cernit.*
 Porphyrius præterea memoriæ mandat solem appellari ἑῶρον, λέον-
 τα, δεξιόνοτα, ἱέρακα, lacertum, leonem, draconem, & accipitrem:
 eumque leonino capite insignem effingi solere ex Statii Scholiaste,
 aliisque docuit auctoribus Laurentius Pignorius: de quo proculdu-
 bio, quicquid fluctuet Desiderius Heraldus, loquitur Arnobius;
*Inter deos videmus vestros leonis torvissimam faciem mero oblitam mi-
 nio, & de nomine FRUGIFERI nuncupari.* Nam & minium
 adhibitum videtur, licet aliorum etiam numinum statuæ ita fuerint
 ornatae, uti rubrum solis colorem, igneosque sideris radios expri-
 merent; & FRUGIFER vocatur, quia sol frugum, sæcun-
 ditatisque causa præcipua; ipse propterea καρποφόρος, atque καρ-
 πογενέτης appellatus, quemadmodum docuit ad Hist. Augu-
 stam Salmasius. Sic in Albini numismatis Mercurius radiatus so-
 lem refert, addita inscriptione, SÆCULO FRUGIFE-
 RO: Staius libro Thebaidos primo Osirim sive solem non aliter
 appellat; exstatque idem epithetum, & Isidi, ut videtur tribuitur
 in Inscriptione veteri anno hujus sæculi quarto & vigesimo Voor-
 burgi in Batavis reperta, atque a viris doctis edita:

J. O. M. SARAPI
 ISIDI. FRUGIFERO
 CÆLESTI. FORTUNÆ
 BONO. EVENTO.

Nam si salva est marmoris scriptura nec si ad Serapin & FRU-
 GI-

GIFER loco suo motum debet referri, ita Isis vocatur quia utriusque sexus dii habebantur participes, & Isis omnium rerum origo vel vt Apulejus loquitur, *rerum natura parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initiales, summa numinum &c.* habebatur; unde non modo appellatur DEA QUÆ EST OMNIA, & MYRIONYMA; verum etiam FRUCTIFERA in lapidibus vetustis; *corpusque ejus omne continuatis uberibus*, teste Macrobio lib. 1. Sat. cap. 20. *densatum est quia terra vel rerum naturæ altu nutritur universitas; ipsaque vel terra habebatur vel natura rerum subjacens Soli*: quæ verba tamen ostendunt clare, non dixisse Macrobius, id quod video excidisse nonnemi, Isidem pro Sole cultam esse. Et ejusmodi Isidem ego crediderim cerni in gemma quæ cum imaginibus aliis subjicitur Expositioni statuæ Dianæ Claudii Menetrei; quia Ægyptiorum plane fabricam refert, quemadmodum ex Ori statuæ apud Pignorium patet. Nec puto, id quod video placere eruditis, vocem CÆLESTI ad Isidem, verum ad Fortunam debere referri; & designari (nisi tamen quis τὸ Cœlestem absolute poni existimet) Deam, quæ in Africa præcipue culta CÆLESTIS vocatur non solum Tertulliano, Ammiano Marcellino, Trebellio pollioni, Julio Capitolino, Salviano, Prospero; verum etiam in lapidibus vetustis tam apud Gruterum, quam apud Sponium. Nam in his vel CÆLESTIS, vel INVICTA CÆLESTIS vel CÆLESTIS AUGUSTA occurrit; neque hæc quicquam commune habet cum *Bona Dea* Romæ culta, licet in inscriptione Arculi in Italia reperta occurrat, BONA DEA SANCTISSIMA CÆLESTIS. Nam, si placet intelligere *Bonam* Romanorum *deam*, illa *cœlestis* communi epitheto, ut Venus, Diana, Mercurius, & Silvanus; si vero *Cœlestem* Africæ, illa *sanctissima* & *bona* dicetur exemplo multorum aliorum numinum. Et, qui valde hoc monumentum illustrat, Philaster Brixienfis ita loquitur: *Alia est hæresis in Judeis qui Reginam, quam & Fortunam Cœli nuncupant, quam & Cœlestem vocant in Africa, eique sacrificia offerre non dubitabant.* Sed ut ad leonem redeam; optime conjecturat Johannes Macarius figuræ Abraxæ, quam edidit Baronius, leonem apponi, quia solis symbolum animal illud est; & quod magis gemmam laudatam illustrat, ante leonis pedes jacet caput bovis, quia

quia lunę boves tribui solebant : & luna lumen suum a sole accipit. Hinc in nummis Septimii Severi, Caracalę, Julię pię, & Gordiani Luna currui insistit, cui boves juncti sunt ; in alio Panceados urbis Syrię, Diana, quę eadem cum Luna, Ephesia cernitur cum binis ad latera bubus apud Patinum ; & ejusdem deę statua, quam luce donavit publica Claudius Menetreus, capitibus bubulis ornatur. Claudianus quoque & Ausonius currum Lunę a Juvencis trahi affirmant, & Scholiastes Statii tradit, *lunam quę propius tauro adhareat vacca id est bove figuratam fuisse* : quo pertinet, Io in vaccam mutatam esse, & Mithram sive Solem reluctantis tauri cornua in marmoribus, & apud Scholiastem laudatum retinere. Atque ut in gemma laudata bovis caput leoni propter rationem dictam supponitur, ita in alia, quam exhibeo, ante Harpocratem radiis ornatum & loto insidentem cynocephalus stat, quia per illud animal erectum stans & manus in coelum attollens Lunam exprimere solebant, uti legere licet apud Horum cap. 14. Hieroglyphicorum.



Præterea folium Hori vel Solis insistebat leonibus, docebantque ita multa habere similia sidus illud & animal: Idem cap. 17. κεφαλῶν γὰρ ἔχει μεγάλῳ τὸ ζῶον ἢ τὰς μὲν κόρας πυρῶδεις, τὸ δὲ πρόσωπον στρογγύλον, ἢ ὡς αὐτὸ ἀκτινοειδὲς τρίχας, ἢ μίμνησιν Ἡλίου, ὅθεν ἢ ὑπὸ τὸν θρόνον τὰ ὄρε λεόντες ὑποτίθασαι, δεινῶδες ἰὸ πρός τὸν θεὸν τὰ ζῶα σύμβολον. Ἡλιὸς γὰρ ὁ ὄρε δὲ τῶν ὄρων κρατεῖν: Caput enim magnum habet hoc animal, & pupillas ignitas, faciem vero rotundam, & circumquaque radiorum more sparsos pilos instar Solis. Quare & sub solio Hori leones supponunt, hujus animalis cum deo similitudinem maxi-
mā

nam demonstrantes : dicitur autem sol Horus , eo quod horis præsit : & hæc superstitio , quæ totum fere Occidentem & Orientem pervasit olim , videtur etiam Tatarorum animos contaminasse , quippe qui in bracteis vel tabulis , in quibus Imperatorum privilegia scribebantur , sculpebant imaginem leonis cum sole vel luna , vel imaginem grifalchi , aut reliquorum animalium , teste M. Paulo Veneto . Ut autem telam , quam exorsus sum , totam detexam ; alia gemma in qua lotus naviculæ insistit , loto homo armatus & leo , nihil aliud nobis quam solis cultum ob oculos ponit :



Nam & Mithra five Sol in sacris Mithriacis MILES vocabatur vel potius eorum , qui sacris illis initiabantur , aliquis vel plures dicebantur *Milites* ; Hieronymus epistola ad Lætam . *Ante paucos annos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine , cum præfecturam gereret urbanam , nonne specum Mithra , & omnia PORTENTOSA SIMULACRA , quibus Corax , Griphus , MILES , Leo , Perseus , Helios , Bromius , Pater iniuntur , subvertit , fregit , exussit ?* Recte enim videtur Macarius hæc verba interpretari de Sole militis habitu effictio ; præcipue cum adjiciat sese vidisse hominem more militis accinctum gladio , capite leonino , & dextra tenentem ora Medusæ : quam tamen gemmam Chiffletius ad *Persea Solem* refert ; cujus scilicet historiam ex sideris illius natura interpretantur . quemque Ηλιον faciunt Scholiastæ Hesiodi ad Theogoniam ; & ad Lycophronem . Mars quoque , armorum deus , non alius quam

sol est, testibus Macrobio in Saturn. & Juliano Oratione IV; eandemque ob causam Accitanis radiatus colebatur: *Martem*, inquit Saturnalium sermonum scriptor, *Solem esse quis dubitet? Accitani etiam, Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione celebrant, Neion vocantes.* LOTUS, soli dicata, uti mox pluribus docebitur, planta naviculæ infilit; quia solenne Ægyptiis omnes dæmones atque adeo ipsum solem non ἔπι σφεῖ, in solido stabilique, verum ἔπι πλοῖε super navigium statuere, uti docet Porphyrius libro de antro Nympharum, apud quem hujus superstitionis ratio videri potest Eusebius quoque libro 3. cap. XI. præp. Euang. narrat Ægyptios solem interdum representare δι' ἀνδρώπτε ἔπι βεβηκότ πλοῖε, ἔπι κροκοδείλ κειμήριε, per hominem crocodilo impositam navem ingredientem; navemque significare motum in humido, crocodilum vero aquam potui aptam, per quam Sol fertur: plutarchus insuper testis est, in libro, quem de Iside & Osiride conscripsit, eandem gentem commemorare solem & Lunam ἐξ ἀρμασιν (uti scilicet apud Græcos & Romanos fiebat) ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι κειμήριε περιπλεῖν αἰεὶ, non curribus, sed navigiis vectos cursus suos peragere, atque ea re ænigmatische significasse, πῶς ἀφ' ὑγρῆ τροφῆς αὐτῶν κ' γένεσιν, eos humore ali atque procreatos esse: quomodo Philosophi verba, interpreti haud satis intellecta, reddenda sunt. Clemens Alexandrinus libro quinto Strom. Ægyptiorum alios scribit solem ἔπι πλοῖε, alios ἔπι κροκοδείλ effinxisse; & significasse ὅτι ὁ ἥλιος δι' αἰῶν γλυκερῆ κ' ὑγρῆ iter suum absolvit. Nec absque ratione est, quod arbitratur Valesius Henricus, vir eruditissimus ad Dionis Excerpta Antinoum in urbe sui nominis adjunctum sibi habuisse lusorium navigium eam ob causam: Epiphanius in Ancorato: ὁ Αντινοῦ ὁ ἐν Αντινόε κειμήριε κ' σὺν λαβείω πλοῖε κειμήριε ὑπὸ Ἀδριανῆ ἕτως καλετάρη; nisi aliquis malit Scaligerum sequi, arbitrantem, id ideo factum esse quia Antinous, dum per Nilum navigat, periit; quo pertinet doctissimum Epiphanii interpretem hæc verba ita intelligere, tanquam Antinous cum lusorio navigio sepultus sit. Hinc forte est, quod Albricus philosophus cap. VII, de Deor. Imag. naviculam inter comitatum Lunæ vel Dianæ recenset: *Et navicula post cervos cum homine navigante & velificante in mari erat signata:* quod in nummo Domitiani, quem illustravit Nicolaus Obrechtus, ipse, ut videtur, Imperator Isiaci habitu

bitu navi infidet; & quod Manichæus his deliriis imbutus docuerit Solem & Lunam *naves* esse, quemadmodum videre licet apud Epiphanium cap. 10, 22, & cap. 29. Hærescos Manichæorum, nec non Augustinum lib. De Hæresibus; quanquam & olim Heraclito placuerit in cælo esse σκάφας ἐπεσραμμύχας κ' κοῖλον πρὸς ἡμᾶς, *scaphas vel alveos convexos, in quibus coacta lucida exhalationes flammæ elidant, eaque esse sidera*: quemadmodum narrat Hesychius Milesius. Atque talia sibi videntur finxissè gentiles, quia, uti ex Plutarcho docui, solem, lunam, & sidera exhalationibus ali credabant, quod Porphyrius libro de Antro Nympharum, etiam Stoicos habuissè persuasum docet; Plutarchus in lib. de Iside eos scribit censere solem ἐν θαλάττης ἀναπέδου καὶ τρέφεδου; τῇ ᾧ σελήνη τὰ κρηναῖα καὶ λιμναῖα νάματα γλυκεῖαν ἀναπέμπειν καὶ μαλακῶ ἀναδυμιασιν; *e mari inflammari & ali: luna vero a fontanis & palustribus aquis dulcem & mollem submitti exhalationem*: & Zeno apud Laërtium Diogenem Solem ali ἐν τῆς μεγάλης θαλάττης, Lunam ἐν πόλιμων ὑδάτων, reliqua vero sidera ἀπὸ τῆς γῆς; quam in rem etiam videri potest Macrobius lib. 2. cap. 10. in Somnium Scipionis; unde & Tzetzes ad Hesiod. p. 49. ἥλιον *solem*, putat dictum γ. αἰλιοι, ὡς ἐξ ἀλός, ἤγεν θαλάσσης πῶν γένεσιν ἔχων; vel, ut pag. 104. loquetur, πῶ ἀναψιν. Loto præterea tanquam navigii malo insidit cum leone miles; quod illustratur valde a Martino Capella, qui libro secundo de Nuptiis Philologiæ eleganter Solis navigium describit. *Mox studium in solarem laborare circum, quippe se scuplo fatigabat ascensum: qui tonus ac dimidius habebatur. Ibi quandam NAVIM totius naturæ cursus diversa cupiditate moderantem, cunctaque flammæ congestionem plenissimam, & beatam circumactam mercibus conspicatur. Cui nauta septem, germani tamen sui-que consimiles præsidebant: in prora felis forma depicta, Leonis in ARBORE (id est malo) crocodili in extimo videbatur. In eadem rate fons quidam lucis æthereæ arcanis fluoribus manans in totius naturæ lumina ferebatur: uti ea verba emendanda sunt cum Valefio a quo tamen paululum abit Thomas Gale doctissimus vir notis in Jamblichum: quippe qui rescribit. Similes præsidebat in prora felis forma depicta. Porphyrius quoque apud Eusebium lib. v. cap. x. Præpar. memoriæ mandat in εὐχαῖς vel precibus & votis Ægyptiorum Solem vel ex palude limosa emergere, vel ἵππὶ τῶ λωτῶ sedere,*

vel

vel ὅτι πλοῖον ναυίλλειν, aut singulis horis formam mutare: & tandem Jamblichus cap. 2. Sect. VII. Myfteriorum, ſcribit deum vel Solem ὅτι πλοῖε ναυίλλόμενον oftendere potentiam mundi gubernatricem; quia uti gubernator a navī ſeparabilis ejus clavo adſtat, ita & ſol mundum totum regit. Alia tandem earundem Baſilidianorum monſtra apud Chifletium, quæ accipitris, galli, leonis capitibus ſcædantur, in duos angues deſinunt, vel a crure ſerpentes ſunt, uti loquitur Tertullianus in Apologetico, & flagellum plerumque tenent, ad Solem referri debere exiſtimo. Serpentem enim & accipitrem Soli dicata eſſe animalia ex iis, quæ paulo poſt in medium afferentur, conſtabit; gallumque ἡλίας ἱερὸν ὄρνιθα eſſe & nuntiare ſolis ortum, teſtatur Pauſanias libro v. & Plutarchus memoriæ mandat quendam, avem eam manū Apollinis (male interpres *Æſculapium* ſubſtituit) impoſuiſſe, ad denotandum ſolis ortum & matutinum tempus: ὡς περ ἐν, ait in libro de Pythiæ Oraclis, ὁ τὸν ἀλεκτρούονα ποιήσας ὅτι χειρὸς τῆς Ἀπόλλωνος ἐωθινῶ ὑπεδήλωσεν ὥραν καὶ καιρὸν ὅπσις ἀνατλήσας. Pythagoras albo gallo veſci prohibuit, quia ſacer erat lunæ & ſoli: Diog. Laërtius prius docet; utrumque vero Jamblichus: & illius quidem verba ſunt: Ἀλεκτρούονος μὴ ἀπιδωμὶ λευκῆ, ὅτι ἱερὸν τῆς Μηνὸς καὶ ἡέτης: Gallo autem gallinaceo albo veſci prohibuiſſe, quia luna & ſacer eſt & ſupplex. Doctiſſimus Caſaubonus reſcribit τῆς Διὸς, eumque ſequitur Schefferus in erudito libello de Natura Philoſophiæ Italicæ; ſed vulgatam probam eſſe obſervat Galliæ decus Ægidius Menagius; quia Jamblichus etiam memoriæ mandat gallum Μηνὶ ſacratum fuiſſe. Neque tamen putem Μῆνα aut *Menſem Deum* hic intelligi debere, aut eundem eſſe cum Sole. Nam Suidas quidem in v. *πυθαγόρας*, nec non Jamblichus lib. 1. cap. 28. illi ſideri avem hanc ſacram faciunt; ſed ultimus lib. 2. exponens ſymbolum philoſophi octavum decimum Μῆνα & Ἡλίον deſertis verbis diſtinguit; Ἀλεκτρούονα τρέφε μῆνι, μὴ θύε δὲ Μηνὶ γὰρ ἡ Ἡλίω καθεύρωται. Et hinc mihi ſuſpicio oborta, Lunam, non autem menſem ſignificari; lunæque gallum ſacrari, ἵνα τὸ σημαίνεν πῶ ὥραν, ut Jamblichus & Diogenes loquuntur, canendo ſcilicet luna & ſole exorientibus, quemadmodum docet Ælianus lib. 4. c. 29. Anim. Nec obſtat Strabonem Menem Deum & Σελήνην, uti obſervat Magnus Salmalius ad Hiſtor. Auguſtam, diſtinguere; & libro 12. in urbe Dioſpoli

Diospoli scribere Μηνός cerni templum, illudque etiam dicatum esse lunæ: Ἔστι ἡ ἐν τῷ τῆς Σελήνης ἱερόν, *est autem hoc quoque templum Lunæ.* Nam Μῶ & Σελήνη idem numen, sed ille ut mas, hæc ut mulier colebatur, uti satis superque patet ex noto Spartiani in Caracalla loco; & nummis, in quibus Lunus deus occurrit habitu virili circa tergum lunam corniculatam gerens; uti patet ex Valeriani apud Seguinum & Caracallæ apud Patinum viros Antiquariæ rei peritissimos numismatibus; quorum in altero, quod notandum diligenter, gallus etiam dei παρθρός est. Et ita Ægyptii lunam masculino genere exprimebant, ipsaque esse putabatur ἀρρενόθηλος, quam naturam certe μῶ & σελήνη commode exprimebant: locus hanc in rem elegans apud Ammon. in lib. Aristot. de Interpret. Καὶ γὰρ ἄρρενικῶς Αἰγύπτιοι τὴν σελήνην ὀνομάζουσιν εἰώθασιν: ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν γῆν οἶμαι αὐτὴν παράβαλλοντες, ἐχ' ἑαυτὸν ἡλίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ αὐτῆς φωτιζομένην. διὸ καὶ ὁ ἐν τῷ συμποσίῳ τῷ Αἰριστοφάνει λόγῳ, ὅτι μὲν ἀρρενὸν τῷ ἡλίῳ προσήκειν ἔφη, ὅτι δὲ θῆλυ τῇ γῆ, τῇ δὲ σελήνῃ ὅτι ἀρρενόθηλυ. *Nam Ægyptii Lunam masculino genere appellare solent, respectu, ut opinor, terræ, quippe quæ non solum a sole, verum etiam ab ipsa illuminetur: inde & Aristophanes in symposio dicit, masculinum soli convenire, fœmineum terræ, luna vero masculinum & fœmineum genus.* Et hanc arbitror ob rationem Strabonem scribere templum Menis etiam sacrum esse Lunæ, non autem quia hæc numina plane diversa erant, & nihil habebant commune. Nam Luna proprie Μῶ vocatur, quando corniculata est; Cleomenes lib. 2. Meteor. Μῶ δὲ καλεῖται καὶ τέσσαρα σημαίνοντα; καὶ γὰρ ἡ Σελήνη, ὅταν ἢ σιγμοειδὴς τῷ σχηματι μῶ καλεῖται: Μῶ vero vocatur ob quatuor significata. Etenim luna cum figuram litteræ sigma refert, Μῶ appellatur: nam hæc eadem cum corniculata, quia figura litteræ illius apud antiquos fuit, C. Et hæc quidem mea de Menis cultu sententia; quanquam fatear valde eam labefactari per Plinium, qui teste Salmasio, symbolum Pythagoræ vertit *mensi sacrum*; quæ tamen verba necdum mihi, non secus ac eruditissimo Menagio reperta sunt; ut & per nummum Antonini Pii apud Patinum, in quo cernitur Lunus Deus cum gallo, ut videtur, & hæc inscriptio: MENSIS COL. CÆS. ANTIOCH. nisi sit error, id quod etiam doctissimus editor suspicatur, sculptoris, scribique debeat *Col. Cesarea Amiochensis.* Nec, ut e diverticulo in viam,

aliunde explicari debere videntur gentilium, eorundemque hæreticorum somnia, & trium capitum monstra, quæ in gemmis Chiffletianis occurrunt. Medium scilicet locum occupant LEONIS, dextrum latus GALLI, sinistrum EQUI capita, voluminibus draconis inter sese connexa: alibi cernere datur caput EQUI cum ramo, ARIETIS, VIRI BARBATI, & GALLI vel alterius alitis crura: Nam nihil aliud, quam solem, cui animalia illa sacra omnia, designant; eoque pertinet proculdubio Macrobius notare in Saturnalibus, Alexandrinos Serapidis vel Solis imagini signum tricipitis animantis adungere: *Eidem, ait, Ægypto adjacens civitas, qua conditiorem Alexandrum Macedonem gloriatur, Sarapin atque Isis cultu pene ætonia venerationis observat: omnem tamen illam venerationem Soli se sub illius nomine testatur impendere, vel dum calathum capiti ejus insigunt, vel dum simulacro SIGNUM TRICIPITIS ANIMANTIS adjungunt; quod exprimit medio eodemque maximo capite LEONIS effigiem, dextera parte caput CANIS exoritur mansueta specie blandientis: pars vero levia cervicis rapacis LUPI capite finitur: easque formas animalium DRACO connectit volumine suo, capite redeunte ad dei dexteram, qua compefcitur monstrum: quæ breviter ita expressit Albricus Philosophus: Sub pedibus ejus depictum erat monstrum terrificum, cujus corpus erat serpentinum, triaque habebat capita, scilicet caninum, lupinum & leoninum. Quamquam inter se forent diversa, in unum tamen corpus coibant, unam solam caudam serpentinam habentia.* Et ille quidem per leonis caput monstrari scribit tempus præsens, quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu præsentis valida fervensque est; per lupi caput, tempus præteritum, quia memoria rerum transactarum rapitur & auferitur: per canis blandientis effigiem, futuri temporis eventum; de quo nobis spes incerta blanditur. Sed, quoniam hariolari libet, æque commode de diurno Solis cursu, quem ut designarent deum ut puerum, ut juvenem, ut senem effingebant, hoc monstrum videtur posse explicari: & sic leonis caput meridiem, qua sol maxime fervet; canis blandiens ortum, qui certe jucundissimus post exactas noctis tenebras est, & lupus rapax occasum, quia tunc omnia occultantur & quasi rapiuntur, denotabit; nisi tamen quis malit lupo ortum significari, quia prisca Græci lucem quæ præcedit solis exortum *ἀόλη*, & inde Apollinem *Δάκιον*, Macrobio teste,

ste, vocarunt; tuncque caput canis blandientis non incommode notabit occasum, quia ille blanditur & quasi arridet hominibus labore fessis & defatigatis; & ita in aliis gemmis GALLI caput ortum, LEONIS meridiem, EQUI occasum, cum fessus ad stabula vesperi redire soleat, significabit. Atque ex his satis superque clarum esse arbitror, portenta, quæ apud Chisletium & in auctuario Tabulæ Isiacæ possunt videri, nil nisi solem referre, nec aliunde ea videri explicanda esse; quia omnia, quæ in iis occurrunt, fideri illi quam maxime conveniunt, & Basilidem disertis verbis Hieronymus in Amos scripsit, portenta sua ad deum qui in sole est retulisse: *Basilides qui omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Abraxas, & eundem secundum Græcas litteras, & annui cursus numerum dicit in SOLIS CIRCULO contineri, quem ethnici sub eodem numero aliarum litterarum vocant Mithram, & Iberæ ineptia in Balsamo Barbeloque mirantur.* Sed his omissis, ad ipsam imagunculam mihi redeundum esse perspicio. Et habet quidem illa capiti impositum ornamentum exstructum in altitudinem; quod peculiare esse numinum Ægyptiorum, & eorum exemplo sacerdotum variæ apud Laur. Pignorium imagines, nec non sacerdos Isiacus, quem e penu antiquaria viri eruditæ & elegantis industriæ Petri Bellorii, luce donarunt publica Amplissimus Spanhemius, & Clarissimus Leonardus Augustinus: nisi potius omnis ille ornatus florem & fructum loti referat; cum a posteriore parte plane folia conspicere detur oblonga, quæ tamen in loto rotunda fuisse scribit Jamblichus. Quicquid sit, & ne repetam quæ monui, lotum sole oriente sese explicare, occidente vero claudere tradit Dioscorides; & hæc videtur ratio esse quare plantam hanc soli dicarunt, superstitionis ridiculæ homines: *λωτός*, ait lib. iv. cap. cxiv. *ἐν Αἰγύπτῳ γενώμενος ἐν τῷ ὕδατι τῆς ὑπεκλαθέντων πεδίων καυλός ἐστι τῆς τῆς κυάμης ἐμφερής· ἔχων ἀνδρῶς μικρὸν λευκόν, ἰσικὸς κείνου, ὃ φασι καὶ τὰς ἀναβλάσκει τῆς ἡλίου ἀπλεῖσθαι, δύνονται ἢ μύειν καὶ ὠλέω πλεῖον κωδῖαν κρύπτεισθαι ἐν τῷ ὕδατι, πάλιν τὲ πρὸς πλεῖον ἀναβλάσκει τῆς ἡλίου ἀπλεῖσθαι: Est & in Ægypto lotus, quæ in campis flumine inundatis provenit, caule fabæ, flore parvo, candido, lilio simili, quem tradunt occidente sole comprimi, occludique, ad ortum autem aperiri: adduntque caput ipsum vespera aquis condi, & ex oriente sole emergere.* Similia tradunt Theophrastus lib. iv. cap. 10. Hi-

stor plantarum, Proclus libro de sacrificiis & Magia, nec non Plinius lib. 13, cap. 17. & 18. cujus hæc sunt verba: *Mirum est, quod præter hæc traditur; sole occidente papavera* (ita vocat fructum, quia papaveri erat similis) *ea comprimi & integri foliis: ad ortum autem aperiri donec maturescant, flosque qui est candidus, decidat.* Et artificem nostrum arbitror fructum loti oculis exposuisse, & folia aperuisse quia, uti mox docebo, Harpocrates solem orientem designabat. Nihil certe in sacris Ægyptiorum frequentius loto: ejusque florem vel fructum capitibus gerunt Apis, Isis, Osiris, Serapis, Canopus, Antinous, Serpentes, & alia Ægyptiorum numina, eorumque imitatione Reges & Regina: quin & Orus sive Harpocrates lotum manibus tenet, & capite gerit matris Isidis genibus insidens in Hadriani & Antonini Pii nummis apud antiquarios obviis. Plutarchus in libro de Iside & Osiride insuper refert Isidem Osiridis cum fore congressum, ex corona loti, quam apud Nephtyn reliquerat, deprehendisse; καὶ τεκμήριον ἰδῆται τὸν μὲν ΛΩΤΙΝΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ, ὃν ἐκεῖνον ὡς πρὸς τὴν Νεφθυὴν κατέλιπε; imo, si bene capio ejusdem verba, quæ exstant in libro de Pyth. Orac. Ægyptii ipsa solem planta designabant. Nam postquam dixisset eos male Empedoclem irridere, quod cecinisset τὸν Ἥλιον ὡς γλῶσσαν ἀνακλώσει φωτὸς ἐρανίς ἡμῶν, αὐτῶν ἀνταυγεῖν πρὸς ὄλυμπον ἀεὶ ἀρβήθεις προσώποις, adjicit; ipsos solem facere γηγενῆς ζῶον, animal terra natum, vel φυτὸν ἕλειον, palustris plantam (quæ nulla alia quam lotus, solis cæteroquin symbolum, est) & ita eum εἰς βατραχίων πατεῖδα ἢ ὕδωρ adscribere. Et loti plantam gerit corona radiata cinctus Nilus in Titi nummo apud Trifanum; qui meliori forte jure Solem quam Jovem refert; quia illius propria ejusmodi corona, & Nilus idem cum Sole habetur, ipso nomine explente numerum dierum anni solaris, quemadmodum Heliodorus lib. x. Æthiop. & Eustathius ad periegesin Dionysii testantur. Existimant tamen eruditi, non loti, sed perseæ Ægyptiæ fructum rotundum inter bina vel plura folia, deorum capitibus, qualis Osiris occurrit apud eruditissimum Seguinum impositum esse. Apud Alexandrinos certe in luco Sarapidi sacro multas perseas fuisse, easque σικιὰν περικαλλῆ καὶ ὄψιν dedisse testatur lib. xi. extremo de Animal. Ælianus. Et optime ita exornaretur imaguncula nostra, quia Harpocrati propter formam fructus & foliorum dicatur, uti docet in libro de Iside Plutarchus, si apud

si apud eum rescribatur, ut omnino rescribendum est τὸ πρὸ τῆς θεῶς; id quod proculdubio animadvertit etiam Gyraldus, vir doctissimus, quia hoc ex loco docet perseam arborem Harpocrati Ægyptum dicasse. Depravata tamen lectio post Gyraldum etiam in errorem induxit eruditione præstanti viros, qui censuerunt perseam Isidi sacratam esse: *Harpocrates quoque, ait, deus neque imperfectus ac infans putandus est; sed præses atque rector recentis atque imperfectæ & incompositæ hominum de diis sententiæ. Itaque & digitum ori impositum tenet, argumentum taciturnitatis & silentii, & mense Mesore offerentes ei legumina dicunt, lingua fortuna, lingua genius.* Τῶν δ' ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τὰ θεῶν καθιερωθῆς λέγουσι πῶς περσεῖαν, ὅτι καρδία μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττη δὲ τὸ φύλλον ἔοικεν: de stirpibus Ægyptiis præcipue deo consecratam ajunt perseam; quia fructus ejus cordis, lingua speciem folium refert. *Quippe eorum, quæ homini obtingere possunt omnium nihil divinius est oratione, præcipue de diis, neque majus res ulla ad felicitatem momentum adfert. Itaque hic oraculum adveni mandatur, ut sancte sentiat, & modeste loquatur. Plerique autem ridicule agunt, qui in pompis & festivitibus favere linguis jubentes, post diis ipsis τὰ δυσφημιστὰ & loquuntur & sentiunt.* Et quanquam ante longiuscula hæc verba, auctor narraverit, Isis amuletum, quod eam sibi appendisse fabulantur, exponi φωνὴν ἀληθῆν vocem veram, & ita aliquis suspicari possit huc respicere Plutarchum, cum τῆς θεῶς dicit perseam sacrari; tamen arbitrator ad Harpocratem hoc referri debere, qui linguæ præerat, eique acclamabatur, *lingua fortuna;* & quia mox sequitur perseam ob similitudinem linguæ illi sacrari. Num autem per hanc exclamationem respexerint ad deos præsides vel præstites homini nascenti, Δαίμονα, Τύχην. Ἐρωτῶ, Ἀνάγκην, memoratos Macrobio, uti arbitratur Seldenus in lib. de Diis Syris; an vero significaverint potius, ex linguæ usu pendere hominis fortunam eamque δαίμων & atque τύχης locum implere. In illud alii, quibus plus otii est, inquirant. Ceterum si folia, quæ caput nostri exornant, diligentius inspiciantur, perseæ arboris potius quam loti esse videntur; quia oblonga sunt, & Jamblichus Sect. 7. cap. 2. de Mysteriis, omnia in loto circularia esse scribit, & proinde folia rotunda magis quam oblonga illi tribuit: κοιλότερῃ γὰρ πάντῃ ὁραταὶ τὰ τῶν λωτῶν, καὶ τὰ ἐν τοῖς φύλλοις εἶδη καὶ τὰ ἐν τοῖς καρποῖς φαινόμενα. Neque tamen repugnabo si quis lotum

hic se reperire putet, quia Dioscorides *αυθ* illius scribit esse *ει-
νος νειρα*; Plinius tribuit *folia densa congerie stipata, brevioribus tan-
tum gracilioribusque*; & maxime quia Amplissimus Spanhemius
evincit Dissertatione quarta in capitibus Ægyptiorum numinum,
ex forma rotunda fructus lotum esse; cum contra Theophrastus per-
seæ Ægyptiæ fructum figura oblongum & amygdalæ similem tri-
buat, & Plutarchus loco laudato cordis speciem referre narret.
Plura qui de arbore hac, ejus foliis & flore, nec non perseæ co-
gnoscere desiderat, adire potest Magni Salmasii exercitationes Pli-
nianas, omnis eruditionis revera promptuarium, & medicos, qui
rem herbariam tractarunt. Certissimum autem & indubitatum pla-
ne indicium, imagunculam hanc HARPOCRATEM referre,
sunt digiti, quibus os premit; unde eum *Ægyptium Sigalionem* ap-
pellare non dubitat Aufonius in epistola ad Paulinum;

*Tu velut Oebaliis habites taciturnus Amyclis
Aut tua SIGALION Ægyptius oscula signet,
Obnixum Pauline taces* —

& digito silentium suadere canit Ovidius deos Ifidis comites nobis
annumerans lib. Metam. 9.

— *Cum qua latrator Anubis*

*Sanctaque Bubastis, variusque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet.*

Neque alium nobis describit Martianus Capella libro secundo :
*Tuncque subsellia flammabunda cœtum susceperere sidereum : verum qui-
dam redimius PUER AD OS COMPRESSO DIGITO salu-
tari silentium commonebat.* Erat autem Ægyptiorum numinum per-
petuus comes, ubicunque fere Sarapis & Isis aliive dii colebantur
ibi etiam Harpocratis simulacrum erat; Hinc est quod frequenter
in gemmis junguntur, non secus ac inscriptionibus vetustis, quas
ad finem commentatiunculæ hujus explicare conabor. Varro, prout
observat Augustinus lib. 18. cap. 5. de Civ. Dei, censuit ideo
ejusmodi simulacrum Ifidi & Sarapidi apponi, ne quis in vulgus
efferret, eos homines fuisse : *Constitutum est etiam, ait, de illo,
ut quisquis eum (Sarapin) hominem dixisset fuisse, capitalem pende-
ret pœnam. Et quoniam fere in omnibus templis, ubi colebantur Isis
& Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labiis impresso admo-
nere videretur, ut silentium fieret; hoc significare idem Varro existimat*

ut homines fuisse eos taceretur. Nam quamvis *Harpocrates* disertis non nominetur verbis, procul tamen dubio intelligitur, quia Varro, si modo eum ad locum respicit lumen illud Ecclesiæ, ita loquitur libro IV. de Lin. Latina; prout ex manu exaratis libris rescribi debere judicat doctissimus harum ut & omnium antiquarum rerum arbiter Isaacus Vossius ad Catullum: *Principes dei coelum & terra: hi dei iidem qui Ægypti Serapis & Isis, etsi HARPOCRATES digito significet, ut ea taceam. Idem Principes in Latio Saturnus & Ops.* A quibus multum abit lectio vulgata, ex qua alius Vir doctissimus, non satis bene, ut opinor, colligit Varronem eosdem fecisse Harpocratem, Serapidem, & Isidem; Ta autem & Astartem: Saturnum & Opem. Ludovicus Vives ad Augustinum ex Plutarcho notat, Harpocratem ideo pingi digito ad os admoto, ut nondum locutum se esse significaret; quod tamen ego in libro de Iside & Osiride, nec non alibi apud eum quæro. Angelus Politianus in Miscellaneis tradit id ideo factum, ut docerent Ægyptii silentio summum deorum esse colendum. Certe id fieri debere probare conatur Porphyrius libro 2. *Ἐξ Ἀποχῆς*; inter alia affirmans, deum altissimum non recipere sacrificia; materiam ipsi impuram esse; imo ne lingua quidem ad eum colendum nos uti, quia vox est res corporea, sed adorare debere *Ἐξ σιγῆς καθαρότερος, καὶ τῆς ἑαυτῶν κατὰ τῶν ἐνοσιῶν*: silentio puro, & puris de ipso cogitationibus: nisi tamen cum Thoma Gale, elegantis ingenii viro rescribendum sit, *Ἐξ ψυχῆς*. Et nihil notius est quam silentium, in mysteriis gentilium diligenter observari solitum, uti vel patet ex Initiis Cereris, nulla re magis quam silentio solemnibus. Porphyrius in explicatione Antri Homericæ scribit Ægyptiorum sapientes fores sacras habuisse, & vetasse *μὴ λαλεῖν διερχομένους ἢ θύρας ἢ πύλας*; ne quis fores vel portas transiens loqueretur; deum universi principium *Ἐπὶ σιωπῇ* silentio venerantes: quo pertinet aliquo modo Hesychium observare Heroas *κρείττους* dici, illos videri *κακοτόχους* esse, & ideo eos qui *τὰ ἡρώδια* præteribant, silentium servasse, *μὴ τι βλαβῶσι*. Jamblichus quoque Sect. 8. cap. 3. Myst. scribit Hermetem Ægyptium nescio quod *πρώτον μάγευμα* statuere, & *Ἐκτῶν* appellare, in quo primum quod intelligit & intelligitur reperitur, *ὃ δὲ καὶ Ἐξ σιγῆς μόνως θεραπεύεται*, quodque solo silentio colitur: de quo uti etiam Valentinianorum, aliorumque hæreticorum *Sige* videri possunt eruditione præstantes

stantes viri, qui nuper in Ignatii epistolas scripserunt. Plutarchus, quemadmodum ex verbis laudatis patet, ideo HARPOCRATEM ita effictum tradit, ne homines facile quid de diis, quorum imperfectam cognitionem habebant, effutirent. Et revera Ægyptiorum theologia tota erat mystica atque ænigmatum plena: id quod liquido testatur epigramma fano vel statuæ potius Minervæ vel Isis inscriptum: *Εγὼ εἰμι πᾶν ἔ γεγονός καὶ ὄν καὶ ἐσόμενον καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον εἶδεις πῶ θνητὸς ἀπεκάλυψεν*, *Ego sum omne quod fuit, est, & erit: meumque pepulum nemo adhuc mortalium detexit*; id est, nemo mysteria mea & sacra explicare potuit, uti apud eundem legimus. Hinc sphinges plerumque ante templa statuebant, significantes *ἀνιγματοῦδη σοφίαν*, uti idem loquitur, sacra eorum habere, licet aliam longe rationem reddat Synesius libro 1. de Providentia; ideo scilicet in sacrarum ædium vestibulis sphingem poni, ut docerent per partem, qua bestia, vires corporis, & per partem qua homo est, prudentiam conjungi debere. Quin & in genere monere per HARPOCRATEM suum potuerunt Ægyptii, maximum esse linguam posse comprimere: unde apud Persas, teste Ammiano, *nemo consiliorum erat conscius præter optimates taciturnus & fidos*, apud quos SILENTII quoque colitur NUMEN: & apud Clementem Alexandrinum legimus, Anacharsin Scytham pingi dormientem, sinistra manu pudenda, dextra os tegentem solere; quo significabant vincere nos utrumque debere; sed majus esse linguam cohibere quam voluptati modum ponere. Et Plinius ex sententia celebris admodum Antiquarii Tom. 1. p. 604. memoriæ mandavit Romanos effigie Harpocratis annulos suos signasse ut admonerentur res publicas non revelandas esse. Sed historiæ naturalis scriptor l. 33. c. 3. id quidem factum scribit, verum nullam rationem, multo minus quam affert vir doctissimus, adjicit: *Fam vero etiam Harpocratem statuasque Ægyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt*: quod alii de annulis magica arte formati, alii de illis, qui simulacra numinum, a quibus se juvari credebant, circumferebant, exponunt; notandumque obiter Andream Schottum virum eruditissimum in Indice Auctorum, ex quibus Plinius opus suum digessit; *ex Harpocrate nostro male facere auctorem, cujus autoritate ille in libro tertio & trigesimo usus sit*. Illustris Scaliger arbitratur tandem veram causam digitorum labiis impositorum esse,

esse, quod Ægyptii narrent quosdam deos, & quidem Orum cum Sole ita natos esse: Damascius apud Photium de Heraïsko Philosopho Ægyptio loquens: Ἦν ᾧ αὐτὸ καὶ ἡ πρώτη γένεσις τῶ ὄντι μουσική. λέγεται γὰρ κατελθεῖν ἀπὸ τῆς μητρὸς ὅτι τῆς χεῖρεσιν ἔχων τὸν κατὰ τὴν ἀριστερὰν δάκτυλον, οἷον Αἰγύπιοι μυθολογεῖσιν γενέσθαι τὸν Ὄρον, καὶ πρὸ τῆς Ὄρου τὸν Ἥλιον: *Fuit & primus ejus ortus revera mysticus. Fertur enim ex utero matris prodiisse digitum silentii indicem in laevis habens; quomodo Ægyptii fabulantur natum esse Orum, & ante Orum Solem*: qui locus haud obscure insuper nos docet, Orum & Harpocratem idem numen esse, quia hic non aliter effingi solet; licet non diffitear in aliis etiam Ægyptiorum diis subinde hoc observari. Nam teste Pignorio in Mensæ Isiacæ Expositione in antiqua gemmæ sculptura Osiris cum triplici pene ad Pamilitia indicanda, ori digitum admovet; & similis plane Isis occurrit in Hadriani apud Trifanum numismate; adeo ut patrem, si vera notat Pignorius, matrem & filium ad eundem modum effectos habeamus: quorum hic etiam miro capitis tegmine insignis occurrit apud Franciscum Abelam in Descriptione Maltæ; ex qua statuæ hujus eçtÿpum defumendum beneficio Joannis Westrenenii qui ut liberalium studiorum elegans æmulator est, ita bibliothecam rarissimis libris, & huic orbi fere incognitis refertam, possidet, curavi. Atque hujusmodi Harpocrates etiam fere cernitur apud Kircherum Tom. 3. Oed. Ægypt. pag. 523; sed paululum diversus est capitis ornatus, deinde stat erectus, nec ad columellam sese inclinat, ut patet in pagina sequenti.

Apud Romanos quoque, ut hoc propter argumenti similitudinem adjiciam, colebatur *Angerona*, vel *Angeronia* silentium eodem habitu suadens: Macrobius lib. 3. c. 9. Sat. loquens de Deo tutelari Romæ: *Alii enim Jovem crediderunt, alii Lunam; sunt qui Angeronam, quæ digito ad os admoto silentium denuntiat.* Deæ illi in sacello Voluptatis sacrum faciebant pontifices, & Verrius Flaccus ita appellari scribit, quod angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat; Masurius vero Sabinus *simulacrum ore obligato atque signato* in ara Voluptatis collocatum putabat; quod qui suos dolores anxietateque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem; uti apud eundem legere licet lib. 1. cap. x. Illustri Scaliger ad Varronem rescribit *Angerona*, deamque ἐχεμ-



rias facit; at in glossis, uti observarunt eruditi, *Angerona* expo-
 nitur ἡ θεὸς τῆς βελῆς καὶ καιρῶν, id est *dea consilii & opportunorum*
temporum; quia consilia maxime silentium requirunt, & non nisi
 commoda occasione iis facta jungenda sunt : qua de dea videndus
 tamen

tamen Salmasius ad Solinum pag. 7. Atque hinc ad veram causam perveniri posse arbitror, cur in iisdem glossis *Consus filius Isidis* vocetur; *consō πῶς υἱὸς τῆς Ἰσίδου*; quod Scaliger carpit ad Festum, probat, sed non interpretatur eruditissimus Vossius pater in Etymologico. Mihi nullum fere dubium, quin HARPOCRATES intelligendus sit. Cum enim *Consus*, teste Festo, sit *Deus consiliorum*, vel *secretorum consiliorum*, uti loquitur Asconius in Verrem; isque *salutaria & fida consilia nostris suggerat cogitationibus*, prout Arnobio describitur, & cum templum sub circo habuit, ut ostenderent rectum debere esse consilium, quemadmodum memoriæ sacrauit Servius ad lib. 8. *Æneidos*; glossarum auctor eodem consilio *Ægyptios Harpocratem* ori digitos admoventem finxisse sine dubio sensit; indeque illi Latinum nomen indidit, *Consumentis* *filium Isidis* esse dixit. Basilides quoque videtur Harpocratem amuleti suis indidisse, quia teste Nicephoro lib. iv. *Hist. Eccles.* cap. 2. *pythagoricum silentium* induxit; ejusque placitum erat; *Tu omnes cognosce, te autem nemo cognoscat*; quod nobis conservavit Irenæus lib. 1. cap. 23. Fueruntque etiam hæretici, qui in tantum silentio studebant, ut naribus & labiis suis digitum opponerent, ne vel ipsam taciturnitatem voce præriperent, quando tacendum sibi esse arbitrabantur, quos *pantalorinchitas* vocabant, teste B. Augustino, c. 63. Hæres. qui tamen censet meliori jure illos *dactylorinchitas* appellari posse: *Unde etiam illis nomen est inditum.* *Παταλῶν* enim Græce dicitur palus, & *πίγχι* nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus nomen hoc impositum est, nescio, cum Græce dicatur digitus *δάκτυλος*, & possint utique *dactylorinchita* multo evidentius nuncupari. Epiphanius eos scribit vocari *Tascodrugitas*, quia illorum lingua *τασκόδης* paxillum significat, & *δρῆγχι* nasum, illique inter orandum *τὸν δάκτυλον τὸν λεγόμενον λιχανὸν* naso imponebant ut animi tristitiam & affectatam sanctitatem præ se ferrent. Et suspicio mihi oborta non tam veteres digitum *πασαλλον* vocasse, quam hæreticos illos non tantum digitis, quod incommodum valde erat, verum etiam paxillis vel *πασαλισκοῖς μικροῖς*, uti loquitur aliud argumentum tractans auctor vetus apud Suidam in v. *ἰδιον*, labia & nares compressisse; quorum primum observo in figura, quam ex Pignorio exhibeo;



Atque ita insigne, quo HARPOCRATES ab aliis numinibus distinguitur, puto me satis multis, si modo non nimia videbuntur, explicasse; & ad alia transire, nisi me gradum ut sisterem juberent HARPOCRATIANI quos debeo Perillustri & eruditissimo viro Galliarumque decori eximio Emerico Bigotio. Nam misit ad me olim ὁ μακαρίτης & humanioribus litteris ad miraculum imbutus Nicolaus Heinsius, virum illum præstantissimum litteris monuisse apud Ptolomæum lib. 3. de Astrologia cap. 9. HARPOCRATIANOS; Ἑρμαφροδίτη καὶ οἱ καλέμυθοι Ἀρποκρατιανοὶ; Proclum in paraphrasi eandem scripturam agnoscere, nec tamen interpretari; Haly Arabem & hunc secutum Cardanum de hominibus præfagis accipere, qui inter monstra cum hermaphroditis componi tamen haudquaquam possunt: aliis duobus locis apud hunc ipsum Ptolomeum Ἑρμαφροδίτης καὶ ἀσθέντης conjungi; Proclum pag. 212. ἀσθέντης explicare, τὰς μὴ ἔχοντας πτυπῆματα καὶ διεξόδους, & p. 261, eidem ἀστυπανήτης (in editione Allatiana scribitur, Ἀστυπῆτης) vocari; ἀσθέντης medicis Græcis dici, quibus membrum virile vel muliebre non est pervium; & ideo Harpocratianos esse, quibus os conclusum est, qualem natum fuisse Fracastorium medicum & poetam celeberrimum volunt: cum Bigotio Menagium sentire; at Petitum medicum apud Parisinos χαεῖσατον de mutilatis pedibus capere, quo vitio laborasse Harpocratem e libello Plutarchi de Iside & Osiride constat. Quæ observatio ut eruditissima est, ita ego facile amplecterer Bigotii sententiam, quia Harpocrates os signatum gerit, & pedum debilitas inter partus monstrorum os,

strosos, de quibus agunt Ptolomæus & Proclus, numerari non posse videtur; nisi me sollicitum haberet, quod Hermaphroditis junguntur, qui circa partes, quibus sexus distinguuntur, laborant: unde forte quisquam suspicari possit Harpocratianos vel Ἀρποκρατιανῶς, uti Proclo vocantur, dici, quibus natura occlusa nascentibus fuit, quomodo Gracchorum matrem *infausto omine concreto genitali* genitam esse scribit Plinius lib. 7. cap. 16. & anonymum puerum ex ancilla *sine foramine natura qua humor emittitur* Julius obsequens: & quia Harpocrates os signatum semper & occlusum habet, ideo honesto vocabulo eos designatos esse, qui membra genitalia etiam occlusa habebant. Certe cum uno loco jungantur *Hermaphrodita, & Harpocratiani*; altero iidem *Hermaphrodita & Ἀρποκράτης*, & Ἀρποκράτης illi sint, qui genitalibus conclusis nascuntur, argumentum inde non leve ducitur Harpocratianos & Ἀρποκράτης eisdem esse; idque eo magis, quia tales inter prodigia a veteribus relati fuerunt. Verum vir præstantissimus in percruditis ad Catullum notis *Harpocratianos* explicat, qui in castris Veneris militare non possunt, & eodem sensu arbitratur Veronensem vatem dixisse, *reddere aliquem Harpocratem*. Quamcunque sententiam quis amplecti malit, per me licet, quippe qui iudex inter tot eruditione præstanti viros non sedeo; illud tamen arbitror, non videri *Harpocratianos* Ptolomæi ita commode posse explicari, quia vitium illud inter monstrosos partus non referri potest, vel certe statim in hominibus de matre cadentibus non conspicitur, utpote quod sese aperit primum, cum ad pubertatem & virilem ætatem perveniunt. Præterea num Catulli carmen in Gellium ita explicari debeat, dubito;

*Gellius audierat, patrum objurgare solere
Si quis delicias diceret, aut faceret,
Hoc ne ipsi accideret, patrum perdesuit ipsam
Uxorem, & patrum reddidit Harpocratem.
Quod voluit, fecit: nam, quamvis irrumet ipsum
Nunc patrum, verbum non faciet patruus.*

Nam cum alio loco poëta absque dubio simili loquendi ratione utatur de eo qui filet plane, uti;

Si quicquam TACITE commissum est fido ab amico

Cujus sit penitus nota fides animi.

Me unum esse invenies illorum jure sacratum

Corneli, & factum me esse puta HARPOCRATEM.

non video, quam ob causam ad novam explicationem decurrendum sit. Præterea Catullus introducit hominem severi supercilli, & qui stomachabatur, quando aliquis narrabat sese aliquam habuisse; Gellius ut morosum compesceret, cum uxore illius rem habuit, & ita patrum reddidit Harpocratem, id est fecit, ut loqui non auderet, quando de ejusmodi rebus sermones cederentur, quia probe noverat alios dicturos, eum stomachari, iratum esse, & inexorabilem vitii adolescentium; quia noverat quæ uxori ejus acciderant: quin, quod mox sequitur, *verbum non faciet patruus* meam sententiam, quam pluribus propter loci ἀσελγίαν non adstruam, firmare videtur plane. Neque etiam ex Ptolomæo quisquam clare evincet, *Harpocratianos* significare formosos, sed militiæ Veneris inutiles; & Plutarchus, memoriæ mandans Harpocratem natum esse ἡλιτόμνηνον καὶ ἀδενῆ ὄτις κἀπώθεν γούσις, ad pedes potuit respexisse solos, quibus ille certe debilis describitur: idque eo magis, quia ex Etymologici Magni auctore, & Eustathio (quibus addi potest Hesychius) observat Græcæ linguæ doctissimus reparator Henricus Stephanus, γούσις significare quidem membrum, sed proprie pedes manusque; unde non absque ratione Philosophus addit κἀπώθεν, ne quis scilicet manus, intelligeret. Præterea nondum, quo sum stupore, probare possum, signum cæleste, quod *Engonasin* vel *Ingenicla* dicitur, quodque Herculem esse Græci existimant, Harpocratem esse ex sententia Ægyptiorum. Habebant quidem illi ἕτερα σχήματα εἰδώλων καὶ ὀνόματα τεθειμμένα, *alias simulacrorum formas, & nomina ipsis imposta*, uti Achilles Tattius extrema Isagoge testatur, sed Manilius nequaquam lib. 5. v. 645. clare docet *Engonasin* Ægyptiis Harpocratem esse; neque illorum sententiam videtur potuisse ante oculos habuisse, quia tantum canit *nixam* genu speciem Græcis *engonasin* fuisse appellatam:

Nixa genu species, & Graio nomine dicta

Engonasi; ingenicla claudens, sub origine constat.

uti

uti ex optimo suo codice rescribit vir eruditissimus. *Claudens* certe, id est, claudicans & loripes natus fingitur esse Harpocrates, & in numismatis, gemmis, ac amuletis apud antiquarios crebro occurrit imago ejus sub specie pueri formosi, sed loripedis, & non stantis sed insidentis floribus loti arboris; at signum cæleste non sedens, pictum fuit, verum dextro pede quemadmodum etiam ex imaginibus vetustis jamque editis patet, pugnantis instar nitens: Idem Manil. lib. 1, v. 315.

Nixa venit species genibus, sibi conscia causa.

unde *laborem* illi tribuit Festus Avienus;

*Protinus expertem quem quondam dixit Aratus
Nominis & cujus latuit quoque causa LABORIS.*

nec non Germanicus in Arateis Phænom.

*Haud procul effigies inde est DEFECTA LABORE,
Non illi nomen, non magni causa LABORIS.
Dextro namque genu nixus, diversaque tendens
Brachia, suppliciter pansis ad numina palmis
Serpentis capiti figit vestigia sava:*

ubi omnino cum perillustri Grotio scribendum *leva* pro *sava*; ut dicat, sinistro pede eum pressisse caput draconis; quod certe verum est, & alibi in iisdem Arateis traditur: *Et eum qui in geniculo stat, & sinistro pede septentrionalis draconis verticem calcans.* Et ita apud Tegeatas Lucina cognominata fuit ἐν γόνατιν, quia Alei filia mari mergenda eo in loco, ubi Lucinæ templum erat, in genua prociderit, & puerum pepererit. Simulacra autem Harpocratis, qui digito os premit ad Solem, id quod probandum suscepi, referri debere, satis arbitror patere cum ex iis, quæ sparsim hoc in libello doceo, tum ex variis ejusdem dæmonis apud Sponium imaginibus, quarum binæ multa cum hac mea communia habent; ut pharetram, clavam, serpentem, insigne capitis, alas, talaria, animalcula; copiæ cornu; quarumque altera cingitur corona radiata, quæ quo commodius quam ad Solem referri possint ego equidem nullus video.

Sed



Sed, his omiſſis & examini eorum, quibus plus otii & eruditionis eſt, relictis, ad

ALAS & PHARETRAM

quibus Harpocrates ornatur, tandem tranſeundum eſt. Nec certe *alis* firmiter ullum argumentum afferri poteſt, ad demonſtrandum imaginulam hanc ſolis ſymbolum eſſe; quia Ægyptii illius ſimulacra alata faciebant: Macrobius lib. 1. Sat. c. 19. *præter hoc quoque Mercurium pro ſole cenſeri multa documenta ſunt, primum; quod ſimulacra Mercurii PINNATIS ALIS adornantur, qua res monſtrat SOLIS VELOCITATEM. Nam quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intelligimus* $\delta\alpha\delta\ \tau\acute{\alpha}\ \epsilon\pi\mu\nu\epsilon\lambda\epsilon\iota\nu$, & ſol mundi mens eſt, ſumma autem eſt velocitas mentis, ut ait Homerus, $\omega\sigma\epsilon\iota\ \pi\lambda\epsilon\delta\acute{\nu}\ \eta\epsilon\ \nu\omicron\eta\mu\alpha$, ideo PINNIS Mercurius, quaſi ipſa natura ſolis ornatur. Hoc argumentum Ægyptii lucidius abſolvunt, ipſius SOLIS SIMULACRA PINNATA fingentes; quibus color apud illos non unus eſt. Alterum enim cerulea ſpecie, alterum clara fingunt; ex his clarum ſuperum, & ceruleum inferum vocant. Nec aliam ob cauſam Priapi, quem Ægyptii $\Omega\pi\omicron\nu$ vocabant, & eundem eſſe cum ſole exiſtimabant, ſimulacrum alas habuit. Suidas in v. $\omega\pi\iota\alpha\pi\ \Theta$, poſtquam notaſſet illum humana forma præditum eſſe, dextra ſceptrum tenere, læva vero manu penem $\epsilon\sigma\tau\epsilon\ \epsilon\mu\lambda\lambda\acute{\iota}\omicron\nu$, addit: $\tau\acute{\alpha}\ \delta\ \pi\lambda\epsilon\gamma\alpha$

πλερὰ πλὴν ἄχρηστα τῆς κινήσεως δηλοῖ. ὁ δὲ κύκλος τῆς δίσκου πλὴν περι-
 φέρειαν. Τυλὸν γὰρ τῶν Ἡλίου δοξάζουσι : *Ala vero motus celeritatem si-*
gnificant; orbis vero disci rotunditatem; eundem enim cum sole esse exi-
stimant : vel, uti verba ea apud Codinum ex emendatione Lam-
 becii leguntur : ἔχει δὲ καὶ πλερὰ καὶ μέτρον ὃ τῶν πλερῶν δισκοειδῆς κύ-
 κλος : τὰ μὲν πλερὰ, δὲ πλὴν ἄχρηστα τῆς κινήσεως; τὰς δὲ κύκλος δὲ
 πλὴν τῆς δίσκου περιφέρειαν : Et ut ad hunc Priapum referri posse ar-
 bitror figuras portentosas, quæ in gemmis 24, 25, 26, apud Chi-
 fletium; & 36. partis secundæ apud Leonardum Augustinum con-
 spiciuntur; ita ille, qui a Suida & Codino describitur, non discum,
 id quod olim putabam, tenuit manibus; sed orbis illi alis inserti
 fuerunt; ut scilicet significarent solem instar disci rotundum esse;
 unde & tali forma Pæones olim sidus illud venerati sunt, teste Ma-
 ximo Tyrio Dissert. 18. Παῖνες σέβουσι τὸ Ἡλίον ἀγαλμα ὃ ἦλπε δίσ-
 κος βραχὺς ὑπερ μακρὰ ξύλα : *Pæones solem venerantur : simulacrum*
autem solis est, discus parvus, longe pertica impositus. Doctissimus
 Tristamus Tom. 2. pag. 173. *discum* hunc interpretatur patinam ca-
 vatam & profundam, quia veteres dixerunt solem ex oriente occi-
 dentem versus in vase aureo, non plane rotundo, sed instar ovi
 oblongo proficisci. Sed primo veteres illi Stefichorus, Antima-
 chus, Æschylus apud Athenæum lib. xi. nil nisi δέπας vel *ποσι-*
λιον, quo sol ad occasum vehitur, celebrant; Panyasis vocat φιά-
 λην & ipse Athenæus ποτήριον; quod utique rotundum plane esse
 potuit; deinde disci forma erat plana & rotunda, non autem conca-
 va, uti ex veteri apud Hieron. Mercurialem statua patet; cumque
 ejusmodi nobis esse appareat solis facies, Græcorum nonnulli eum
 appellaverunt δίσκον, quos tamen non secus ac illos qui φῶς ἐξ
 ἡλίου ἢ ἀπὸ τῆς ἀποδισκόμενης dixerunt, accusat, & audaci nimis me-
 taphora usos esse putat Eustathius ad Homerum pag. 1191. ed.
 Romanæ; Pæones tali forma deum coluerunt, nec non, uti equi-
 dem arbitror, portenta Basilidis clypeum tenent. Nam & δίσκον
 Julianus in Orationibus, & Ovidius *clypeum* solis, cum orbem ejus
 designare volunt, memorant : & Martianus Capella disertè *clypeum*
 solis imagini tribuit : Nonnus Herculem astrochitona canit αἰδοπι
 δίσκω equitare, quia solis facies se non aliter oculis nostris exhibet:
 & Horapollon lib. 2. Hierogl. c. 14. scribit, Ægyptios prægnantem
 mulierem significare volentes, pinxisse ἡλίου κύκλον σὺν ἀστέρει μὲν
 ἡλίῳ

ἡλίου δίσκου διχα τετραμήδους; *solis circulum cum stella & solis disco in duas partes diviso.* Sed, ut ad ALAS revertar; Martianus Capella lib. 1. solis pedibus eas alligat: *Corpus ejus flammeum totum, PENNATA VESTIGIA, pallium coccineum, sed auro plurimum rutilatum: sinistra autem manu clypeum coruscantem, dextera ardentem facem præferebat.* Orpheus apud Timotheum Chronographum, cujus fragmentum conservavit Eusebius pag. IV. Chronicorum, soli aureas alas tribuit.

Ἡλίου χρυσεΐαισιν ἀερόμυθε πτερύγασιν.

& in gemma Basilidianorum secunda, solem corona radiata cinctum, & alatum equo insidere cum inscriptione ΙΑΩ, qualem gemmam absque illis litteris etiam publicavit Gorlaeus, recte doctissimus Chiffletius observavit. Et huc omnino pertinet Platonem apud Macrobius. 1. Sat. 23. significare volentem velocitatem fideris, πλὴν ἄρμα currum alatum soli tribuere; Euripidem Oreste v. 1003. πλεωτόν ἄρμα; & Arnobium lib. 3. scribere, *fovem solem esse dictavisse sapientes, agitantem pinnatos currus, turba consequente deorum.* Et si fas mihi sacra profanis rebus miscere, insigni metaphora SOLI JUSTITIÆ vel Christo alæ tribuuntur a Malachia in vaticinio, quod clarissime Salvatoris nostri adventum prædicit. In nummis quoque Μελιτήιον vel Melitenisium, apud Franciscum Abelam, & apud Sponium, qui in Antiquitatum Indagationibus potest videri, vel Osiris vel Mithra, sive sol quatuor alis insignis conspicitur; ut & Mithra non ita pridem edita, cujus ectypum apponere visum fuit.



Quin & vir eruditionis clarissimæ, qui nuper Varia Sacra doctissimis

mis notis illustravit *Cneph*, κνέφιδα, ἀγέννατον καὶ ἀθάνατον Ægyptiis habitum, teste Plut. lib. de Iside, Deum, facit alatum: cum tamen Porphyrius apud Euseb. lib. 3. præparat. cap. 11. scribat κνήφ humana specie fuisse & colore cæruleo nigricante, cingulumque ac sceptrum manu tenuisse, & ὅτι ἡ κεφαλὴ πλερὸν βασιλείον ἀεικέλιον, *regiam pennam capiti impositam habuisse*; quod πλερὸν non sunt alæ, verum insigne regium ex pinnis vel plumis avium, uti clare satis ex variis Tabulæ Isiacæ imaginibus patet compositam. Sic fere Horapollo lib. 1. c. 12. scribit Ægyptios παντὶ θηλυκῷ ζώδιῳ γύπα ὡς βασιλείον imposuisse, & πᾶσαν θεῶν vulture expressisse, quia vultures non nisi fœminæ sunt: *Vertunt: Quam ob causam & cuius fœminæ sexus animanti Ægyptii vulturem, ut in eo sexu principem ac primarium arponunt*: sed infeliciter: nam ὡς βασιλείον est, *ut regium insigne, ut diadema*, & per θηλυκὸν ζώδιον videtur intelligendum esse *signum zodiaci fœmineum*. Neque tamen sola, quam explico, Harpocratis imaguncula ALIS insignis est; verum etiam alia, media inter patrem Serapin vel Osirim, & matrem Isidem incedens, uti ex eclypto gemmæ luce meridiana clarius patebit:



Puerulus enim est, digito os compescit, & alatus incedit: non fecus ac alia quam Imaginibus deorum Vincentii Cartari inseruit Laurentius Pignorius, ejusdem dei statua; quæ si genuina est, elegantioribus certe adscribi debet.



Cerniturque etiam alia alata, una manu os premens, altera cornu-
 copix tenens, insistensque pedi uni lib. 1. cap. 13. Musæi, Ludov.
 Moscardi Nobilis Veronensis, in quo & una absque alis exhibetur.
 Atque hoc commune cum matre Iside habuit Harpocrates; quam
 alatam cernimus apud Pignorium, quamque binis alis ornari in Ju-
 liani Imperatoris nummis censent Baronius Tom. iv. Ann. & Gy-
 raldus Synt. 12. de Diis; cujus hæc sunt verba: At quod Ægy-
 ptii simulacra Isidis aspidum fertis coronata capita repræsentabant,
 eadem forma hic vides expressa signa alasque in iis volucres, quod
 vultures Isidi dicatæ essent; novaculam porro gestare dextra, quod
 ejus sacerdotes cunctis abrafis corporis pilis & virilibus præcis ei-
 dem ministrarent. Sane vultures Isidi sacros esse docet Ælianus
 l. 10, c. 22. H. Anim. ubi eam *Furonem* vocat, quia Isis ab aliis
 puta-

putabatur esse Deum Mater, ab aliis Minerva, Venus, Diana, Proserpina, Ceres, Juno, Bellona, Hecate, docente Apulejo: quo pertinet & Horum Apollinem Hieroglyphicis narrare, Ægyptios *Minervam* vel *Junonem* denotare volentes, *vultures* pinxisse. Verum aliter longe hic Imp. Juliani nummus nobis exhibetur apud Stradam, Chanlerum, &, qui eruditissimum de familiis Byzantinis opus edidit nuper, Carolum du Fresne. Nam in una area cernitur D. N. FL. JULIANUS. P. F. AUG. diademate gemmato ornatus, dextra globum, cui victoria manibus coronam & lauream ramum tenens insistit, sinistra clypeum, cujus insigne lupa geminos lactens, tenens: in altera vero Serapis & Isis, quorum infima corporis pars in serpentem desinit, manibus vas, cui serpens insidet, elegans levat, ab humeris vestimentum (quod *alas* forte fecerunt eruditi) dependet, cum INF. VOTA PUBLICA; adeo ut clariora argumenta quaerenda sint proculdubio, quae certe & nummi & marmora suppeditant. In nummo Juliae Mamaeae apud Tristanum Tom. 2. figura cernitur, quae licet & ad Cererem, praecipue propter similem nummum quem ex gaza Regia ad Juliani Caesares vulgavit Illustris Spanhemius, in quo ea spicis cinctum caput habet, possit referri, maxime tamen propter lunam corniculantem & ornamentum capiti impositum, ad Isidem, quae eadem cum luna, respicit.



omnemque dubitationem tollit Isis quam Casalius, in libro de
E 3 Ægy-

Ægyptiorum & Romanorum ritibus, & post eum Sponius in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis, sed paululum diverse, edidit, quamque dignam existimavi, ut huic dissertationi infererem



Neque

Neque aliter Osirim , (*Saturnum* facit Baudelotius de Dairval in eleganti libello , quem de Utilitate peregrinationum conscripsit) qui idem cum sole est , subinde repræsentatum fuisse docet tabula ultima auctarii Mensæ Isiacæ apud Pignorium : quem , licet viri doctissimi in medio relinquant , quia auctoritate eorum destituuntur , qui id ex professo egerunt , ut vesanam Ægyptiorum in fingendis talibus licentiam redarguerent , mihi tamen ex parte interpretandum sumpsi.



Nullus igitur dubito , quin Osiris vel Sarapis ; id est sol nobis ob oculos ponatur. Non aliam certe ob causam alatus depictus est , vel phætra , de qua mox dicendi erit locus , armatur : dimidia corporis pars vel latus sinistrum velatur , quia sol de die terram illustrat , de nocte caliginem nostro hemisphærio fuga sua inducit : capiti upupa , ni fallor , insidet , quia avis illa Ægyptiis ,
est

teste Æliano libro de Anim. singulari in veneratione erat. Hinc est quod Osiridis in summo scepro, uti recte contra Cælium Calcagninum & Pierium observat Pignorius; quod in gemma ex Chiffletio exhibita a tergo Harpocratis, qui idem cum sole, nec non in puppi & prora navis seu baris, qua Orus mortuus vehitur apud eundem Pignorium conspicitur; additurque tandem, uti omnino videtur, nux pinea, non Deum tantum Matri (cujus delictum Attis in pinum conversus esse dicitur ab Ovidio l. 10. met. v. 105. & Lactantio Placido fabula secunda libri ejusdem) verum etiam aliis numinibus sacrata. Nam Antonius Augustinus Dialogo v. extremo arborem eam Neptuno dicatam fuisse scribit. Verum puto eum deceptum esse a Faërno in Apologis, qui Vulgatos Phædri fab. lvi. versus imitatus pro *Cybele*, substituit *Neptunum*; vel ab Aniano quodam, ex quo ita Phædri verba laudat; sed male, uti ex castigatissimis editionibus patet satis superque. In toreumate argenteo, quod quatuor anni tempestates repræsentat, Pani, æstatis symbolo, eadem nux additur, nec non vel illi vel Silvano apud Boissardum in marmore, cui subscribitur:

Q. LUTATIUS. Q. F. MENS.
SILVANO
D. D.

Unde Ovidius lib. 1. Fast. v. 412, canit eum *pinu tempora nexa gessisse*; qui etiam alibi non aliter *Faunum* describit

*Cornigerumque caput pinu pracinctus acuta
Faunus in immensis, qua tumet, Ida jugis.*

Et Græcis, teste Suida in v. *πίτυς*, dictus est *πιτύσσειος*. Nec a Bacchi sacris aliena hæc arbor fuit. Nam Synesius in calvitiei encomio Bacchi calvum comitatum describens, alios eleganter dicit *κόμης δαυελλέδου ὄφθ. ἢ πίτων*, a *picis arboribus comam mutuan sumere*, id est coronis ex fronde istius arboris factis caput cingere dicit: & in gemmis 132. 135. part. 1. apud Leonardum Augustinum vel sacerdos Bacchi vel ipse Bacchus barbatus ut & comes ejus Silenus thyrsum *κωνοφόρον* gerit, idemque tigris, sacratio deo animali

mali additur in gemma 180. Priapus pariter in gemma 13. part. 2. similem hastam, quam a parte etiam *κῶρον*, observante Salmasio in epistolis & in Exerc. Plinianis, vocarunt, gerit; juvenisque capiti impositum habens calathum, nucem ramumque pineum dextra manu tenet: apud Boissardum præterea satyrus colliculo insidens tenet ramos pineæ nucibus onustos, addita inscriptione: SYLVANO LITTORALI ET MUSÆ LACHES. Panem vel *Arcadium deum pinum diligere* canit Propertius lib. 1. El. 23; & fingunt puellam ipsi amatam in arborem eam conversam esse; uti legere licet in Geoponicis a Constantino Basso compilatis lib. 11. c. 11. In sacris tandem Isis, quorum magna pars est Osiris, eadem arbor celebris fuit. Nam in *Isiacis sacris de pinca arbore ceditur truncus: hujus trunci media pars subtiliter excavatur; illis de seminibus factum idolum Osiridis sepelitur*: uti legere licet apud Julium Firmicum. Et ne dicam malum etiam in ejusdem deæ navigio fuisse *pinum rotundam*, teste Apulejo lib. xi. met. sacerdotes nucibus pineis pectora tundeant: Lamprid. in Commodo: *Isiacos vero pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat*: adeo, ut mirandum nequaquam sit, Osiridis etiam inter insignia nucem pineam conspici. Ut igitur Osiris atque Isis alati fuere, ita etiam HARPOCRATES, qui cum patre representabat solem, cui in signum velocitatis, rapidissimum enim fidus est, alæ optimo jure tribuuntur. Eandem ob causam *ἥρον* vel *Tempus* in marmore, quod Homeri Apotheosin complectitur, & Heracleotarum nummo alis exornatur, qua de superstitione cum satis multa monuerim, ea hic repetere non est animus. Sequitur in imaguncula nostra notanda

PHARETRA

quod insigni nulli gentilium deorum melius, quam Soli convenit. Nam ut loquitur Fulgentius lib. 1. Mythol. *arcum sagittasque illi contribuunt, sive quod de circulo ejus radii in modum sagittarum exiliant, sive quod suorum radiorum manifestatione omnem dubietatis scindat caliginem*; & Maximus Tyrius Dissertat. 26. testatur Apollinem a pictoribus & artificibus factum fuisse *juvenem nudum ἐν χλαμυδίς, ἑζότῳ, sagittarium, diductis pedibus instar currentis*: artem-

F

que

que jaculandi cum *Musica*, *Medicina*, & *Divinatione* invenisse docet brevium Auctor scholiorum in Homeri Iliadem. Et aliquis non absque ratione suspicari possit Apollinem hanc ob causam quatuor manibus, totidemque auribus fœdatum a Lacedæmoniis cultum fuisse; teste Zenobio Cent. 1. Prov. 55. Diogeniano Cent. 2. Prov. 2. Hefychio in v. κειίδιον, qui etiam τετραχειος Apollona memorat in v. Κυνακίας. Græcis Ἰεροφόρος, ἄργυροτόξος, κλυπότηξος, Latinis, *Arci enens*, *Sagittarius*, *Vulnificus*, aliisque cognominibus eodem redeuntibus vocatus est; quod possit radiorum jaculis ic̄ta penetrare, uti loquitur Martianus Capella: & apud Sicyonios absolute τοξίτης appellatus videtur: uti enim scribit Hefychius, τοξίτη βενδός, τὸ ἀπόλλωνος τὸ ἐν Σικυωνί; quanquam adjiciat melius esse intelligere τὸ ἐν Δέλφοις ναπίω λεγόμενον, quia ibi draco jaculis ab Apolline occisus fuit. In Aleandri tabula Heliaca sol radiatus, arcu atque pharetra post tergum rejectis; & in Gallieni nummo apud Ant. Pisonem & Tristanum, aliosque antiquarios centaurus sagittarius, cum Inscript. APOLLINI CONS. AUG. quia signum illud cæleste soli consecratum est, conspiciuntur. Macrobius lib. 1. cap. 21. Saturn. *Sagittarius, qui omnium Zodiaci domiciliorum imus atque postremus est, ideo ex homine in feram per membra posteriora degenerat, quasi postremis partibus suis a superis in inferna detrusus. Sagittam tamen jacit: quod indicat nunc quoque universorum constare vitam radio solis ab ima parte venientis: & observavi subinde in nummis nomina deorum non diis, sed sive fictis sive veris animalibus, quæ ipsis sacra esse anilis superstitio voluit, apponi. In nummis Gallieni hæ Inscriptioes, JOVI. APOLLINI. SOLI. & JUNONI. CONS. AUG. cum capra Amathæa, gryphæ, bove, & cerva occurrunt; & Ægyptii, eorumque exemplo alii, animalia, quæ deorum ad naturam accedere videbantur, colentes, symbolo eundem, quem numinibus honorem habebant, uti multis docuere Porphyrius libris de Abstin. & Plutarchus in libro de Iside & Osiride. Quin & Apollinis soror Diana vel Luna frequentissime sagittis armatur quia & illa radios in longum jaculabatur, vel ἄφεισιν πόρρω τῶ ἀπέναν, uti loquitur Phurnutus, vel Cornutus potius, observante Aleandro: unde & Arnobio lib. 1. eleganter Apollo ac Diana *Arquitenentes* appellantur. Nec certe hoc monerem, & paululum, ut est Ἐ λεγόμενον, extra oleas vagarer, nisi id quasi flagi-*

flagitaret argumenti similitudo, & opinio veterum, qui mortes virorum subitas & præcipue pestilentes Apollinis, fæminarum Dianæ sagittis adscribebant. Notum est filios Niobes fingi a poëtis & mythographis ab Apolline, à Diana vero filias occisas esse. Homerus certe Iliadē Z. v. 205. *Laodamiā*, v. 427. matrem Andromaches a Diana fuisse interemptas, & Odyss. A. v. 197. matrem Ulyssis narrare sese a Diana non esse interfectam, verum illius desiderio mortuam, canit. Clyte uxor Cyzici apud Val. Flac. l. 3. v. 322: lamentatur ab eadem Dea matrem suam occisam esse;

*Mygdonis ora patrem, funestaque prelia nuper
Natales rapuere domos; Triviaque potentis
Occidit arcana generix absumpta sagitta.*

Et Pherecydes apud Schol. Pindari ad Oden Pythiorum tertiam, Apollinem misisse Dianam notat, eamque Coronidem, & multas mulieres occidisse; ipsum vero Apollinem letho dedisse Ischyn: adeo ut mirandum nequaquam sit poëtarum Principem in Odyssæa introducere Penelopem invocantem & precantem Dianam, ut sortiretur mortem subitam. Quin imo & mortes αἰσμάτους, quæ scil. non ferro vel ulla vi externa inferebantur, inter quas proculdubio & pestilentia fuit numerata, iisdem numinibus adscribebant, teste Strabone libro quartodecimo: eoque sensu Homerus videtur ἀγανὰ βέλη binis locis iis tribuere, id est, *miis, placida & mansueta tela*; cum alioquin ferocia potius vocanda sint, quibus homines citissime e vita rapiuntur. Et hanc veterum opinionem clare nobis ob oculos ponit Eustathius ad Iliada z. pag. 637. Ed. Romanæ: Ὅτι ἡ τῆ Ἀρτέμιδι τέτεσι τῆ Σελήνῃ τὰς αἰφνιδίους θανάτους τῶν γυναικῶν ἀνατίθησιν ἢ Ἑλληνικῆ δόξα δῆλον ὄσιν, ὡσπερ ὁ Ἀπόλλων ἢ Ἥλιος (ita enim scribendum) αἰτιοῦ λέγεται τὸ αἰφνης θνήσκειν τῶς ἀνδρας: Diana id est Luna repentinos obitus mulierum attribuisse gentiles notum est; uti Apollo vel sol dicitur causa esse subite mortis virorum. Neque tamen ipse Homerus hoc perpetuo observat; sed Dianam canit occidisse Orionem Odyss. E. v. 123. quod cum mul-

tis aliis poëta locis contrarium fit, non defuerunt veteres, qui ver-
sus hosce spurios & supposititios esse judicarunt. Eustathius ad ver-
sum 123. Odyf. E. Ὅμηρος ὃ θάνατον ἀφροδίδων αὐτὴ ἰσορεῖ. Τοιούτων γάρ
τοὶ δηλοῖ τὴν Ἀρτέμιδος ἀγανά βέλη, οἷς αὐτὸν κατέπεφεν ὡς πλημε-
λοῦντά τι φασὶν εἰς αὐτὸν. ἄλλως γὰρ ἐκ ἀναίρεα Ἀρτεμις ἀρρένας, ὡς καὶ πορο-
σημείωται. διὸ καὶ ἠθέτησάν τινες τὸ Ὀμηρικὸν τούτων τόπων ἕξ τὴν πρῶ-
ξενος ἀνδρες: *Homerus autem narrat eum subita morte obiisse: hoc enim
significant Diana placida tela, quibus eum occidit, quia illam, aiunt,
attrectabat. Cateroquin enim Diana e medio non tollit viros, ut etiam
prædictum est: unde etiam nonnulli spurium judicarunt hunc Homeri
locum propter rem insolitam.* Atque ita quidem Apollo putatur cau-
sa esse pestilentiae, & sagittas emittere, quando illa orbem terrarum
corripit. Sane Eustathius ad Ilia. Ω. scribit Niobes liberos vide-
ri ἐξ αἰτίας λοιμῶδες obiisse; Ammianus Marcell. lib. 19. c. 4.
ejusmodi perniciem describens ait, *periere telis Apollineis complures,
qui Sol aestimatur: & Servius ad Ecl. 5. notat tria insignia circa
Apollinis simulacrum videri: lyram, qua nobis caelestis harmonia
imaginem monstrat; Gryphen aeneum (ita scribendum judicat Theo-
dorus Rycquius Clarissimus & Doctissimus in Academia Batava
Professor) quod & terrenum numen ostendit: sagittas, quibus infer-
nus Deus & noxius judicatur.* Hinc Homerus comminiscitur pe-
stilentiam ab Apolline missas sagittas statim insecutam esse; (quod
elegantè expressit Lucianus in libro de Sacrif. per κατὰ ζεῦσιν τῶν λοι-
μῶν τῆς Ἀχαιῶν) & hinc Servius ad lib. 3. Æn. v. 136. observat *Apol-
line offenso pestilentiam creari semper; illudque Homerum ostendere,
cum eum armatum inducit sagittis; & inde Apollinem dici secundum
aliquos διὰ τὴν ἀπολεῖν.* Hocque adeo verum est, ut versum poë-
tæ, quo deus ille dicitur pestilentiae nebulam depulisse, eandem
avertere posse Martianus fingat Capella: *Tali dei temperamento vir-
tus admonita, magisque cum cum salutaris auras miscere conspiceret,
eaci poëta Grajorum versum Mercurio comprobante commemorat:*

Φοῖβος ἔχουσι μὲν λοιμῶν νεφέλῃσι δῶκεν ἔροκεν.

*Ex quo pestem fugari posse Mercurius, si voces prima vestigiis ejus ac-
cederent, admonēbat, quæ tamen voces, ut idem mox loquitur, sub-
denda*

dende Clario fidibus personanti, atque interserta laurigerâ infularum lubrico implexoque crine redimito: id est, cum condito telo placidus, utque apud Servium alicubi legitur, *citharam tenens, mitis est*. Et forte hinc explicandus gazæ Palatinæ nummus, cujus in una area cernitur ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΩΤΗΡ sagittis pharetra & arcu armatus, in altera vero cithara, quam lauri corona ambit, & ΛΑΠΙΘΩΝ. Sic *citharam* tenet cum SALUTARIS in nummo Treboniani Galli apud Trifanum; *laurum cum cithara*, quando CONSERVATOR dicitur in alio Macriani & M. Aurelii Claudii Quintilii apud Patinum, antiquariæ rei studiosissimum virum. Quin & Pausanias lib. 10. testatur Cleonæos caprum soli orienti immolasse, atque Apollini pestilentia sedata æneum caprum dono dedisse; Horatius lib. 1. ode 21. hortatur pueros, ut Apollinem rogent, *ut miseram famem pestemque a populo in Persas atque Britannos agere velit*; & malo hoc in homines grassante, ramum lauri supra januam figebant, precabanturque Apollinem, ut ab ipsis pestem averteret, parceretque ædibus, quæ in tutela amatæ sibi Daphnes erant, uti ex Auctore magni Etymol. Diog. Laërtio aliisque observavit Meursius. Sed nimium me *sagittæ* a proposito, ut video, abducunt; quare ad

S I T U L A M

quæ affabre facta ex dextro Harpocratis brachio dependet, quaque frequenter Ægyptiorum numina ornari solent, me convertam. Nam non Aliter Isis ab Apulejo describitur lib. xi. *Metam. Nam dextra quidem ferebat æneum crepitaculum: cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam, trajectæ mediæ pauca virgula, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argentum sonorem: Læva vero CYMBIUM dependebat aureum: cujus ansula qua parte conspicua est insurgebat aspis*: qualis fere Isis occurrit in lucerna antiqua apud Licetum pag. 1178. ex qua etiam patet *cymbium* illud non referre navem; & propterea censendum esse, hanc vocem generaliter de vase usurpari.




Servius ad lib. 8. Æn. extremum *sitellam* vocat : *Isis* autem est *genius* Ægypti, qui per *sistri* motum quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat : per *SITELLAM* quam sinistra manu retinet, ostendit adfluentiam omnium lacunarum. Atque ita in gemma antiqua non modo Isis verum etiam ipse Osiris, inter quos medius Harpocrates incedit, *situlam* gerunt; non secus ac alia *Isidis* effigies quam cum illa ex *auctuario Pignorii* conspiciendam præbeo:



Nec

Nec omittendus lapis antiquus, quem mecum communicavit præstantissimæ eruditionis vir Raphaël Fabrettus; cujus inscriptio publicata quidem est a Reinesio; sed hic ectypus docebit, non satis diligenter eum, cujus fidem sequitur vir magnus, figuram Isis inspexisse, quippe quæ non exta & litteram A. verum situlam, manu sinistra tenet, & dextra fistrum.



Testatur quoque Joannes Macarius vir eruditus valde se vidisse gemmam, in qua homo capite leonino, gestans *situlam*, dextra serpentem radiato capite premens exprimebatur; quæ proculdubio ad Ægyptio-

Ægyptiorum sacra & solis cultum referenda erat, non secus ac altera, in qua leo tridentem, ut videtur, tenens, pene erecto simile vas gerit apud Chiffletium :



Et quidem leo insuper ita depingi potuit ; quia Nilum putabant ascendere ἔπὸς τῆς θερμότητος τῆς τῆς θεῆς vel solis, quando nempe signum leonis intrabat, uti docuit Horus Apollo in Hieroglyphicis. Quod nec monere oblitus est Plutarchus, sed, ut puto, corruptus in lib. de Iside : *Et de sideribus σείειον Isidis esse existimant, ὕδατος γὰρ ὄντα ; καὶ τῶν λέοντος τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεοντείσι τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμεῖσιν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος καὶ Ἡελίος τὰ πρῶτα συνερχομένου λέοντι : ὁ δὲ λέοντα venerantur, ritibusque leonis januas templorum ornant, quia Nilus exundat, quando sol primum leonis signum ingreditur.* Locum hic non habere templorum januas videtur, forteque legendum τὰ τῶν κρητῶν, vel τῶν ἱερῶν κρητῶν, id est *sacrorum fontium tubos*, vel tuborum capita, ex quibus aqua profluit ; quam emendationem firmat Horapollus qui θυρώματα hæc vocat, *χολέδρας καὶ εἰσάγωγεις τῶν ἱερῶν κρητῶν*, eosque scribit *λεοντομορφῆς* factos esse ab iis qui sacris operibus præerant, vel ab τῶν ἱερατικῶν ἔργων ὀνητάις : nisi quis existimare potius velit templorum fores ita etiam fuisse ornatas. Neque enim illud nego ; nam Horapollus lib. i. c. 19. id fuisse factum commemorat, quia leo oculos apertos habens cum dormit, signum erat vigilantie : *διότι καὶ συμβολικῶς τῶν κλειθρῶν τῶν ἱερῶν, λέοντος ὡς φύλακος παρελήφασιν ;*
Unde

Unde & non absque significatione sacrorum claustris, leones qui custodum loco sint appinxerunt : cum κλειθρον potius seram significet; & κλειθρα λαμβάνειν non appingere, verum accipere traditum quasi per manus. Sic arbitrabar huc pertinere inscriptionem libelli, quæ Legato Antonii Eparhi, quod inter Varia Sacra grande illud Academia Batavæ decus, Stephanus le Moyne edidit, continetur : & pro τῆς ληνῶν torcularium scribebam κρηνῶν, id est, fontium. Sed Vir doctissimus me certiore fecit in dissertatione, ita etiam legi; nec lectionem hanc sollicitandam esse ex ipsis verbis patebit : Ἐν Αἰγύπτῳ ἢ τὰ Νεῖλω ἀνάχυσις καὶ ὑπερέλυσις καὶ ἐκεῖνον εἰώθει γίνεσθαι τὰ ἐνιαυτῷ ἢ καιρὸν, καθ' ὃν ὁ Ἡλιὸς ἐν τῷ λέοντι ὄσσι' τηνικαῦτα γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι πάτε δημόσια καὶ μεγάλα λυτρά ἤνοιγον, καὶ τὰς ἀπανταχοῦ κρηνὰς τῆς ὕδατων, εἰς σύμβολον τῆς ἑπεσκαμνῆς λεοντοπροσώπως ἐποίησαν κακεῖθεν ἐπεκράτησε, καὶ τὰς τῆς Ἰσοληνίων κρηνὰς λεοντοειδεῖς κατὰσκευάζειν εἰς μίμησιν τῆς Νειλῶς ὕδατος προχύσεως προσκαλεμνῶν ἡμῶν οἰοεῖ καὶ πλὴν τῶ οἴνε σαφιλῆ καὶ ἀφθονον διεββόλω, καὶ αἶμα ὅτι καὶ ἡ τῶ τῶν ἢ τῆς τρυγῆς καιρὸν ὁ Ἡλιὸς πλὴν κλειθρον αὐτῷ ἐν τῷ λέοντι ποιεῖται καὶ τὰς ἐκκράτες τόπες : In Aegypto Nili inundatio & incrementum fit circa istam anni tempestatem, in qua sol est in leone : ideo tunc Aegyptii aperiant publica & magna lavacra & balnea; & ubique omnes aquarum fontes & scaturigines leonina forma effingunt, in symbolum instantis istius signi. Ibi etiam hoc obtinuit, ut omnes lacuum torcularium scaturigines leonina specie adornarentur, ad imitationem incrementi aquae Niloticæ, nobis invocantibus etiam largam & copiosam vini abundantiam & quasi inundationem : simul etiam quia tempore vindemiarum sol est in leone in climatibus & locis bene temperatis. Addebatque in epistola eruditissima vir Magnus hunc locum illustrari altero posse, qui habetur apud Horapollinem; lacus torculares, ubi vinum ex prelo excipiebatur, illinc deffundebatur in dolia, deinde ex doliis in cados & amphoras, habuisse tubos & canales, quorum ora erant in formam rictuum leoninorum effigiata; ita fontes etiam effictos fuisse, illumque morem ad Christianos fluxisse, uti patet ex Sidon. Apoll. l. 2. Ep. 10, & Ennodio Epigr. 19 : nec tantum sacros fontes istis leoninis capitibus fuisse ornatos, sed & ædium ac domorum stillicidia, & fistulas quibus aquæ ex tectis effluebant, teste Vitruvio lib. 3. c. ult. cumque sacri fontes in liminibus templorum excavarentur & ornarentur, templorum fores & valvas leo-

num formis etiam insignitas fuisse, forsan quia in honorem Nili vel Solis, quorum leo symbolum erat, ædificabantur, vel quia templorum custodes erant; teste Horapoll. c. 19. Et inde apud Plutarchum nihil mutandum censet, arbitraturque hoc primo forsan a Judæis habuisse Ægyptios, qui in atrio templi altare habebant, quod Aries vocabatur, id est *Leo Dei*; non quod formæ leonum cornibus istius altaris insculptæ essent, vel quia flamma leonis forma super altare semper appareret, ut volunt delirantes Rabbini, sed quod flamma symbolum iræ divinæ victimas omnes voraret, ut leo alia animalia confumit; nisi forte mos hic Ægyptiorum derivatus sit a velo tabernaculi, quod cum cherubinorum formis distinctum & variegatum fuit, quorum forma præcipua erat leonina. Hæc & alia doctissima scripsit ad me vir illustris, quæ si tantum tibi, lector, quantum mihi placent, placebunt certe immensum. Atque huc pertinere leg. 17. §. 9. D. de *Act. Empti & Venditi*, Guilielmus Cæterius Historiæ apud Daventrienses Professor censebat: *item constat sigilla, columnas quoque & personas, ex quarum rostris aqua salire solet, vilhe esse.* Nam per *personas* putabat vir egregie doctus Ulpianum intelligere hujusmodi capita seu aquilarum, seu gryphum, seu leonum; illaque ita appellari, quod instar personæ seu larvæ tragicæ concava essent. Nisi forte veræ personæ intelligendæ sint, ex quibus etiam hodie videmus aquam pluvix profluere. Nec obstat vox *rostrum*; quippe quæ non modo de avibus & animalibus, ut *apro* apud Phædrum, verum etiam de hominibus usurpatur; quorum os ita appellant Lucilius & Varro, non secus ac idem Archippo & Aratori apud Athenæum *ῥύχθ* dicitur, notante Reinesio lib. 1. Var. lect. c. 18. Quin & huc pertinere videntur *Silvani*, ex quorum ore etiam videntur aquæ profiluisse; unde in Glossis Philoxeni: *Silvanus ῥύχθ*: *Silbanus πᾶν*, *Σιλνός*; alii, fateor, rescribunt *Silanus* priore loco; sed hoc etiam quadrat; quia Silanos ita dictos existimant a superciliis eminentibus, quales *Silones* Varro vocat; vel naribus repandis; uti videre licet apud Celeberr. Vossium in Etymologico; quæ certe figura, valde convenit tuborum, ex quibus aqua profluit, orificiis. Scilicet Ægyptii, eorumque exemplo Thales aliique philosophi, *ἀρχὴ ἑστὶ πάντων ὕδωρ* aquam omnium rerum originem esse credebant uti videre licet apud Diogenem Laërtium, Ciceronem lib. 1. de Nat. Deorum; & Plutarchum in libro de Iside & Osiride, qui multis

multis iisque lectu dignissimis hac de re agit. Aristides quoque Oratione in Neptunum testatur poëtas ortum deorum aquæ sub Oceani nomine, quem θεῶν γένεσιν dicebant, tribuisse, & omnia ex humore orta esse, καὶ ἐξ ἧς τε πάλαι ἐνδέδεσθαι γενέσεως μέτρα; & chaos, ex quo omnia nata esse finxit Hesiodus, fluidum fuisse volunt Græcorum illi, qui ἀπὸ τῆς χύσεως illud nomen deducunt, χυτὸν γὰρ, καὶ ῥυτὸν τὸ ὕδωρ. Atque hoc ut Ægyptii per symbola etiam docerent, hydriam vel fitulam aqua plenam in sacris Isidis & Osiridis circumferebant: Vitruvius in præfat. lib. 8. *Ex eo etiam, qui sacerdotia gerunt moribus Ægyptiorum, ostendunt omnes res e liquoris potestate consistere. Itaque cum HYDRIAM tegunt, qua ad templum adempte casta religione refertur, tunc in terra procumbentes, manibus ad celum sublatis, inventionibus gratias agunt divina benignitatis: & Plutarchus in libro toties laudato scribit, eos non solum Nilum, sed omnem humorem ὀσίειδος ἀπόρροην Osiridis defluxum vocare, & ante sacra in pompa semper præcedere τὸ ὑδρεῖον ἐπὶ τιμῇ τῆς θεῆς.* Et nisi me plane fallo vas illud aquarium cernitur apud Gruterum pag. LXXXI. in ara Isidis; quam, cum Luna sit, non absque ratione Apulejus scribit, *adis ignibus nutrire leta semina, & Solis ambagibus dispensare incerta lumina.* Hinc Isidis atque Osiridis capita fitulis insistant in nummo M. Aurelii apud Tristanum, Spanhemium & Patinum: in nummo Hadriani post terga Isidis Orum vel Harpocratem genibus gerentis cernitur vas ansatum;



nec aliunde putem explicari debere Canopi simulacrum, quod pariter in iisdem antiquitatis monumentis occurrit, cujusque historia peti potest ex Suida in v. Κάνωπι & Ruffino. Cum autem humor per se generationi aptus non sit, & in fœcundum elemen-

tum foret, nisi igne & flammis animaretur æthereis, propterea Harpocrates, & Osiris sive sol fitulam, ut vidimus, gerit; quippe qui κρυπτῶ καὶ ἡγεμῶν est τῆ βουτῆς δόξας ἀπάσης, uti loquitur Plutarchus in Quæstion. Græcis: quo pertinet omnino eundem in libello de El. apud Delphos celebrare δαίμονα τετραγυρόν καὶ πῦρ ἐν φθορᾷ καὶ γενέσει φύσιν; & hunc quidem Appellari Apollinem, Delium, Phæbum, Φεβέιον, Phæneum, & secum habere Musas & Mnemosynem: illum vero Plutonem, Aidonea, Σκότιον, Νύκτιον, dominum noctis & somni, atque apud se habere Leiben & silentium. Et ne vel Varronis lib. iv. de L. L. vel aliorum auctorum, qui duplicem nascendi causam statuunt aquam & ignem, in medium afferam verba; audiendus unus est Lactantius lib. 2. Inst. c. 10. Duo igitur illa principia inveniuntur, quæ diversam & contrariam sibi plane habent potestatem: calor & humor: quæ mirabiliter Deus ad sustentanda & gignenda omnia excogitavit. Nam cum virtus Dei sit in calore & igne; nisi ardorem vimque ejus admissa humoris ac frigoris materia temperasset; nec nasci quicquam nec coherere potuisset; quin statim conflagratione interiret, quicquid esse cœpisset. Unde & Philosophi quidam & poeta discordi concordia mundum constare dixerunt: sed rationem penitus non viderunt. Heraclitus ex igne nata esse omnia dixit; Thales Milesius ex aqua. Uterque vidit aliquid, sed erravit tamen uterque: quod alterutrum si solum fuisset, neque aqua nasci ex igne potuisset, neque rursus ignis ex aqua. Et observatione præcipue dignum Ægyptios, Porphyrio teste, elementorum maxime colere ὕδωρ καὶ πῦρ eaque causam esse σωτηρίας ἡμῶν, in sacris ostendi; ὡς πᾶς ἐστὶ καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τῆ ἀγίας Σαραπίδος ἢ Σεραπείας δὲ πυρός καὶ ὕδατος γίνεσθαι, λείβοντι τὴ ὑμνωδῆ τῷ ὕδατι καὶ τῷ πῦρι φωνοῦσι ὁσπρινία ἀνεστῶς ὅτι τὸ ὕδωρ (ita enim cum eruditis scribendum) τῇ πατεία τῆ Ἀγυπτιῶν φωνῇ ἐρεῖται τὸ θεόν: Uti etiamnum, cum Sarapidis sacrarium aperitur, cultus igne & aqua absolvitur. Hymnorum enim decantator aquam libat, cum in limine erectus patria Ægyptiorum voce deum suscitatur: quam ultimam loquendi formam, ritumque illustrat magnus Scaliger ad Tibullum. Estque etiam observatione digna Anubidis fitulam itidem gerentis effigies apud Chifletium; nec non Mercurii, uti equidem arbitrator, in tabula secunda auctarii mensæ Isiacæ, quam utramque apponere visum fuit; iisque aliquam saltem lucem affundere.

Ægyptio-



Ægyptiorum igitur Mercurius non ornabatur petaso & alis, ut Græcorum, qui tamen in nummis sæpe etiam alis caret, sed aliis rebus, ut fistro & situla, quemadmodum ex effigie allata patet, vel fistro & caduceo, qualem eum occurrere in nummo Damascenorum existimat Tristanus, Tom. 1. pag. 231. Anubis, eadem insignia gerens conspicitur in nummo Faustinae; cumque ille idem sit cum Mercurio, uti ex Eusebio, Diodoro, & Apulejo probavit vir doctissimus, clarum utique erit, cur humana Mercurii facies caninis auribus (si modo illæ sunt) sit conspicua. Situlam autem instar Harpocratis nostri, manu sinistra tenet, quia Mercurium ad solem etiam referebant, uti eleganter lib. 1. c. 19. Saturn. docet Macrobius, & post eum Hieron. Alexander in tabulæ Heliacæ expositione. Et hanc ob causam arbitror in Albini nummo Mercurium vel certe deum radiata corona cinctum, una manu tenere tridentem, altera caduceum, cum Inscript. SAECULO FRUGIFERO, vel uti in alio legitur, in quo figura turritam coronam gerit, quæque una cum caduceo binas spicas in manu dextra gerit, SAECULO FECUNDO, nec non in posthumi altero cerni caduceum cum eadem inscriptione; quia sol fecunditatis parens, ejusque ut & felicitatis symbolum caduceus est: adeo ut mirer virum eruditissimum scribere, se non videre quid Mercurius commune cum sole habeat, quanquam Hermæ in Augusti nummis cernantur corona radiata caput cincti, quæ soli ordinarie tribuitur.

Nam certe, si Theologos gentilium sequimur, multa Mercurio cum sole communia fuere; illiusque alas, & caduceum, ipsumque adeo nomen Græcum ad solem retulerunt. Et quod Anubidis effigiem valde illustrat, in binis Juliani Imperatoris nummis idem una manu sistrum, altera tenet parilem situlam, apud Carolum du Fresne illustrem & doctiss. Virum in familiis Byzantinis. Clavæ, quam tenet Harpocrates manu sinistra avis, atque ut videtur

A N S E R

appendet. Ille enim præterquam quod Priapo, uti ex Petronio, & Junoni, uti ex Livio atque Plutarcho constat, etiam Isidi & proculdubio Osiridi sacer fuit. In templis illos versari solere testis est Artemidorus lib. 4. cap. 85. Oneirocr. per quod num Isidis templum intelligi debeat incertum; quia in genere ille loquitur: *ἰεροὶ δὲ οἱ χῆνες καὶ ἐν ναοῖς ἀνασπερόμενοι*: Isiacus apud Leonardum Augustinum sacerdos, inter varias florum & fructuum primitias, aliasque res etiam anseres gerit, vel ut Isidi sacros, vel deæ offerendos in sacrificium. Nam Isis Aristidem jubet Sermone 2. sac. extremo sibi *duos anseres* ἄσῳ; Ovidius canit, 1. Fast. 454.

*Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser
Det jecur in lances Inachi lauta tuas.*

Pausanias lib. x. testatur Tithoræensium *ἰσδαμνεσέρας* Isidi obtulisse boves & cervos, tenuiores vero *anser* & *meleagrides*: & denique Herodotus lib. 2, c. 45. scribit Ægyptios nullam pecudem immolasse, præter *suas, boves mares, vitulos ναθαρὰς atque anseres*. Harpocrati autem additur, quia ut sol nil nisi ignis esse existimatur, ita anseres natura calidissimi, *θερμότεροι καὶ στεγνυρότεροι πῦρ φύσιν*, ut loquitur Ælianus lib. 5. Hist. An. c. 29. Neque aliam ob causam eandem avem addi Mercurio, quem modo explicavi, arbitror; qui etiam sistrum, nisi aliud instrumentum sit, gerit, quia solem eo repræsentabant, uti ex Plutarchi libro de Iside & Osiride patet. Anserem excipiet

C L A V A

quam nodosam, ad instar trunci ab arbore recisi, manu sinistra tenet

net Harpocrates; non secus ac apud Casaliura alius, cujus ectypum exhibeo :



Clava proculdubio Herculis propria est; cui propterea *nodosum robur* tribuit Val. Flac. l. 2. v. 534. *σὺβᾶλον κεχαραγμῶν ὄξοις* Theocritus Idyl. 17. v. 31. *torosam clavam* poëta, cujus mihi nomen excidit, antiquus; sed cum animalium partes carnosæ dicantur *toris*, & *torosæ*, ut v. c. *cervix torosæ*; cumque ita Hercules appellari possit propter corpus nervis, musculis & toris plenum, subdubitavi nonnunquam, num pro *torosæ* scribi debeat *torosæ*; ut scilicet Hercules TOROSUS a solido corpore vocetur: quod num admitti possit aliis judicandum relinquo. Neque tamen *nodosa clava* dicenda semper erit nostræ similis; quia ab aliis rami potuerunt esse ablati, ita ut non tantum exstarent, vel talis fuisse, qualis in nummo Prusæ Theauri Palatini conspicitur; quod idem sentiendum de Thesei clava, quam *nodosum stipitem*, & *trinodem clavam* vocat Ovidius Ep. 4. & 40. Heroid. nec non 1. Fast. v. 575. Nec certe quis

quis errabit, si clavam ad Herculem retulerit, quem etiam Solem faciebant theologi gentiles, uti ex ipso illius nomine, & aliis rebus probare conatur Macrobius lib. 1. Saturn. c. 20. Eusebius lib. 3. præparat. Euang. scribit admirandam ethnicorum impudentiam esse, quippe qui solem modo Apollinem, modo Herculem, modo Bacchum, modo Esculapium dicere non vereantur. Nonnus (apud quem plura hujus generis videri possunt) lib. xl. Dionys. eundem vocat ἀστροχίτωνα, ἀνακτα πυρός, ὄρχαμον κόσμου, ἥλιον, stellatam tunicam (propter stellas quæ in cæli convexo lucent) indutum, regem ignis, ducem mundi, solem, qui circularim obequitat totum polum vel orbem αἰθοπι δίσκω, igneo disco & Tristanus t. 2. p. 337. arbitratur in Apamensium nummo ab una parte cerni Herculem, si modo is est, ab altera vero Junonem, quia ille sol, hæc vero terra habebatur. Porphyrius quoque apud Euseb. libro laudato testatur clavam & leoninam pellem Herculi tribui ad significandum per clavam πῶ ἀνομαλίαν inæqualitatem, per pellem vero, καὶ τὸ ζώδιον ἐμφανεσιμὸν ἐχούσθαι, quia vires suas in leone præcipue sol ostendit; & duodecim ejus labores notare duodecim signa, quæ sol singulis annis transit. Scholiastes Hesiodi ad Theog. pag. 249. scribit mala aurea esse astra, Herculem vero Solem: idque ideo fictum esse, quia παρερχομένη τῆ ἡλίου ἐμφαίνονται τὰ ἀστρα: Hydræ Lernææ historiam ex solis natura interpretatur idem pag. 256. Prometheum liberatum, pag. 281. ubi disertè τὸν ἥλιον vocatum fuisse Ἡρακλέα scribit: Geryonis boves pag. 310, & tandem duodecim labores pag. 305. non secus ac apud Eusebium Porphyrius. Eandem ob causam sagittis & arcu armatur, uti inter alios docet Hieronimus Aleander in Exposit. Tabulæ Heliacæ: in qua etiam clava inter insignia solis conspiciuntur. Et notandum diligenter clavam Herculeam similiter Harpocrati tribui in nummo Hadriani apud Antiquarium non minimi nominis Car. Patinum; sed ut de fide sculptoris dubitem facit similis Antonini Pii nummus apud Tristanum, in quo sceptrum, illique insidens aquila conspiciuntur; in quod idem eruditione præstantes viri diligentius inquirant: in nummo Agrippinæ Claudii apud Seguinum Sol radiatus coronam imponit tropæo, ejusque a basi surgunt binæ clavæ: in lapide antiquo apud Gruterum pag. 28. conspiciuntur MATRIS DEUM MAGNÆ IDEÆ PALATINÆ insignia, turris, pinus, crotala, fistulæ, lances, pedum, leo,

leo, & cum iis clava; (nisi tamen potius, uti haud obscure ex marmore ipso apud Gabrielem Simeoni patet, sit pedum pastorale) cujus tenuiori parti mitra imponitur, ut docerent Attin mitratum, nullum aliū quam solem esse; id quod gentiles existimasse a viris doctis satis superque probatum est: in Titi Imperatoris nummo apud Patinum eadem Sarapidi additur, quia & hic Sol habebatur, quemadmodum ex Macrobio aliisque auctoribus, nec non innumeris fere nummis, gemmis & marmoribus apud antiquarios obviis constat; unde etiam Aristides scribit eum *περισσοτέρως ἢ τὸν ἡλίον φῶς τοῖς θεοῖς* ostendisse, & alibi eundem scribit esse *ἅπασιν ἀνθρώποις φῶς*. Ceterum non incommode *clava* etiam ad Æsculapium posset referri, cum quia similis plane illi ab Apulejo tribuitur, tum quia circa eam volvitur serpens, qui semper fere deum illum comitatur: *Diceret*, (ait Apulejus lib. 1.) *dei medici baculo, quod RAMULIS SEMIAMPUTATIS NODOSUM, gerit serpentem generosum, lubricis amplexibus inbarere: eidem nodosum bacillum* tribuit Festus in v. *Insula*, quem male Boxhornius ad Plutarchi *Quæst. Romanas* interpretatur serpentibus involutum; & inde forte in Coorum nummo Herculis nodosa clava & baculus Æsculapii conspiciuntur cum serpente apud Trist. Tom. 1. p. 168; nisi potius significant, Herculem etiam in illorum insula cultum fuisse. Serpentes autem Æsculapio tribui res est notissima; idque ideo factum scribit Festus in v. *Draconis*, quia vigilantissimi generis putantur, & illa res maxime medicinæ necessaria est; ipseque in serpentem mutatus esse fingitur, *ὄφρασκ*, id est *serpens* appellatus propterea, quemadmodum observat Salmasius ad Herodis Attici inscriptionem. Neque tamen marmor Lugduni repertum, eo quod anguis in eo sculptus est, cum Gabriele Simeoni Æsculapio tribuere debemus. Nam caput fœmineum plane est, & addita inscriptio *DEO INVICTO MITHIR SECUNDINUS DAT* haud obscure docet illud ad sacra pertinere Mithriaca. Quin & ipsum Æsculapium solem esse docet elegantibus verbis Macrobius lib. 1. c. 20. Saturn. quæ integra adscribere non gravabor: *Hinc est quod simulacris Æsculapii & Salutis draco subjungitur; quod hi ad solis naturam luneque referuntur: & est Æsculapius vis salubris de substantia solis subveniens animis corporibusque mortalium: Salus autem natura lunaris est*

fectus est, quo corpora animantium juvantur saluifero firmata temperamento. Ideo ergo simulacris eorum junguntur figura draconum: quia præstant ut humana corpora velut infirmitatis pelle deposita ad pristinum revirescant virorem, ut virescunt dracones per annos singulos pelle senectutis exuta, propterea & ad ipsum solem species draconis refertur; quia sol semper velut a quadam ima depressionis senecta in altitudinem suam ut in robur revertitur juventutis. Esse autem draconem inter præcipua solis argumenta, etiam nominis fictione monstratur, quod sit nuncupatus $\Delta\pi\omicron\ \delta\epsilon\pi\tau\epsilon\upsilon$, id est videre. Nam ferunt hunc serpentem acie acutissima & pervigili naturam sideris hujus imitari; atque ideo ædium, adytorum, oraculorum, thesaurorum custodiam draconibus assignari. Æsculapium vero eundem esse atque Apollinem non solum hinc probatur, quod ex illo natus creditur, sed quod ei & jus divinationis adjungitur. Nam Apollodorus in libris, quibus titulus est Ἐὶ Δεῶν , scribit quod Æsculapius divinationibus & auguriis præsit. Porphyrius apud Euseb. l. 3. Præpar. cap. xi. testatur Gentiles virtutem solis salutarem, $\omega\sigma\mu\lambda\omega\ \delta\upsilon\alpha\mu\upsilon$ per Æsculapium symbolice expressisse; eique baculum dedisse in manus, in signum, laborantes ab eo sustentari & erigi; & circa illum serpentem volvi in signum $\text{Ἐὶ } \tau\ \text{Ἐὶ } \tau\ \sigma\alpha\mu\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \psi\upsilon\chi\eta\varsigma\ \sigma\upsilon\mu\epsilon\iota\omicron\nu$, quia hoc animal præ reliquis spiritu abundat, & corporis imbecillitatem exuit. Orpheus quoque apud Hesiodi Scholiastem pag. 305. non alia his verbis docet:

$\text{Ἡλιῶ}, \ \delta\acute{\nu}\ \kappa\alpha\lambda\acute{\epsilon}\upsilon\sigma\iota\ \text{Ἀπόλλωνα κλυτότερον}$
 $\text{Φοῖβον ἐκαβελέτην, μάντιν πάντων, ἐκαέρρον}$
 $\text{Ἰπτήρα νόσων. Ἀσκληπίον. ἐνθάδε πάντα.}$

Verum ut pergam, cum primum apud Joannem Smetium, virum certe natum ad Antiquitatis studium juvandum, & qui quotidie vetustis rebus musæum suum exornat gnaviter, imagunculam inspexi, putabam me vel folia vel ramum arboris in infima clava observasse; cumque litteris dubium ut tolleret Smetium rogarem, misit ille ad me, circa imam clavæ partem ramulum esse, sed tenuissime illum a serpentis cauda ad inferiora usque clavæ circumvolvi: eundemque virum doctissimum video in Antiquitatibus suis Noviomagensibus nescio quem flosculum curasse appingi Harpocrati

pocrati suo. Sed, ut verum fatear, nihil tale in imaguncula accuratius postea & plus semel inspecta, reperire potui; animadvertique artificem, illam, quæ initio dissertationis hujus conspicitur, diligenter admodum delineasse: unde & recte me facturum existimaui, si quæ de Bacchi & Herculis deque illius cum sole convenientia notaveram ad calcem libelli rejicerem, ne in ipso opusculo nimium extra oleas, ut est Ἐλεγχόμενον. Accedendum tandem est ad SERPENTEM, qui circa clavam five baculum, brachiumque imagunculæ volvitur, & omnium fere deorum, vel dæmonum symbolum & comes est; Nihil frequentius in Ægyptiorum sacris ut & Græcorum Romanorumque occurrere ex Tabula Pignorii Isaca, ex marmoribus & nummis aliisque antiquis rebus clarissime patet. Isidi comes datur ab Ovidio lib. 9. Met. v. 691: ejusque caput aspide coronatum fuisse præter Ælianum, qui videatur l. 10. c. 31. de Animal. docet Flaccus Valerius l. 4. Argon.

————— & procul Io

Spectat ab arce poli jam divis addita, jamque

Aspide cincta comas, & ovanti persona sistro.

Horapollo lib. 1. Hierogl. c. 1. scribit Ægyptios basiliscum serpentem vocare ἑράϊον, atque eum χρυσὸν ποιεῖντες θεοῖς ἀπειτιθέναί; aureum facientes diis circumponere; quod non incommode de capite potest explicari, uti etiam observatum est Pierio: nam & mox sequitur; Ἐξ τῆς αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιθέασιν, & ideo ipsum (basiliscum) deorum capitibus imponunt; id quod videre in Tabula Pignorii Hieroglyphica licet. Iidem Ægyptii Jovi nonnullos serpentes sacrarunt, eoque dementiæ venerunt ut eos adorarent, Herodoto lib. 2, c. 72. & Æliano l. xi. c. 17. de Animal. testantibus; quorum præcipuus fuit ille, qui Ἀγαθοδαίμων & Κνήφ appellabatur, pari superstitione a Phœnicibus cultus, quemadmodum tradit Eusebius libro Præparat. 1. extremo. Junonis simulacrum apud Babylonios dextra serpentem, sinistra gemmatum sceptrum gerebat; & apud eosdem Rhea sedens ad genua habebat prostratos leones & prope se duos serpentes, uti legere licet apud Diodorum Siculum. In Jovis Sabasii Magnæ Matris ut & Mithræ fa-

cris serpentes præcipuam religionem fecisse patet ex marmoribus, quæ sacra Mithriaca complectuntur, iisque quæ observarunt Pignorius & Rubenius. Euripides præterea in Baccho v. 100. canit Bacchum simul ac natus fuit, coronatum esse *δρακόντων σφάνοις*; & Nonnus eum coronam serpentum circa caput, & *ὀφιδῶδες μίτηλον* habere in signum suæ juventutis. Nec alio habitu se cœdabant Bacchantes, quas Euripides canit *ἀρχαν* sive *serpentem πλονάμοις* circumdedisse; quarum alias Callixenus Rhodius apud Athenæum lib. 5. in descriptione pompæ Bacchicæ elegantissima tradit sese *ὀφείων*, alias vite, hedera & smilace coronasse; apud Horatium lib. 2. Od. 19. Bacchus

— *Separatis uvidus in jugis*

Nodo coërcet viperino

Bissonidum sine fraude crines.

Clemensque tandem Alexandrinus in protrept. Bacchas introducit *ἀνεστειμυδίας τῆς ὀφείων* serpentibus coronatas. Catullus hoc vocat sese tortis serpentibus incingere, & circumplicare se anguibus Arnobius: Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen omophagiis græcum est: in quibus furore mentito, & sequestrata peccatoris sanitate circumplicatis vos anguibus: quanquam dubitem num cum viris eruditis bina hæc loca ita explicari debeant, nec potius significant vestes vel corpora bacchantium serpentibus cincta fuisse, qualis SALUS occurrit in nummo Mammææ apud Trifanum: Minutius quoque Felix Cererem serpente circumdat: *Ceres facibus accensis, & serpente circumdata, errore subreptam & corruptam Liberam anxia & sollicita vestigat*: ubi parum abest, quin rescribam, *circumlata*, quia curru a serpentibus tracto fuit vecta, cum quæreret filiam Proserpinam. Neque hæc de Bacchantibus monuissim, nisi ectypum lucernæ elegantissimæ, quæ caput Bacchi videtur referre, adjicere in gratiam eorum qui antiquas res mirantur, constituissim;

Inventa



Inventa illa est Noviomagi anno Christi D. N. 1674. in sarcophago ex lapide tofo quatuor aut quinque pedum, cum quibusdam nummis æneis, & prope sarcophagum stabat urna cinere & ossibus plena. Eam Galli secum abstulerunt, sed depingendam ante curaverat Joannes Braunius Antiquariæ rei studiosissimus, & tunc in

H 3

urbe

urbe myſteriorum ſacrorum interpres, nunc vero Theologiæ apud Groninganos Profeſſor, qui qua eruditione præditus fit, ſatis do- cent libri de Veſtitu Sacerdotum Hebræorum. Viro igitur illi lu- cernam debes, Lector; quæ nobis repræſentat Bacchi Juvenis, ni fallor, caput, coronatum serpente & vite; quomodo apud Apol- lon. Rhodium lib. 3. v. 1213. Hecate *σμερδαλίους draconibus μὲν δρυνοῖσι πλόθοισι cum ramis quernæis*; & apud Sophoclem *ρίζο- μοις*, cujus verba conſervavit nobis alterius poëtæ vetus Scholia- ſtes; ὅτι, αἰτ, *δρακῶσι καὶ δρυίνῳ κλάδῳ σφέτεροι ἢ Ἐκάτη καὶ Σοφουλῆς ἐν Ρίζοτόμοις ἢ χόρον πεποίηκε λέγοντα*

Στεφανωρδὴν δρυσι καὶ πλείσταις

Ὡμων ἀπειρήμασι δρακόντων.

quomodo ſcribendum eſſe recte docet Scaliger ad Varronem. Quid autem cauſæ fit, cur ejuſmodi lucernæ ſepulchris inferrentur, aut cur rebus ad Bacchum pertinentibus exornarentur, in obscuro equidem eſt. An dicemus pro lubitu hic graſſatos artifices? an ve- ro inſignia dei lucernis indita eſſe, quia ſacra illius, quem propterea Ovidius lib. 1. Artis vocat *Nyctelium Patrem*, erant nocturna, uti ex plurimis auctoribus conſtat; inque eorum poſitas fuiſſe monu- mentis, qui myſteriis Bacchi erant initiati, vel numini majeſtati- que ejus devoti? SERPENS autem peculiari ratione, id quod maxime probandum erat, ſoli ſacratuſ erat; eamque procul dubio ob cauſam Harpocrati additur. Artemidorus lib. 2. Oneir. c. 13. ſcribit *δρακόντα ſacrum eſſe Jovi Sabasio, SOLI, Cereri & Proſer- pinae, Hecate, Aſculapio & Heroibus*. In caduceo Mercurii ſer- pentes Solis ſymbolum eſſe docet Macrobius lib. 1. Sat. c. 19. pa- tetque clariffime ex Aleandri Tabula Heliaca; in qua ut Hercules *Scytalo-sagitti-pellifer*, uti vocatur Tertulliano, per clavam & pel- lem leonis, Bacchus per pocula, ita Mercurius per acervum lapi- dum & caduceum ad ſidus illud refertur. Hanc ob cauſam Aſcu- lapio angues tribui ex ejuſdem Macrobi, quæ jam laudata ſunt, verbis patet; docetque idem lib. 1. c. 17. Apollini Hierapolitano *draconis effigiem* addi ad monſtrandum *flexuoſum iter ſideris*; & ni- hil frequentius quam in nummis aliifque monumentis cernere ſer- pentem Apollinem comitari, vel tripodibus ejus addi, ſive quia ſoli ſacer, ſive quia oraculis adhibebatur, propterea Græcis appel- latus *οἰωνός*, uti apud Heſychium legere licet. Ad pedem dextrum

Harpoc-

Harpocratis CUNICULUS, vel LEPUS, vel aliud animal, & forte, neque enim propter brevitatem satis certo dignosci potest, CANIS sedet. Soli varia animalia constat fuisse sacrata, verum necdum mihi quicquam simile de *Lepore* vel *Cuniculo* reperi- tum est; quorum tamen naturæ non male fideri illi aptari possunt. Ut enim sol generationis & fœcunditatis præcipua causa habetur, ita ipsi sacratus, vel symbolum illius erit lepus, timidum quidem (unde in lege Salica pœna in eum statuitur, qui *alterum leporem clamaverit*, & proverbium, Πήγιν & λαγώς, Zenobio teste origi- nem traxit) sed fœcundissimum animal, quod *superfœtat*, aliud *edu- cans*, aliud *in uero pilis vestitum*, aliud *inplume*, aliud *inchoatum ge- rens pariter*, uti Plinius loquitur lib. 8, c. 55. cui consentiunt He- rodotus lib. 3. c. 108. Pollux, Xenophon, Ælianus, Bochartus in admirando de animalibus S. S. opere, atque Stephanus le Moyne, cujus amicitiam magni facio, in pereruditis, ad Barnabæ episto- lam notis. Nec is forte erraverit, quanquam ejusmodi res meræ divinationes sint, qui existimet lepores ea de causâ amoribus sacra- ri, quemadmodum Eusthath. ad Iliad. A. & ex eo in v. πέννη tra- dit Varinus, qui tamen rationem a visu & ipsa voce deducunt. Nam postquam monuissent Apollini κίθαρον piscem dedicari, quia citharista erat, Mercurio βόανα itidem piscem, quia præco erat, Veneri ἀφύλου etiam piscem e spuma nascentem, quia illa inde fer- tur esse orta; λυκον Apollini, propter ἀμφιλύκω νόμα, circa quam sol oritur; addunt; Καὶ λαγώς ἑρώτων ἀνάθημα, ὅτι τὸ αὐτὸν τὸ κτῆ- κλήσιν γενέσεως. λαγώς τε γὰρ ἀπὸ τῆς λάειν, καὶ ἑρως ἐκ τῆς ἑρῶν, ἀπὲρ τὸ βλέπειν μινύουσι: Certe Veneri leporem *gratissimam hostiam*, ὡς πολὺ τὸ Ἀφροδίτης μέτεστιν αὐτῷ, quia *multum veneris est pariceps*, id est, uterum ferens impletur & maxime libidinosum animal est, tradit alicubi Philostratus; quomodo, ut hoc simili exemplo illu- strem, felis Lunæ dicatur, ὅτι τὸ ποιμίλον καὶ νυκτεργὸν καὶ γόνιμον τὸ θηεῖν, ob *varietatem*, *vim noctu agendi* & *fœcunditatem*, teste Plu- tarcho libro de Iside; unde etiam Martianus Capella lib. 2. fingit *lunam felem vultu prætulisse*. Celeritate præterea multa animalia vin- cit lepus; & Xenophon docet omnia ejus membra ad celeritatem mirifice esse composita; adeo ut hoc etiam nomine solem possit co- mitari, quia non modo fidus est celerrimum, verum etiam cujus filiam *Celeritatem* facit Martianus Capella. Cervum certe ob rapi- distimum

diffimum cursum soli sacrari arbitror; quem Apollo manui impositum habet in nummis Juliæ Domnæ & Balbini a Milefiis signatis apud Patinum & Seguinum; non fecus ac Osiris vel sol in Trajani nummo apud eundem. Nisi tamen animal illud ad lunam potius referendum sit, & ideo ab Apolline atque Osiri gestetur, quia sol lucem lunæ tribuit. Est enim cervus Dianæ facer; & in nummis Commodi & Caracallæ Diana vel Luna vehitur curru a binis cervis tracto, quas & ipsi tribuunt Callimachus & Claudianus; & in nummo P. Licinii Gallieni cerva cernitur, cum Inscriptione, **DIANÆ CONSERVATRICI**; non quod Diana cervæ effigie hic cernatur, uti arbitratur doctissimus Symbolicæ ejus statuæ interpretres; sed quia ipsi vel ob celeritatem vel ob aliam causam cerva sacra habebatur. Neque alia ratio Ovidio lib. 1. Fast. & Herodoto lib. 1. extremo placuit, quando docent Persas & Massagetas solem equo placare; imo & idem de leone tradit Statii interpretres ad lib. 1. Theb. *Mithra simulacrum fingebatur reluctantis tauri cornua retentare, quo significabatur lunam ab eo lumen accipere, cum cœperit ab ejus radiis segregari. Erat autem ipse sol leonis vultu cum tiara prisco habitu: utrisque manibus, seu diximus, bovis cornua comprimens. Siquidem sol principale signum inculcat & frenat leonem scilicet, ideo quod hic deus ceteros sui nominis & potentie imperu excellat, ut inter reliquas feras leo, vel quod sit rapidum animal.* His adde ut sol semper lumen suum vel in superiore vel in inferiore hemisphærio ostentat, ita leporum oculos apertos habere nec eos quiescentem vel dormientem claudere; quemadmodum præter Ælianum tradit Plinius lib. 11. c. 37. *Quin & patentibus dormiunt oculis, multi que homines, quod corybantian Græci vocant: unde etiam Ægyptii patens quid significare volentes, leporum, teste Horo, pingebant: veteresque leonem soli quoque dedicarunt, quia ille oculis patentibus atque igneis cernitur semper, ut sol patenti igneoque oculo terram conspectu perpetuo atque infatigabili cernit; ut loquitur Macrob. 1, 21.* **CUNICULUM** si quis hic se repperisse putabit, eadem fere rationes militabunt, & recte illum comitari solem palam facient. Nam Plinius lib. 8, c. 55. eos fecunditatis eximie esse scribit, & famem Balearibus insulis populatis messibus afferre; qui & ibidem leporum genus eos esse, & Hispaniam cuniculos appellare scribit. Sane apud gentem eam abundasse hoc animal docet Ælianus lib. 13, c. 15. & in nummis Hadriani

driani symbolum Hispaniæ est apud illustres antiquarios : nec non in annulo, si fides habenda Chifletio cap. 7. Anastas. Childerici Regis. Quin imo Samuel Bochartus, vir ad miraculum usque doctus ipsum Hispaniæ vel Spaniæ nomen deducit ab Hebræa voce *Saphan*, id est *cuniculus*; unde *Spanya* nihil aliud erit quam *cuniculosa regio*; quod epitheton etiam Catullus carmine XI. dat Celtiberiæ;

*Tu præter omnes une de capillatis
Cuniculosæ Celtiberiæ fili
Egnati, opaca quem bonum facit barba.*

quanquam Isaacus Vossius, cui plurimum in hoc studiorum genere tribuendum est, rescribat, *Celtis perosa Celtiberia fili*. Et figuræ portentosæ plane, quæ originem suam vel Ægyptiis vel hæreticis satis notis forte debet, quæque ad solem non incommode referri possunt, uti ex iis quæ disputavi satis patet; additur *cuniculus* vel *lepus* apud Leonard. Augustini part. I. Num. 203. & Smetius apud Gruterum pag. 34. testatur in ædibus Alteriorum Romæ Mithram vel solem in rupe excavata stare, dextra cultrum vel gladium monstrantem (hoc lucem capit ex iis quæ Porphyrius lib. de Antro Nympharum pag. 265. notat præclaram) sinistra nescio quid ferentem; eum calcare taurum substratum, dextro inter cornua sinistro pede in tergo positus; sub tauro esse serpentem, & aliud animal *cuniculo* simile. Quod quamvis multum faceret ad vindicandum Harpocrati, qui cum Mithra ad solem referendus est, cuniculum; ut tamen hic leonem depictum fuisse credam, cogit me Camerarius, qui in enarratione picturæ hujus hieroglyphicæ leonem exhibet; vel potius dicendum Smetium canem, qui in marmore apud Camerarium, non satis feliciter hoc de agricultura explicantem uti Macario & Chifletio observatum, conspicitur, cuniculum esse putasse; quanquam, cum illud animal & serpentem sub tauro locet, videatur ad leonem digitum intendisse; potueritque silentio præteriisse adsilientem canem, uti certe unam tantum bestiam memorat. Quod si Smetius erravit, me etiam erroris non absolvo; & divinus certe forem necesse est, si conjecturare queam alia in marmoribus nunquam a me visis exhiberi, quam memorant eorum inspectores. Quin potuit alia fuisse pictura hieroglyphica Mithræ. Exstat enim illa & inscribitur: Simbolo dell' Agricoltura

Ritratte da molte sculture antiche & dicharato da Horatio Tigri-
no de Marii, dedicaturque Antonio Ciccarelli. Et primo quidem
sub solis curru vel ejus equis jacet figura humana, & supra puer ala-
tus facem tenet : septem aris insculptæ sunt totidem figuræ, ex qui-
bus clare cognoscuntur Sol, Saturnus, Mercurius, Mars, Luna
sive Diana, unde conjicio reliquas esse Venerem & Jovem, ut sep-
tem planetæ repræsententur. Luna vehitur curru a cervis tracto,
& infra eam jacet fluvius cum urna barbatus; supra visitur pueru-
lus alis papilionis decorus, & sagittam tenens. Sub diei figura
gallus cernitur gallinaceus : bovis cornuti medium corpus pancar-
pio cingitur, & ensis vagina varie pictus est : prope unam figuram
notatam Litt. H. binæ arbores, quarum una palma est, sunt, &
ad eam sedet figura H. dormiens; serpens non sub tauro quasi mor-
tuus jacet, sed alatus est, & sese erigit, caudam ore mordens; &
tandem Leo longe a tauro remotus jacet. Verum existimo tale
marmor non exstare Romæ, sed ejusmodi picturam ex variis mo-
numentis digessisse Horatium Tigrinum, qui illud ipsum haud obs-
cure significat. Vir tamen quidam eruditus hæc adscripserat. Si-
mulacrum hoc boni agricolæ spectatur licet diversimode exsculptum
Romæ in variis locis. Integerrimum est penes Ursinum Fulvium,
nec excedit magnitudinem hujus chartæ : spectatur item in palatio
Cæsiorum : in muro exteriori S. Marci : in ædibus Octavii Ze-
no retro S. Barbaram : in ædibus doctoris Raimondi juxta facel-
lum; in ædibus Severini Stellæ prope facellum viglia-Christo : in
ædibus Francisci Porcarii, nec non in ædibus prope Jesuitas.
Quæ certe docent liquido, varias Mithræ sculpturas Romæ fuisse.
Nonnunquam veniebat mihi in mentem hoc animalculum CA-
NEM esse posse. Certe ille in sacris Mithriacis cernitur, uti
ostendunt marmora nuper edita. Et Epiphanius cap. 105. Ancora-
ti non puduisse Ægyptios scribit θεοποιεῖν canem, ælurum, hir-
cum, ovem, crocodilum, ibim, milvium, accipitrem, corvum,
& serpentem; Juven. Sat. 15. canit;

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Apollonius apud Philostratum lib. 6, c. 9. Ægyptios ridet, quod
deorum imaginibus ipsis σεμνότερον & θεοειδέστερον esset κύν, ἰβίς &
τετράγωνος, canis, ibis & hircus : Cicero lib. 5. Tusc. Quæst. eosdem
scribit *quamvis carnificinam prius subituram, quam ibim, aut aspi-
dem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent* : & Ælianus lib. 5.
Hist.

Hist. Animal. c. 45. id ideo eos fecisse memorat, quia cum Isis Ofirim (ita videtur Orum appellare, quem & mox *παῖδα* nominat) quæreret, canes eam juverunt, & feras depulerunt a cadavere; & quia cum canicula exoritur, tunc simul Nilus sese attollit, & in agros ascendit: additque rem eandem narrans Diodorus lib. 1. *διὸ καὶ τῆς Ἰσείας προπορεύονται τὰς κύνας καὶ πρὸ πομπῆς: in festo Isis pompam canes precedere.* Verum Plutarchus lib. de Iside & Osiride suo & auctorum, quos laudavi, tempore hoc non observasse Ægyptios haud obscure testatur, scribitque antiquitus *τὰς μεγίστας ἐν Αἴγυπῳ τιμὰς* canem habuisse; sed postquam Apis a Cambyse interfecti & projecti cadaver ex omnibus animalibus solus gustavit, ipsum perdidisse *ἡ πρώτη ἐστὶν ἡ μάλιστα τιμᾶσαι τῶν ἑτέρων ζώων:* quæ quomodo conciliari possint vix video, nisi advocare placet Ægypti nomos; quorum incolæ alia & alia animalia, uti satis clare Herodotus & post eum Sextus Empiricus lib. 3. pyrr. Hypothes. docet, coluerunt. Atque ex his utique patet, mirandum nequaquam esse, si canis conspiciatur in Ægyptiorum sacris, vel addatur numinum gentis istius imaginibus; idque eo magis, quia, ut monui, idem animal in sacris Mithriacis, quæ ad Solem referuntur, conspicitur non modo, verum etiam quia comitatur Serapin & Isidem in gemma operis antiqui apud Licetum pag. 1178. & apud Diod. Sic lib. 1. Isis dicitur *ἐπιπέλειν ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνί;* oriri in sidere canis: qua de loquendi forma & superstitione alibi erit agendi locus. Sed demus hoc animali, quo non fidiorem comitem, non incorruptiorem custodem, neminem vigilantiorum agnoscit Columella; ut examinemus, num vere narret Arnobius lib. 7. pag. 223. canes nullis superis fuisse immolatos: *Quod si animantium cruore honorari, & affici superiorum animos existimatis, cur non eis & mulos & elephantas macetatis, & asinos? cur non & CANES, ursos, & vulpes, camelos, & belbas & leones?* Certe canem immolatum fuisse Hecatæ in Samothracia; in sacris expiatoriis apud Græcos; Romæ a Luperiis, mense Februario, qui a februando id est purgando est dictus; Genitæ Manæ, generationis præsidi deæ, & denique in lustrationibus ex Lycophrone, Plutarcho, Plinio, Livio & aliis docuerunt Bochartus Galliæ, lib. 2. de Animal. c. 56. & Reinesius, Germaniæ clarissima post mortem etiam luminal. 1. c. 15. Var. lect. Quibus addi potest Suidas in *νν. Ζηρυνθία. Ἀλλ' εἰ τις, Σαμοθράκη. & Ἰππαικόν;* nec non Ovid. lib. 1. Factor. v. 389.

Exta canum vidi Trivia libare Sapeos

Et quicumque tuas accolit, Hæmæ, nives.

Verum cum sacra illa non tam superos quam inferos respiciant, Arnobius possit videri vera docuisse; maxime, quia Plutarchus in Quæst. Rom. scribit veteres putasse, hoc animal nullo modo purificasse, ac proinde *ὀλυμπίων ἔδει θεῶν* fuisse immolatum. Certe si per *deos Olympios* intelligimus deos duodecim majores, rarissime imo vel nusquam inveniemus apud Græcos & Romanos canem iis fuisse in sacrificium oblatum. Cares quidem canem immolasse Suidas ex Eunapio in v. *Κακὸν θύμα*, & Appendicis Vaticanæ Auctor Cent. 2. Prov. 26. docent; quem deum Martem arbitror fuisse, licet eum auctores isti non nominent. Canes rufæ immolabantur Romæ ad placandum caniculæ fidus, uti tradit Festus in vv. *Catularia porta* & *Ruile*: Colophonique τῆ *Ἐνοδίου*, dea quam *Enodion* vocant, *μέλαιναν σκύλακα* offerunt, teste Pausania lib. 3. p. 188. Et quanquam ex his locis non plane constare possit superis canem fuisse immolatum, quia caniculæ fidus iis nequaquam annumeratur, & dea *ἐνοδίη* nulla alia est quam Hecate; Argivos tamen apud Plutarchum in Quæst. Græcis Socrates τῆ *Ἐιλιονία κύνα* θύειν εἶπε πρὸς τὴν *ῥασιάνην* τὴν *λοχέαις*; per quam interpretes intelligunt *Lucinam*: & Pausanias in Laconicis apud Therapnenses τῆ *Ἐνυαλίου* canem tradunt ephēbos obtulisse, existimantes deorum fortissimo, θεῶν τῆ *ἀλκιμοτάτῃ* non posse gratiorem offerri victimam, quam è cicurum genere fortissimum. Et cum *Enyalius* a plerisque Mars esse existimetur, id quod docet etiam elegans *Æneæ* cap. 24. poliorc. locus; cum Mars inter deos majores XII. atque adeo inter superos (uti vel constat ex serv. ad 11. *Æn.* v. 51.) numeretur; cumque ipse Arnob. lib. IV. ex Apollodoro narret *Marti ab Caribus canes*, *ab Scythis asinos immolari*; non videtur utique priore loco memoriæ suæ fidem advocasse. Verum Julianus etiam Orat. v. scribit eos ἐν τελεσμαῖς θυσίαις pisces, de quibus loquutus fuerat, sacrificare; ut equum Romanos, alios nonnullas feras & animalia, puta canes, Græcos pariter & Romanos, tum alios quam plurimas id genus hostias semel bisve quotannis; additque *Ἀλλ' ἐν ἐν ταῖς τιμηθείαις, ἐφ' ὧν μόνον κοινῶν εἶναι ἄξιον, καὶ τραπέζων θεοῖς*: at non in honorariis sacris, per que sola cum diis communes mensas habere possumus. Plutarchus in Quæst. Romanis iterum testatur canem immundum animal judicatum,

dicatum, καὶ ὀλυμπίων μὲν γὰρ ἐδενὶ θεῶν immolatum; verum χθονία Ἐκάτη δειπνον missum eis τεϊόδης expiandi gratia, & Lacedæmone τῷ Φωνικοπέτῳ θεῶν Ἐνυαλίῳ σκύλακας fuisse sacrificatos. Adeo ut dicendum sit, si vera notavit Arnobius, nulli superiorum canem fuisse sacrificatum, vel Enyalium alium a Marte esse, vel Martem propter cædes & sanguinem superiorum deorum numero non venisse: quod ultimum clare docet Artemid. lib. 2, c. 35. Oneir. ubi Olympios vel Æthereos deos facit, Jovem, Junonem, Venerem, Uraniam, Dianam, Apollinem, Ignem æthereum & Minervam: Martem autem scribit alicubi ἐν τοῖς ἐπιγείοις, inter terrestres, alicubi vero ἐν τοῖς χθονίοις inter subterraneos numerari. Observandum tamen Viros eruditos existimare tam apud Græcos quam Latinos duodecim esse deos primarios, eosdem nominari ὀλυμπίους & ἑρανίους, & comprehendendi hoc numero etiam Martem, uti ex Enniano disticho patet:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Quæ ut conciliari possint, vel dicendum est alios esse Olympios deos; alios majores sive *majorum gentium*, uti loquitur Lactant. lib. 1. cap. 15. sive *Consentes*, uti eos appellat Varro lib. 1, c. 1. de R. R. addens illorum imagines ad forum auratas stare; vel alios deos Olympios Græcis, alios Romanis fuisse; vel sibi non constare in his significationibus gentiles, & propter hanc rationem deum Olympiis, propter aliam eundem terrestribus adscribi vel subterraneis. Certe apud Ægyptios Hercules fuit unus ex diis duodecim, teste Herodoto lib. 2. c. 43. deosque duodecim ab Ægyptiis accepisse Græcos memoriæ mandat non modo c. 4. verum etiam Herculi Olympio eos sacrificasse ὡς ἀθανάτων, & parentasse alteri, ut Heroi, cap. 43. Quin & Pana iis annumerarunt Mendesii, uti ex cap. 46. patet; ubi narrat Mendesios Pana inter octo deos numerare, eosque ante duodecim existisse: quod non ita capiendum est, tanquam dii octo alii forent a diis duodecim; sed prioribus octo additi sunt postea quatuor, & inter eos fuit Hercules; atque sic duodenarius numerus expletus est, quemadmodum docet idem cap. 43. Quæ ad sinistrum Harpocratis latus sedet avis, restat; sed quæ illa sit propter rostrum capitisque partem detritam (adjecit tamen ea me inscio pictor) difficulter agnoscitur. Forte est AQUILA, quam soli dicatam esse

vel inde patet, quod juxta simulacrum Apollinis Hierapolitani illa collocaretur : Macr. I. Sat. 17. *Aquila propter exprimunt instar volans; & mox : Aquila propter altissimam velocitatem volatus, altitudinem solis ostendunt.* Et inde forte in Actiorum, qui Apollinem maxime colebant, nummis cernitur apud Gotzium aquila; cujus rei rationem se nescire fatetur Nonnius; atque in marmore antiquo, quod SOLI SANCTISSIMO SACRUM fecit T. I. CLAUDIUS FELIX, Solis radiati *αποβύλι* alis expansis gerit eadem avis apud eruditionis elegantissimæ Virum Jac. Sponium in Miscellaneis Antiquæ Læctionis. Imo etiam in nummo Hadriani apud Choulium, uti ex ectypo patet, Harpocrates noster super caput aquilæ stat, alisque ejus imposita sunt Sarapidis & Ifidis capita



Quin & aquila propter magnitudinem oculorum vel acrem visum *οφθαλμίας* dicta videtur, teste Joanne Diacono ad Hesiodi Scutum; non secus ac piscis quidam apud Plinium *oculatus*; eoque nomine non secus ac accipiter Soli potuit esse dicata. Nec is erraverit, qui CORVUM vel ACCIPITREM conspici a latere Harpocratis existimabit; quos Apollini maxime inservire tradit Porphyrius lib. 3. de Abstinencia. Et certe CORVUS apud Græcos, Romanos & Ægyptios Soli adscribitur. Ælianus lib. 1. c. 18. *corvum Apollinis sacram avem & ἀπόλλωνος* vocat, *divinationeque præditam* fuisse scribit: & fabulabantur illum Apollinis famulum ante transformationem fuisse, ut idem lib. 1, c. 47. & Aristeus Metapontinis

tapontinis dicebat, se quidem illo tempore Aristeum, sed τότε ὅτε εἶπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ, cum deum sequeretur, corvum esse, uti tradit Herod. lib. 4. c. 15. Eustathius ad Il. Δ. p. 449. Iliados, scribit cygnum Apollini ὡς ἡλίω propter λευκότητά dicari & corvum ἔξ πλὴν νυκτερινῷ μελανίαν, ἢς (ita legendum, non, ut in editione Romana scribitur εἶς) οἷα καὶ μητρὸς ἀπογενῶσαι: propter nocturnam nigredinem, ex qua veluti ex matre nascitur: quod ultimum etiam variis auctoritatibus firmat ad Il. A. pag. 22. Plutarchus lib. de Iside recte scribit Græcos censere columbam sacratam esse Veneri, draconem Minervæ, corvum Apollini, canem Dianæ; sed Ægyptiorum plerosque ipsa animalia deos facere, & propterea se fannis objicere. Hinc est quod in nummis & gemmis sæpe corvus cum Apolline conspiciatur; ut in nummo Faustinae apud Patinum occurrunt ara, eique imposita corona, urceus, præfericulum, CORVUS & Inf. ΠΥΘΙΑ, in alio vulgatissimo Vitellii tripodum insisit; apte eo nomine comes tripodum, uti eruditus observatum, vocatus Statio lib. 3. Th.

Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens

Vector ades, flavæque sonas avis unca Minervæ.

In gemma apud Gortæum 3. Apollo nudus tripodum sinistro cubito incumbens, dextra manu ramum protendit ad corvum adstantem; & quia Sol omnis sæcunditatis parens habebatur, inde puto in gemma 55. binos corvos insidere cornucopiis, & inter illos cerni papaverum capita & binas spicas: in gemma III, tripodum, cujus a pedibus binæ itidem spicæ surgunt: in gemma 151. cerni lyram, corvum, gallum gallinaceum, & caduceum; in 152. eundem stellam tripodum impositam ore appetere & denique in gemma 172. insistere basi rotundæ, & ante illum sculptum esse cornucopiæ cum lyra. Et Ægyptios hunc honorem etiam corvo habuisse testis locuples est Ælianus l. 7. c. 18. de Animalibus, ubi de urbe Copto & corvis binis circa eam videri tantum solitis verba facit: Νεὼς ἢ Ἀπόλλωνι τιμᾶται ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ, ἐπεὶ ἂν ἱεὺς (κόρακας) εἶναι φασιν αὐτὸς: Templum vero Apollini sacrum eo in loco colitur, cui corvos sacros esse ajunt: eosdemque solem, & lunam, sive Osirin & Isin scarabæo, dracone, corvo & aliis animalibus expressisse scribunt Manethon & Hecataeus apud Diogenem Laërtium in procemio. Quin etiam in sacris Mithræ vel solis nonnulli initiatorum sive ὑπη-

ριέγγων

περάτων Coraces, fuere appellati, & Commentator vetus in Ep. ad Romanos cap. i. Coracina sacra paganos habuisse dicit, quod in iis corvos vel eorum simulacra divino cultu adficerent Egyptii; quem tamen falli in ratione nominis sacrorum illorum arbitratur doctissimus Reinesius Epist. 69. qui dignus est ut consulatur: & in tabula, quæ Mithræ sacra descripta habet, corvus etiam conspicitur apud Camerarium: non secus ac in iis, quæ a Leonardo Augustino, & aliis editæ sunt: adeo ut non absque ratione scribat Albri- cus Philosophus juxta Apollinem pictum fuisse corvum nigrum de- super volitantem, & eam avem deo esse consecratam. Apollinem, cum Typhœus persequeretur deos, sese in corvum convertisse canit Ovid. lib. 5. Metam. v. 329.

*Delius in corvo, proles Semeleja capro
Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibis alis.*

Adeo ut mirandum nequaquam sit in gemmis quas Abraneas vo- cant eruditi, variis apud Chifletium, corvum cerni vel ramum lau- ri, ut videtur, quanquam Antoninus liberalis cap. xxviii. *ἰέρανα* me- moret, Rostro tenentem, vel illi vel cornucopiæ insistentem. Quin & Phædrus tribuit

Augurium corvo, leva cornici omina

qua occasione facere non possum, quin emendem Theodulphi Epif- copi Aurelianensis carmen, quod Analectis suis inseruit doctissi- mus Mabillonius

*Dura satis rostro ceu pulsat pectora cornix
Fambriferos luxus, quum vorat ore procax.*

nam legendum ibi *vocat*, id est sonitu suo quasi advocat & signifi- cat pluviam venturam: imitatus est Virgilium, qui i. Georg. canit,

Tum cornix plena pluviam vocat improba voce

Et pro *luxus* præstantissimus Grævius putabat scribi oportere *lapsus*, h. e. imbrem cadentem seu labentem de cælo. Et quanquam luce meridiana clarius pateat, optimo jure corvum Apollini convenire, & eo nomine comitari Harpocratem, tamen si quis ACCIPI- TREM intelligere malit, nullo modo repugnabo; imo manus etiam dabo, si quis aliam avem hic cerni credere animum inducat. Por- phyrius certe lib. iv. de Abstinentia, accipitrem vel *ἰέρανα* scribit so- li gratum esse *quia natura ejus ex sanguine & spiritu constat, quia ho-*
minem

minem mortuum deflet, ejusque oculis, in quibus ἡλιακὸν καθεκὲν φῶς putarunt, terram leviter injicit; & quia mortuus vim habet divinatricem, & corpore solutus λογικώτατος, καὶ πορογνωσκώτατος est, & τελεῖ ἀγάλματα καὶ ναὺς κινεῖ, & simulacra perficit, & templa movet. Eusebius lib. 3. c. 12. Præparationis, scribit Ægyptios accipitrem soli consecrasse, illumque esse φωτὸς ἢ καὶ πνεύματος αὐτοῦ ἱερὸν, lucis & spiritus signum, cum quia incitatissimo motu fertur, tum quia alia, ubi lucis plurimum, volando petere solet: & paulo ante narrat in Apollinis urbe Lunæ symbolum esse ἱερακόμορφον ἀνδρωπον, ζιβύνη χειρῶν τυφῶνα, ἵπποποτόμο εἰκασμῶν. λευκὸν ἢ τῇ χροῇ τὸ ἀγάλμα: hominem accipitris vultu, telo consipientem Typhonem hippopotamo assimilatum, & simulacrum albi coloris esse; additque album colorem significare lunam lumen suum aliunde sumere, & accipitris vultum, illud a sole una cum spiritu in eam derivare, ἀφ' ἡλίου φωτίζεσθαι καὶ πνεῦμα λαμβάνειν: Ælianus lib. 10. c. 14. de Animal. accipitrem ab eodem populo soli consecratum scribit, quia avium solus illius radios intuetur, nec flamma ejus offenditur: Horus Apollo, propter fecunditatem & diuturnam vitam, quam nec Ælianus præterit, nec non quod defixis oculis in solis radios intueatur εἰδῶλον ἡλίου accipitrem facit lib. 1. c. 2. additque: ὁθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὄντα ὀράσεως, ἐὰν ὅτι ἱερακόμορφον ζωγραφῶσιν; inde etiam fit ut solem interdum tanquam visus dominum, accipitris forma pingant: apud quem cap. 8. libri ejusdem alia ratio potest videri. Eandemque ob causam Plutarchus lib. de Iside, vel quia ἐνθῆρα ὀφθαλμοῦ ὑπερβάλλει καὶ πλήσεως ὀξύτητι, testatur Osirim, qui Sol existimabatur, ἱερακι accipitre, vel accipitris forma pictum fuisse. Apud Chifletium quoque cernitur in gemma homo capite accipitris defædatus, ἱερακόμορφος ἀνδρωπός, ut loquitur Eusebius, a cruribus serpens, dextra scutum, sinistra flagellum tenens; & in alia accipitris pedes anguis voluminibus constringuntur, & a latere est tentis virilibus Anubis; quæ omnia ad solem commode referri possunt; nec video quare Kircherus, qui mysteria hæc præ aliis diligenter scrutatus est, & cum eo doctissimus Basilidis somniorum editor velit esse ibidem, quam Ægyptii contra serpentum adventum invocare solebant, cum tota avis nihil cum ibi, sed multa cum accipitre commune habeat. In auctario præterea Pignorii accipiter loto arbori, circa quam serpens,

ut videtur, volvitur insidet; & ab utroque ejus latere cornucopię cernitur, ut significant, scilicet, solem esse causam fœcunditatis, & abundantię; quippe qui, uti Macrobius loquitur, *generat universa seminando, fovendo, producendo, alendo, augendoque*; unde etiam in tabula Aleandri Heliaca encarpus cernitur ex frondibus, floribus, pomis, spicis, & aliis rebus contextus. Quin & Ælianus arbitratur Homerum Apollinem accipitri assimilasse, quia ille soli sacer; & Anton. Liberalis cap. 28. Metam, deum illum, cum a Typhone superi fugarentur, sese in *ιεράνα* vel *accipitrem* convertisse; pro quo tamen *corvum* substituit Ovidius, quemadmodum vidimus. Et operę pretium erit apponere contracto Eustathii fatis proluxa verba ad Iliad. α. ex quibus patebit & accipitrem soli, & alia animalia aliis diis vel propter nominis, vel naturę similitudinem consecrata fuisse a gentiliū theologis. *Γλαύκα νοεῖται* Minervę sacram facit non modo quia nocte videt, sed etiam quia descendit a *γλαύσω*, quod idem est cum *ἀδρα* i. e. *video*, unde *Αθήνη* nomen suum accepit, *ὡς παραδρατὲ τὰ οἶον ἐν σκότει. ἦσαν αναίτην* Neptuno, quia ille est *ὕδατος* & *ἦσαν* deducitur *ὡδρα* ἢ *ἦσαν* ἢ *κολυμβῶ*: *ιεράνα accipitrem Soli Apollini, δρα* ἢ *δρα* τῆς κινήσεως, & quia sol est *δρακόντι*, & propter etymologię convenientiam, *ἢ γὰρ ἦται ῥάον ὁ ἥλιος. ἐντεῦθεν ἢ καὶ ὁ ἦραξ ὀνόμασαι*: *Φαληνεῖν αὐτὴν quandam marinam* Veneri, non modo *δρα* *σωέμφρασην* τῆ *Φαλλῆ*, verum etiam *δρα* *λευκότη* *πλὴ ἐν σπέρματι ζωικῶ. Σχηματὶ* Apollini, propter *ὡδρῶν* ἢ *μαντικῶν*, & *δρα* ἢ *λευκόν*, quod a *λευσσειν* id est *βλέπειν* descendit, *ἔπερ Ἀπόλλων ὅτι ὡδρατὶ*: *Ἄετον aquilam* Jovi vel *πᾶ ἀιδεῖω ἀεὶ*; *Ἄερον γανίαν* Mercurio; & ob similes rationes addit *κισσόν hederam* Baccho; *ναρκίσσον* *Εἰνυσι*: *πέυκλον piceam* Vulcano; *τεῖγλαν mullum* Dianę; eidemque vel Hecatę *μανίδα*, piscem ita dictum; *κίθαρον* vel *κισθάραν* itidem piscem Apollini; *βόακα* Mercurio; *Ἀφύλον* vel *ἀφείπλον* veneri *λύκον*, Apollini; *λαζών* Amoribus; draconem Minervę sacrari quarum rerum rationes ab eo peti possunt. Observandum insuper diligenter imagunculę nostrę sinistrum latus tegi veste, quę ex humeris linteolo, ut videtur, alligata dependet; quia hoc fortasse ratione sua non caret. Nam & in una aut altera Harpocratis imagine apud Sponium Virum clarissimum, in Osiridis, quam explicavi, apud Pignorium, & aliis idem fere observatum video; forte ut indicarent solem

lem hemisphaerium nostrum luce sua clarum reddere, obscurum vero, quando sese condit. Hinc elegantissime Orpheo apud Schol. Hesiodi ad Theog. dicitur, *dexter generator diei, sinister vero noctis*, hoc versu

Δέξιε μὲν γενέτωρ ἡὲς, εὐώνυμε νυκτός.

Unde & Ægyptii, teste Macrobi. i. fat. c. 19. *ipsius solis simulacra pinnata fingeant; quibus color apud illos non unus est. alterum enim caerulea specie, alterum clara fingunt, ex his clarum superum & caeruleum inferum vocant. Inferi autem nomen soli datur, cum in inferiore hemisphaerio, id est, hyemalis signis cursum suum peragit; superi, cum partem Zodiaci ambit æstivam.* Et vel ob hanc annuam, vel ob aliam diurnam rationem Harpocrates forte in gemma superiorem corporis partem nudus plane, inferiorem vero tectus est: adeo ut vel hoc nomine recte objecerit gentilibus Arnobius lib. 3. *eos effinxisse alios deos senes, juvenes, PUEROS, aquilos, castos, rivos, SEMINUDOS, imectos.* Et Porphyrius apud Eusebium lib. 3. cap. xi. præparat. scribit in Plutone vel Sarapide, solis sub terram subeuntis symbolum esse πορφύρεν χιτῶνα: & Hecaten λευχείμονα, χρυσοδάδαλον & λάμπιδας accensas significare *novilunium*; adeo ut pateat vestes nonnunquam alicujus rei symbolum fuisse: quod etiam constat ex Plutarcho, qui in lib. de Iside scribit ἀμπεχόνη φλογοειδῆ imagines Osiridis Ægyptios velasse, quia existimabant solem esse σώμα τῆς τάρταρος δυνάμεως ὡς ἰρατὸν ἔστις νοκτῆς: & mox narrat eisdem τῆς μελανοσόλοις, *nigris vestibus* Isidem vel Lunam velare, ut τὰς κρύψεις ἢ τὰς σκτισιασμούς, ἐν οἷς διώκει ποθέει τὸν ἥλιον, *occultationes & obumbrationes, quibus desiderans seletatur solem*, significarent: Iterum eodem libro prope finem scribit, stolas Isidis ποικίλας esse τῆς βαφαῖς, quia vis ejus versatur circa materiam πάντα γινωσκῶν καὶ πάντα δεχόμενον, lucem, tenebras, diem, noctem, aquam, vitam, mortem, principium, finem; vestimentum Osiridis autem εἶ ἔχειν σκιάν, ἔδὲ ποικιλμὸν, ἀλλὰ ἐν ἀπλῆν τῷ φωτῆσιν, *non habere umbram, non varigationem, sed totum esse luminosum plane*; quia principium temperamenti est exsors, & quod primum est, atque sola mente cernitur, id mixtione vacat. Et ita versicolore, ut sic loquar, Isidem nobis describit Apul. lib. xi. *multicolor, bysso tenui pertexta; nunc albo can-*

dore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc rosco rubore flammida: & que longe lateque etiam meum confutabat obtutum, palla nigerrima, splendescens atro nitore: qua circumcirca remeans, & sub dextrum latus ad humerum levum recurrens, umbonis vice, defecta parte laciniæ, multiplici contabulatione dependula, ad ultimas oras nodulis fibriarum decoriter confluebat: mundique simulacrum humana specie formatum habuit ἀνωθεν μετὰ τῆς πόδων ἰμάτιον περιβεβληµένον, teste Euseb. l. 3. c. xi. quæ omnia certe suadent non absque rationibus hæc facta esse a gentilibus. His uti puto satis diligenter explicatis, reliquum est ut doceam, cur solem instar pueri vel infantis expresserint nonnunquam, cum Apollo cæteroquin ut juvenis pingeretur; num alii dii etiam varia ætatum forma fuerint culti; quid causæ potuerit esse, ut omnes deos deasque ad Solem & Lunam retulerint; & denique cui usui inservierit Parvula hæc Harpocratis imago. Sol igitur vel Apollo ut juvenis & intonsus a Græcis colebatur atque Romanis; senex vero & barbatus ab Hierapolitanis, qui illos hoc nomine reprehendebant, ut testis est Lucianus in libro, quem de dea Syria conscripsit. Statuam illam elegantissime describit Macrobius l. Sat. 17. *Hierapolitani præterea, qui sunt gentis Assyriorum omnes solis effectus atque virtutes ad simulacri barbati speciem referunt, eundemque Apollinem appellant. Hujus facies proluxa in acutum barba figurata est, eminenti supra caput calatho. Imo ut puer, ut juvenis & senex describitur Martiano Capellæ lib. 1. Facie autem mox in ingressus est PUERI RENIDENTIS, incessu medio JUVENIS anbeli, in fine SENIS apparebat occidui, licet duodecim nonnullis formas convertere crederetur: quo figmento videntur tempus matutinum, meridiem & vesperam designare, quibus solis vis & potestas valde mutatur; quod & accidere singulis horis illi forte volebant, qui in formas duodecim converti eum censuerunt; nisi potius duodecim Zodiaci signa sint intelligenda; quia ætates, quas quatuor facit, ad anni tempora refert Macrobius lib. 1. cap. 18. Nam postquam docuisset liberi patris simulacra partim puerili ætate, partim juvenili, præterea barbata specie senilique ore effectum fuisse, addit: *He autem ætatum diversitates ad solem referuntur, ut parvulus videatur hyemali solstitio, qualem Ægyptii proferunt ex adyto die certa, quod tunc brevissimo die**

veluti

veluti parvus & infans videatur: exinde autem procedentibus augmentis æquinoctio vernali similiter atque adolescentis adipiscitur vires, figuræque juvenis ornatur; postea statuitur ejus ætas plenissima effigie barbæ solstitio æstivo, quo tempore summum sui consequitur augmentum. Exinde per diminutiones dierum velut senescenti quarta forma deus figuratur. Sane si Plutarchi librum, quem de Iside & Osiride conscripsit, evolvo, si nummos, & gemmas inspicio, & aliorum auctorum verba perpendo, hic PUER, vel PARVUS INFANS, nullus alius quam Harpocrates esse potest, quem vel loto insidentem, vel aliis symbolis ornatum ad solem utique referri satis multis puto me probasse: & forte ille digito os premit, quia solem orientem manu ori admota adorabant & salutabant veteres: Lucianus libro de Saltatione: *Καὶ Ἴνδοι, ἐπειδὴν ἐώθεν ἀναστάντες προσεύχονται τὸν Ἥλιον, ἔχ, ὡς περ ἡμεῖς πλὴν χεῖρα κύβαντες, ἠγέμεθα ἐντελῆ ἢ ἡμῶν ἢ ἐν εὐχλῶ: Indi posteaquam mane e strato surrexerint solem precibus venerati fuerunt, non quemadmodum nos deosculata manu perfectam precationem esse arbitramur, verum illi ad Orientem conversi saltatione solem consalutant, sese componentes οὐδὲ σιωπῆ, & imitantes dei choream: quanquam non diffitear Græcorum adorationem non modo ad orientem, verum etiam ad ortum & occidentem, vel quocumque tempore eum venerabantur, referri posse. Quicquid sit, Isidorus lib. 8, c. 2. Origin. testatur etiam, solem ut PUERUM pictum esse, eo quod quotidie oriatur & nova luce nascatur; Albricus Philosophus narrat Apollinem vel solem pictum esse in specie impuberis juvenis, nunc facie puerili, nunc juvenili semper imberbis, nunc autem in cana diversitate apparentis, licet raro tali facie esset formatus; & Æternitas in marmore apud perillustrem Spanhemium in eruditissimis ad Juliani Cæsares notis una manu gerit solem puerum, altera vero lunam parili ætate præditam. Bacchum præterea vel Liberum patrem ut puerum, ut juvenem, barbata specie & senili effectum fuisse; uti simulacra ejus, quem Græci Bassæra, item quem Brisea appellant, & ut in Campania Neapolitani celebrant Hebona cognominantes, testis est Macrobius lib. 1. c. 18. Pausaniæ lib. 5. celebratur Διόνυσος ἐν ἀντροῦ κατὰ κείρου γένεια ἔχων καὶ ἐκπωμα χρυσῆν; Bacchus barbatus in antro jacens, & auream tenens pateram: talemque eum in Naxiorum nummis cer-*

ni plane apud illustres Antiquarios, frustra que Ludovicum Nonnium putare incertum esse, an ad Herculem ebrium illi referri possint, recte existimat L. Begerus, edito Thesauro Palatino clarus. Bacchum barbatus ex ejusdem populi nummo exhibet Spanhemius ad Julianum: idemque occurrit in Thebanorum, & Thasiorum nummis apud Goltzium, in gemma antiqua apud Ant. Pisonem; & multo clarius in gemma 22. Thesauri Palatini, in qua Bacchus barbatus & senex uvam tenens, cantharo vel vasi innixus, comitem habet pantheram: jamque beneficio viri maximi P. Danielis Huetii eruditus orbis cognoscit Aufonii *myobarbum Liberi Patris*; quod fuit simulacrum Bacchi proluxa barba & acuta insigne. Ulpianus ad Demosthenem, uti observavit Meursius, Græcarum Antiquitatum promuscondus ita effectum fuisse Bacchum scribit, quia omnis ætas, puerilis, juvenilis, & senilis illi choreas agit: Diodorus Siculus lib. 2. quia bini fuerunt Bacchi, alter antiquus, alter recentior; & illum barbatus occurrere arbitratur, *ὅτι τὰς ἀρχαίας πάντας παρονοστρεφεῖν, quia prisca omnes barbas alebant, τὸν ἢ νεώτερον ὡραῖον ἢ τροφερόν ἢ νέον, juniorem vero pulchrum, delicatum & juvenem*; Tzetzes vero ad Lycophronis Cassandram a vino causam petit: *ὅτι ὁ οἶνος ἐντείνει τὰ μέλαι, ὅθεν τὸν Διόνυσον ἢ νέον καὶ γέροντα γράφουσιν, πρὸς τὴν πόσιν τὸ οἶνε τὴν μετείαν ἢ ἀμότερον.* Eandem ætatis diversitatem in Æsculapio observare licet; quippe qui, licet in nummis, marmoribus, auctoribus Græcis & Latinis barbatus ac senex occurrat, interdum tamen puer atque juvenis est. Callistratus apud Dion. Petavium in notis ad Synefium comam proluxam Æsculapii eleganter describit, eumque *παιερύμ* vocat, & perpetuam ipsi, atque ἀνώλεθρον ἀκμῶν tribuit: Orpheus in hymnis *ἄξιδαλῆ κόρον* eundem appellat: exstatque elegans Æsculapii pueri effigies apud Laurentium Pignorium in Symbol. Epist. qui tamen eum ita effectum putat, quia Dionysius tyrannus Epidauri Æsculapio auream barbam adimi jussit, præfatus, patrem Apollinem imberbem esse, teste Maximo Valerio. Sed hæc sententia mihi probare se non potest; cum effigies non virum imberbem, quales fuit Æsculapius post Dionysii sacrilegium, sed puerum plane repræsentet.



Nicomedes Medicus apud Octavium Falconerium, virum certe harum rerum peritissimum, Servatori Æsculapio Σῶστρα perfolvit illique dedicat τὴν παιδὸς καλλιζαν εἰκὴ Ἐνδὲ θεοῖο, *pulcherrimam hanc imaginem pueri dei Peanis*. Ubi cum alio viro pererudito non arbitror intelligi debere *Apollinem*, qui *Peaan* sapissime vocatur; sed *Æsculapium*, qui in alia ejusdem basis inscriptione vocatur παιδὴν Ἀσκληπιῶ : & quia idem Nicomedes dicitur Regi Æsculapio statuam consecrare, factam a Scioboetho statuario, *qualem eum recens natum ex filia Phlegya & Apolline obstetricata fuerant Ilihya*: quæ certe deum illum ut infantulum docent effectum & cultum fuisse. Pausanias lib. 8. celebrat Ἀσκληπιῶ παιδὸς ἱερὸν, *Æsculapii pueri fanum* ad Ladonem Arcadiæ fluvium: idem lib. eod. apud Megapolitanos scribit Ἀσκληπιῶ παιδὸς ἱερὸν, *cujus simulacrum ἄρδὸν πεποιήσθαι πηχυαῖον μάλισα, rectum stabat ad summum cubiti*

cubiti magnitudine : & lib. 2. apud Corinthios Æsculapii ædem, & in ea ἀγάλμα ἰατρὸν ἔχον ποικίλεια, non habens barbam simulacrum : ubi non tam puer quam juvenis Æsculapius intelligendus videtur esse, qui statura justa sed imberbis colebatur : qualem puto, me observasse in gemma 4. Tab. B. apud Anton. Pisonem; nec non in nummo M. Aurelii, uti eruditis viris observatum est. Atque hinc patet verum plane non esse, quod canit Auctor Priapejorum carm. 36.

Intonsa semper Æsculapio barba

Nam *mitis* ille vel ἡπιος deus, etiam puerili & juvenili forma cultus, Græcisque Ἀσκληπίος, Latinis Æsculapius dictus fuit. Unde non satis causæ video, cur Sertorius Ursatus in monumentis Patavinis, ad Inscriptionem quæ sequitur, annotaverit, ἘΑΣΚΛΕΠΙΟΥ nonnullos facere Æsculapii cognomen; sed hunc ex Apolline & Coronide, Phlegyæ filia natum, eumque ab inferis rediisse, & auctorem medicinæ clinicæ fuisse teste Hygino Fab. 202, & 251.

P. MARIO. NI
GRO. CORVI
NA. NI. CON
VIX. AN. LXII
MIL. AN. XXV.
III. AESCULA
PIO
ASCLEPIO
DOTI

Eos certe adhuc quæro, qui Æsculapium dixerunt cognominatum fuisse *Asclepium*; deinde Hyginus Græcosimitatus, quod & in aliis propriis nominibus facit, *Æsculapium*, qui iisdem parentibus ortus fingitur, appellat *Asclepium* quomodo & idem in tribus inscriptionibus apud Gruterum, Lactantio cap. 33. de Mort. persecutorum, & aliis vocatur, & nullus in hoc marmore *Asclepius* occurrit, verum *Asclepiodotus*; quod nomen etiam existat apud Gruterum Inf. 1. pag. DCCXV. Apud Tzetzem ad Lycophronem pag. 165. legimus deum hunc initio ἡπιον esse dictum ἡπιος

πρῶτον καὶ ἡσυχον; sed cum sanasset Ἄνλω τὸν ἐπὶ Δαῶνε τύραννον ὀφθαλμιῶντα, appellatum fuisse Ἀσκήπιον: quod non monerem, quia plane ἀποροδιόνυσον est, nisi in mendo cubaret Scholiastes, scribendumque foret τὸν Ἐπιδῶρον, uti clare legitur apud Auct. M. Etymologici in v. Ἀσκέλης. Sequentibus sæculis Latini eum *Scolapium*, more loquendi tunc familiari vocarunt: Acta vel Passio Philippi Episcopi apud Mabillonium virum raræ eruditionis Tom. IV. Analectorum: *Hic (ignis) Hercules, incensos fieri deos putans, in amorem expetende mortis impegit, qui infelix in ygia monte combustus est: & Scolapium medicum in monte Cynasuridos fulminatam consecrationem mereri a gentibus fecit*: ubi primo Grammaticæ regula exigit, ut scribatur, *Herculem & putantem*: deinde pro *ygia, æta*; in quo monte Herculem certe flammis absumptum esse constat; nisi hæc donanda potius sæculi istius genio sint. Mercurius præterea qui ut puer, ut juvenis imberbis cultus fuit fere semper, senex plane est in ære apud Laurentium Pignorium in annotationibus ad imagines deorum Vincentii Cartari. Nam quamvis vir doctissimus eum Herculem esse putet in habitu Mercurii, mihi tamen propter caduceum, propter palmam, propter talaria videtur potius Mercurius senex esse, & quidem PACIFER, quomodo vocatur in nummis Posthumi: (in quorum uno, quod notandum diligenter, clavam videtur tenere) & Ovidio lib. 14. *Metam.*

Pacifer huic dederat florem Cylleus album.

In aliis quidem numismatis HERCULES PACIFER & DIANA PACIFERA occurrunt, eodemque cognomine idem ornatur in Insc. 4. pag. MXXIII. nec non in alia apud Sponium Virum doctissimum sect. 2. Miscell. Art. VIII. nisi potius vulgata ibi scriptura retinenda sit,

HERCULI SANCTISSIMO
PLACIFERO SACRUM.

quia apud eundem pag. 86. *Apollo placifer* & p. 102. *Genio placifero*, occurrunt; & a *placidus* descendat; quod inter epitheta Herculis ipsius occurrit: sed ipsa tamen statua docebit, opinor; conjecturam meam non plane rejiciendam esse; idque eo magis, quia Pausanias lib. 6. Pharis, Achajæ oppidum est, testatur fuisse Mercurium ἔχοντα γένητα.



Reverendum illud Ægyptiorum numen Sarapis in nummis interdum barbatus & senex, interdum juvenis atque imberbis conspicitur: quod forte factum, quia ille erat vetustissimus Ægyptiorum, alter advena, adventitius, atque ex ponto ac Sinopen- sium urbe Ptolomæo vel Lagi filio, vel Philadelpho vel Euerge- te procurante, advectus deus, qui, teste Tacito lib. 4. Hist. c. 83. Regi per quietem oblatus, *decore eximio & majore quam humana specie* JUVENIS eum monuit, ut *fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret*. Si tamen quis est qui hanc con- jecturam existimet admittendam non esse; ego facile illis assentiar, qui judicabunt Serapin modo ut *juvenem*, modo ut *senem* effingi, quia Sol etiam existimabatur esse, vel quia parum sibi Gentiles in effingendis numinibus suis constabant. Sed hac occasione exami- nare placet num Patrum plerique recte censuerint Josephum sub Sa- rapidis

rapidis forma cultum fuisse : quo nomine a nonnullis culpantur, quia Serapidis cultus Ptolomæorum primo temporibus in Ægyptum vel Alexandriam fuit introductus. Neque tamen docere, uti rem certissimam, contabor, Patriarcham sub Serapidis forma cultum esse, sed advectum ex Ponto deum illi opinioni nequaquam obstare. Ille igitur ab uno Ptolomæorum Regum accitus est; & Tacitus memorat *Ptolomæum, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit*, id est Lagi filium: alii apud eundem, *Ptolomæum, quem tertia ætas tulit*, id est, Evergetem: Philadelpho, qui Regum secundus fuit id adscribit Clemens Alexandrinus in Protreptico: *Soterem* vero narrat nobis Plutarchus libro de Iside & Osiride, & de Solertia Animalium: qui tamen a Ptolomæo i. id quod video facere eruditos, hac in historia distinguendus nequaquam est. Nam illum *Soterem* fuisse cognominatum clare præter Suidam in *v. Δημήτριον*, Porphyrium apud Eusebium in fragmento de Ptolomæis testatur Scholiastes Theocriti ad Idyll. 15: Rhodios ipsi hoc cognomen dedisse docet Pausanias in Atticis: *καὶ γὰρ φιλομήτορα καλέσει καὶ φιλάδελφον ἕτερον, τὸν ὃ τῷ Λάγῳ σωτήρα, ᾧ Ἰσίδων Ἑσδίων τὸ ὄνομα*: sed Stephanus altius hanc rem repetit & Ptolomæum *Soterem* appellatum scribit, quia Alexandrum ab Oxydracarum gente incolumentem servaverat: *οξυδράκαι, ἔθνη Ἰνδικόν, ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον πτόλεμαῖον, σωτὴρ ἐκλήθη*. Ante advectum ex Ponto Serapin, alius in Ægypto eodem nomine deus colebatur. Pausanias l. 1. scribit Athenienses Serapidis cultum a Ptolomæo accepisse, & templum ejus *ἐπιφανέστατον* esse Alexandrinis, *ἄρχαιότατον ὃ ἐν Μέμφει*: unde absque dubio sequitur, ante Ptolomæum Lagi F. si is, ut plerique tradunt, Sinopensem deum advehi curavit, Sarapin in Ægypto cultum fuisse. Quin & Clemens Alexandrinus in Protreptico, atque ante eum Tacitus lib. 4. Hist. cap. 84. testatur advenæ Serapidi templum exstructum in loco, cui nomen Rhacotis, ubi fuerat *facellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum*. Quid quod Sinopenses eum non Serapin, sed *Jovem ditrem*, teste Tacito, vocarunt: *Timotheus quasitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum vetere inter accolæ fama Jovis Ditis*: atque cum eum viderunt, Timotheus *ἔξηγητὴς*, (antistitem ceremoniarum vocat Tacitus, & non ignobilem Theologorum virum Arnobius) & Manetho Sebennita a cerbero &

dracone conjectarunt Plutonis esse simulacrum, Ptolomæoque per-
 suaferunt non alium illum quam Serapin esse; & γδ, addit Plutar-
 chus lib. de Ifide, ἐπειδὴν ἔτι ὀνομαζόμενον ἦεν, ἀλλ' εἰς Ἀλε-
 ξανδρείαν κομισθεὶς ἔ παρ' Ἀιγυπτίοις ὄνομα τῆ πλάτωνος ἐκτίθη ἢ
 Σάραπιν : *Non enim nomen illud gerens eo venerat, sed deportatus
 Alexandriam Serapidis nomen, quo Ægyptii Plutonem afficiunt, ad-
 quisivit.* Certe Plutonem eundem cum Sarapi esse docet ex Por-
 phyrîo Eusebius lib. 4. Præpar. c. ultimo, & Serapin in marmo-
 re, quod ad me misit Fabrettus, cerberus comitatur, atque ita
 fere in eodem repræsentatur, uti Pluto describitur lib. 3. cap. 11. Præ-
 parationis. Et hinc clarum utique esse puto Sinopensium deum,
 quem Σινωπιτίω Διῷ vocat Dionysius in periegesi & ad eum Eu-
 stathius, nomen mutasse postquam in Ægyptum fuit advectus;
 non satis caute Macrobius 1. Sat. 7. affirmare, Ægyptios post
 Alexandri Macedonis occasum tyrannide Ptolomæorum coactos
 esse Saturnum & ipsum Serapin in cultum recipere Alexandrino-
 rum more, apud quos præcipue colebantur; illos anachronismum
 committere auctores (inter quos Epiphanius etiam cap. 106. An-
 corati; qui & Serapin five Apin facit Sinopensium regem uti video
 etiam observare Illustrem Scaligerum ad Euseb. Num. MDCCLXXV)
 qui affirmant Sinopensium numen *Sarapin* vocatum fuisse, ante-
 quam asportaretur in Ægyptum: & tandem non recte patres, nar-
 rantes Josephum sub forma Serapidis cultum esse, argui; quia ex
 urbe Sinopensium diu post fuit advecta illa religio; cum ante Pto-
 lomæorum tempora cognitum in Ægypto Sarapidis nomen, ejus-
 que cultus celebris fuerit; qui tamen quo tempore ceperit, num-
 que gens vanis superstitionibus dedita ita coluerit Josephum, aliis
 dispiciendum relinquo: & præcipue Eruditissimo Viro Joanni
 Spencero, cui gaudeo rationes meas probatas esse lib. 3. cap. 9.
 Dissert. 5. Nec, ut pergam, ab hac atatum diversitate immunis
 fuit Jupiter ille Optimus Maximus. In lapide vetusto apud Gru-
 terum pag. LXXVII. celebratur FORTUNA JOVIS PUERI
 PRIMIGENIA & in alio legitur, FORTUNÆ. PRIMIGE-
 NIÆ. JOVI. PUERO. EX. TESTAMENTO: Juvenali
Jupiter nondum barbatus Satyra sexta; talisque cultus fuit in Cam-
 pania, teste Servio ad lib. 7. Æn. *Circa hunc tractum Campanie
 colebatur PUER JUPITER, qui Anxurus dicebatur quasi ἀνευ
 ἔνευ*

*ξυεγς, id est, sine novacula; quia barbam nondum rasisset: Scholia-
 liaftes Cruquii & Acro ad Horat. lib. 1. Sat. 5. imberbem vocant:
 & in nummo Gentis Vibixæ apud Urfinum Fulvium cernitur ju-
 venis radiatus, ut videtur, in sella sedens & hastam tenens cum
 Inf. JOVIS. AXUR. C. VIBIUS. C. F. C. N. Atque ut ni-
 hil dicam de JOVE CRESCENTE qui in nummo Salonini
 Valeriani cernitur vel de *Vejove*, quem *parvum, non magnum &
 Juvenem Jovem* interpretantur Ovidius & Festus. Pausanias lib. 5.
 scribit ἀγάλμα esse Διὸς μικρὸν, πλὴν ἑτέραν τῆς χειρῶν προτεῖνον,
*parvum Jovis simulacrum, alteram manum extendens; & ab ea statua
 progredienti occurrere ἀγάλμα Διὸς ἐκ ἔχον γένηα ἐδὲ αὐτὸ, signum
 Jovis, quod & ipsum non habebat barbam* in nummis quoque Træ-
 zeniorum ΣΔΕΥΣ (ita antique pro ΖΕΥΣ scribitur) Ελευθέ-
 ει. imberbis & plane juvenis occurrit; nec video quid cau-
 sæ sit, cur Ludovicus Nonnius eum invita inscriptione Apollin-
 em faciat, cum præter Pausaniam etiam testetur Auctor M. Etym.
 a Græcis Jovem ita cultum fuisse: οἱ ᾧ, αἰτ, ἠῆθρ φαοῖν ἤ) πλὴν
 Δικτύω· καὶ ὄνομα δὲ τῆς ἀλιευτικῶν δικτύων ἐν Αἰῶθα ᾧ Διὸς ἀγάλ-
 μα ἀγέλαιον ἴσατ: *Alii Dicten insulam dicunt esse & nomen habere
 a piscatoriis retibus: ibi Jovis imberbe simulacrum sacratum est.* Jam
 tempus tandem esset docere gentiles omnes deos deasque suas ad So-
 lem & Lunam retulisse; sed antequam illi rei me accingam, cona-
 bor tradere, cui usui imaguncula nostra potuerit inservisse. Pu-
 blice cultam ut credam vetat exiguitas; quanquam parva simulacra
 aliis diis consecrata sint, uti ex sequentibus patebit: suspicabarque
 nonnunquam vel Laribus sive diis domesticis annumeratum esse
 breve hoc signum, vel quempiam religionis ergo & instar amule-
 ti (cui inservisse Harpocratis imaginem inscriptio vetus, quam po-
 stea explico, Græca docet) illud secum portasse. Et primo qui-
 dem constat parvis minutisque simulacris, gentiles honores divinos
 habuisse; Nero, Suetonio teste c. 56, *icunculam puellarem cum
 quasi remedium insidiarum a plebejo quodam & ignoto muneri accepis-
 set, detecta confestim conjuratione pro summo numine, trinisque in die
 sacrificiis colere perseveravit: volebatque videri monitione ejus futura
 prænoscere: Hadrianus apud eundem in Aug. c. 7. puerilem ima-
 gunculam æream veterem, ferreis ac pæne exolescentibus litteris
 hoc nomine (Thurini) inscriptam, inter cubiculares coluit.* Si-*

gillaria & Sigilliola ea vocare possis; a quibus & locus Romæ Sigillaria nomen accepit, licet non modo imagunculæ, verum & aliæ res ibi venderentur. Neque tamen eo sensu voces eas usurpavit Arnob. lib. 6. *Et abstinete a risu cum pro diis immortalibus SIGILLIOLIS hominum & formis supplicatis humanis. Quinimo deos esse SIGILLARIA ipsa censeatis, nec præter hæc quicquam vim creditis habere divinam.* Nam si parvas tantum statuas designari putamus, jam majores excluderentur, iisque talem vim non attribuissent gentiles; quod a ratione alienum est plane: deinde postea tradit Phidiam super Olympii Jovis digito inscripsisse *pantarcher*: quo nomine fuerat amatus a se puer, & obscæna cupiditate dilectus; additque; *usque adeo ludus est, & puerilis affectio SIGILLARIA ista formare, adorare pro diis ea, sanctitatibus accumulare divinis; cum ipsos videamus artifices in effingendis his ludere, & libidinum propriarum monumenta sancire.* Neque aliter voce hæc utitur Tertull. c. 12. de Oratione: *Immo contra, scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit. Porro cum perinde faciant Nationes, adoratis SIGILLIARIBUS suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Quæ certa loca nequaquam de imagunculis parvis, multo minus de annulis cum Liceto explicanda sunt. Et vel a parvis vel ab utrisque statuis faciendis nomen proculdubio accepit FABER FLATURARIUS SIGILLARIARIUS, cujus mentio in Inf. 89. Classis XI. Reinesii. Sed ut pergam, Ammianus Marcellinus narrat Asclepiadem Philosophum *Dea Cælestis argenteum breve sigmentum, quocumque ibat, secum solitum efferre: Apulejus in Apologia scribit morem se sibi habere, quoquo eat, simulacrum alicujus dei inter libellos conditum gestare, eique diebus festis thure & mero aliquando victimis supplicare.* Et mox illud fuisse *Atercuriolum* docet, cumque eleganter ita describit: *En vide quam facies ejus decora & succi plena sit, quam hilaris dei vultus, ut decenter utrinque lanugo malis deserpat, ut in capite crispatus capillus sub imo pilei umbraculo appareat, quam lepide super tempora pares pinnula eminent, quam autem festivo circa humeros vestis substricta sit: quæ ideo in medium adduxi, ut pateat non fati caute doctissimum gemmarum Abraxearum interpretem hæc verba de gemma cæлата interpretari: Sulla imaginem Apollinis secum tulit: Plutarchus in*
 ejus

ejus vita : λέγεται ὅτι ἔχων τὸ χρυσὸν Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιον ἐν Δελφῶν, αἰεὶ μὲν αὐτὸ καὶ τὰς μάχας περιφέρειν ἐν τῷ κόλπῳ, ἀλλὰ καὶ τότε τὸ κατὰ φιλεῖν, Dicitur signum habuisse Apollinis aureum ex Delphis, illud semper quidem eum in praeliis circumtulisse in sinu, tunc vero etiam osculatum esse, & dixisse; Pythie Apollo, an felicem Sullam Cornelium, quem tot certaminibus splendidum & inclytum reddidisti, hic projicias adductum ad patria fores : Alexander Magnus si non apud se, ut Sulla, attamen secum habuisse fingitur a Statio Herculis signum, cujus mensura intra pedem stabat, lib. 4. Sylvarum carmine 6.

———— Pellens habebat

*Regnator letis numen venerabile mensis,
Et comitem occasus secum portabat & ortus :
Prensabatque libens, modo qua diademata dextra
Abstulerat, dederatque & magnas verterat urbes,
Semper ab hoc animos in crastina bella petebat :*

& tandem Alexandri Magni, inter deos relati, effigies portabatur a familia Maruanorum, quia dicuntur jurari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant vel argento, uti loquitur Trebellius Pollio in xxx. tyrannis : quo pertinet S. Chryostomum Homil. 21. notare nonnullos salutis causa, νομίματα χαλκῆ καὶ Alex. Macedonis vel capitibus vel pedibus circumligasse; uti ex eo observat Tristanus T. 3. p. 70. Sed restat tandem scena, ut sic loquar, ultima; & probandum est imagunculam nostram Solis symbolum esse; Solis inquam, ad quem omnes suos deos, ut deas ad Lunam referebant, orta præcipue salutari Christi Domini Deique nostri doctrina, gentiles; quia eos pudebat numerosæ deorum gentis, & cum a natura ipsa, tum a Christianis convincebantur, non nisi unum Deum Opificem Ædificatoremque & Conservatorem mundi esse posse. Eusebius lib. 3. Præparationis cap. 13. scribit, gentiles Solem existimasse esse Apollinem, Herculem, Bacchum, Æsculapium : Lunam Dianam, Palladem, Hecatem; notatque homines effugientes turpes numinum suorum fabulas, ὡσπερ δὲ μηχανῆς εἰς Ἡλίον καὶ Σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ τῶ κόσμου μέρη ἀνατρέχειν. Harpocratem, Orum, Osirin, Martem, Apollinem, Herculem, Mercurium & Æsculapium eundem cum Sole esse satis multis puto me probasse; id quod nunc de aliis etiam breviter docendum

dum est. JOVEM igitur *Solem* esse ex iis quæ disputat Macrobius lib. 1. cap. 23. Saturn. patet : inter Catalecta Pithæi quæ exstat, laus Solis idem evincit.

Sol facies mundi, calique volubile templum.

Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Juppiter ipse.

non secus ac Callimachi cujusdam vel ex Callimacho, a nescio quo versum carmen imagini Jovis inscriptum, quo *Jovi complicita ala* tribuuntur, quodque totum adscriberem, nisi recte censerent eruditi illud dubiæ esse vetustatis. Eustathius ad Hom. Il. α. p. 22. Apollinem facit, *μεικὸν Δία*, quia multa cum Jove facit simul : & ad od. M. p. 1726. scribit Jovem nonnunquam esse *Ἐπιζήμερον πρὸς Ἡλίω* apud poetam, ut cum illi alatum currum tribuit : Orpheus apud Schol. Hesiodi, Solem vocat Titanem, Hyperionem, Pæana & Jovem,

Τιτῶν χρυσαυγῆς υπερίων, ἑράνιον Φῶς
Δέξιε μὲν γενέτωρ ἡῆς, εὐάνυμε νυκτὸς
Φῶσφορε, αἰολόδεκτε, Φερέσβιε, κάρπιμε παῖάν,
Ἄειθαλές, ἀμίαντε, χρόνυπάτερ : ἀθάνατε Ζεῦ.

& quidem Zēna vel *Jovem*, *δὲ τὸ Ζωῆς ἔστι αἴτιον, τετέστι τῆς πρὸς Ζωῆς* : Plutarchus in *Quæstionibus Rom.* causam indagans cur annum Jovi existiment sacrum esse, menses Junoni ; inter cetera addit, *αὐτὸν ἐν ὕλῃ Διᾶ, ἢ ἥλιον, καὶ αὐτὴν πλὴν Ἡραν ἐν ὕλῃ πλὴν σελήνῃ* *solem ipsum in materia esse Jovem, & Lunam ipsam in materia Junonem* : & inde forte est, quod observat Festus diem dictum esse *ab Jove ejus rectore, qui Græce Δία appellatur* : ac tandem Orpheus apud Apulejum lib. de Mundo Jovem omnia esse ostendit, & inter cetera *ἥλιον καὶ σελήνῃ*. PANEM ad Solem debere referri tradit idem Macrobius lib. 2, c. 22. nec non Porphyrius apud Eusebium lib. 3. Præpar. cap. xi. ubi inter cetera docet cornua ipsi tributa esse, ut *σύμβολα Ἡλίου καὶ Σελήνης*. Et nonnunquam suspicatus sum eum LUCIDUM appellari in lapide vetusto, quem post Tomasinum Reinesius edidit, & syntagmati suo inseruit :

LUCIDO PANI
QUINTUS MUTIANUS
HERODIA. SYNNESIA
UXOR. DULCISSIMA
V. S.

quomo-

quomodo Diana vel Luna Statio lib. 5. Sylvarum *Lucida Gnoſſis* dicitur. Sed ire inficias nolo interpretationem perilluſtris Spanhemii in elimatiſſimis & quæ optime ætatem ferent ad Juliani Cæſaris notis videri præferendam eſſe, & *Panem* ideo *Lucidum* nominari, quia effingebatur facem accenſam manibus tenens, λαμπαδηφορέως colebatur, & apud Arcadas in templo ipſi accendebatur πῦρ ἄποτε, Pausania teſte, ἀποσβεννύμερον.

ATTIDEM ſolem eſſe Macrobius lib. 1. cap. 21. oſtendit. Arnobius lib. 5. p. 187. *Attidem cum nominamus ſolem*, inquit, *ſignificamus & dicimus: ſed ſi Attis ſol eſt, quemadmodum connumeratis & dicitis, quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum veſtræ produnt atque indicant litteræ.* Illudque clarius patebit ex iis, quæ commentatus eſt Laur. Pignorius in libello quem inſcripſit, Magnæ Deum Matris Idææ & Attidis initia: nec non iis, quæ poſtea moneo.

PRIAPUM Veteres credidiſſe Solem eſſe, ex verbis Suidæ & Codini, quæ memini me protuliſſe, conſtat ſatis ſuperque: & docet Voſſius pater in abſolutiſſimo de Idololatria opere, eoſdem per membrum ejus virile ſignificari Solem omnia generare, & fecunditatis parentem eſſe. Sic Plutarchus lib. de Iſide ſcribit Oſiridis ſimulacrum ἀνδρωπόμορφον & ἐξορτιάζον πρὸς αἰδοίῳ δεξιῆς ἑὸν γόνιμον καὶ τὸ τρέφειμον, propter gignendi & alendi vim eſſe, moxque illud ad ſolem refert. Mercurium non aliam ob cauſam γεννητικὸν μῦθον erectum gerere Macro. 1. Sat. 19. Herod. 2, 51, & Artem. 1, 47. teſtantur; & tales Hermæ frequentiſſime in gemmis, nummis, aliisque monumentis veterum conſpiciuntur; Porphyriusque apud Euseb. 3, 11. (licet aliam rationem adferat) celebrat Mercurium ἐντεταμένον, quod male interpres ad erectum & intentum corporis ſtatum refert. Quin & pleroſque populos ſimulacra in templis ſuis ſtatuiffe ἐντεταμένα καὶ τῇ τῷ πράγῃ φύσεως ἀπαπλοῦς, & pudentia coluiſſe, ὡς αἰτίαν δὲ τῆς ζώων γενέσεως ſcribit Idem lib. 2. cap. 2. Præparat. Et certe veriſſimum hoc eſſe indicant ſacra Cybeles, Bacchi, Deæ Syriæ, Cereris, Iſidis, Oſiridis apud Arnob. Athen. Xiphil. Lucian. Ptolomæum, Plutarchum, & alios: eoque pertinet Iſidis capiti τὸ μῦθον imponi apud Triſtanum in M. Aur. Claudii numiſmate; & Mnevem bovem Solis ſymbolum, atque Heliopoli cultum, maximos teſticulos habuiſſe, quia

sol περιμαίνεν dicitur πλώ φύσιν, uti loquitur Eusebius lib. tertio. Nec omittendum Ptolomæum lib. 2. Tetrabibli memoriæ mandare, varios populos qui Trigono Noto Apeliotico subjiuntur, & adspectibus Saturni, Solis & Veneris consecrasse, τὰ γυνητικὰ μύεια, δὲ τὰ τῶν προκειμένων ἀστέρων χηματισμὸν, ὃν τὰ περιματικὸν φύσει: partes ad generationem aptas, ob prædictarum stellarum adspectus, quæ habent naturam seminalem. Et hac occasione locum insignem Juliani, qui exstat Orat. 5. p. 315. explicare conabor: τέμνεσθαι γάρ φασι τὸ ἱερὸν δένδρον καὶ τὴν ἡμέραν ὃ Ἡλίου ὅπῃ τὸ ἀκρον τῆς ἰσημερινῆς ἀψίδος ἔρχεται. εἰθ' ἐξῆς περικαλισμὸς ὡσεὶ λαμβάνεσθαι τῇ τρίτῃ δὲ τέμνεσθαι τὸ ἱερὸν καὶ ἀπόρρητον θέρου τῆς Θεῆς Γάλλε: id est, interprete Petavio: Etenim sacram arborem succidi illo ipso die ferunt, quo sol supremam æquinoctiorum apsidem attingit: altero die tubarum clangore perstrepunt: tertio sacra & arcana dei Galli messis putatur. Sed vel per θέρου honesta circumloquutione intelligitur membrum virile, vel legendum μέρου, quomodo partem illam corporis Græci vocabant; cujusque excisionem die, qui Hilaria præcedebat, celebratam fuisse non modo ex pag. 317. verum etiam ex Calendario Veteri, quod Lambecius Bibliothecæ Vendobonensi inseruit, constat: xi. Kal. April. Arbor intrat: x. Tubilustrium: ix Sanguen dies Ægyptiacus: viii Hilaria: vii Requetio: vi. Lavatio. Optime certe hæc cum Juliani verbis conveniunt, in quibus mox Hilariorum etiam fit mentio: per τὸ Sanguen autem intelligitur membri virilis abscissio, quæ illo die non fiebat modo, verum quo etiam sacerdotes sese cultris lacerebant: Tertull. in Apol. Cum M. Aurelio apud Sirmium Reip. exemplo die xvi. Kal. April. Archigallus ille sanctissimus die ix. Cal. earundem, quo SANGUINEM IMPURUM, lacertos QUOQUE castrando, libabat pro salute Imp. Marci jam interempti: ubi per imp. sanguinem videtur intelligere, qui ex genitalibus abscissis fluit quia addit Lacertos quoque castratos fuisse: nam particula quoque haud obscure indicat non modo brachia scissa cultris, quod eleganter castrare quia vires sanguine amisso pereunt, vocat; verum etiam aliud quid ablatum & castratum fuisse; id est, membrum virile, cui impurum, ut dixi, sanguinem tribuit. Dies autem Ægyptiacus est infelix, infaustus, quem exemplo Ægyptiorum Romani observabant, qualesque plures in anno fuerunt, uti ex eodem Calen-

Calendario constat. Lambecius fatetur sibi non liquere, quid significant; sed eos explicavit olim ὁ πᾶνυ Salmasius lib. de Annis Climactericis; & nuper Henr. Noris in Eruditissimo Commentario ad Marmora Pisana. Ceterum nescio unde hauserit Scioppius, Priapi Ægyptii vel Hori effigiem fuisse cubitalem & juvenilem, apud Latinos vero commodæ seu justæ staturæ. Nam nihil tale apud Suidam reperio, & de Priapo vulgari verba faciens Theodoretus lib. 1. μικρὰ ὄντι μόριον ἐντέλειον καὶ μέγιστον esse dicit; & lib. 2. eum vocat μικρὸν ζωδιὸν μὲν τὸ μέγιστον καὶ τέλειον μοειστικώμενον, *parvum animal, cum maximo & tento membro cultum*: atque ipse Suidas memoriæ mandat Junonem zelotypia tactam, ventrem Veneris, quæ ex Jove conceperat, contrectasse, & effecisse ut infans deformis nasceretur; & inde adjicit: *Priapum Italorum* (aliter sentit Heinsius v. Cl. lib. 2. Sat. Horatianæ) *lingua vocari, & a pastoribus coli, simulacrum vero esse παιδίον μόριον ἔχον μέγα καὶ ἐντέλειον*: quæ certe nequaquam de Ægyptiis, sed Romanis & Græcis intelligenda sunt.

LIBERUM PATREM vel BACCHUM Solem esse multis probat Macrobius. 1. Sat. Serm. 18. Idem docet Servius ad lib. 3. Æn. *Apollinem deprecantes terram petunt. Ipse enim est & Sol & Liber Pater, qui inferos petiit*: Virgiliusque initio Georg. per *Liberrum* solem, per *Cererem* Lunam intellexit proculdubio:

————— vos o clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres —————

Nec alia Rhodiorum sententia fuit, quorum insula Soli, uti notissimum, fuit dicata: Dio Chryf. Orat. 31. Καὶ Ἦ τὸν μὲν Ἀπόλλω καὶ Ἦ Ἡλιον καὶ Ἦ Διόνυτον ἐνίοι φασιν ἔῃ Ἦ αὐτὸν, καὶ ὑμεῖς ἔτι νομίζετε: *Et quidem Apollinem, & Solem, & Dionysum nonnulli dicunt eundem esse; & vos ita existimatis*. Aristides hujus rei non ignarus Oratione ad Rhodios de concordia, quæ est ultima tomi secundi, quem primo *Solem*, mox *Dionysum* vocat, illique tripodas tribuit: *Αποβλέψατε δὴ καὶ πρὸς τὰς τρίποδας τὰς ἐν Διονύσει τέττασι, πάντως ἧ χάριτε αὐτὰς προσορῶντες*; *Sed ad Bacchi quoque tripodas respicite: eos enim aspicientes plane latamini*. Bacchus præterea, quod huc valde quadrat, gravibus ærumnis a Titanibus affectus, teste Onomacrito apud Pausan. lib. 8. & occisus, uti patet

tet ex Arnobii lib. I. p. 28. ejusque membra in lebetem coniecta juxta tripodem fratris Apollinis fuerunt collocata. Auctor Etym. magni: in v. Δελφοί hanc historiam conservavit: ὅτι τὰ Διονύσου μέλην ἀπαρθεύσαντες οἱ Τιτῶνες, πρὸς Ἀπόλλωνι παρέθεντο ἐμβάλλοντες λέβητι. ὁ δὲ ἄλλοτε πρὸς τριπόδι ἀπέθεντο πρὸς τὸ ἀδελφῶν. Atque ex hac historia (quam paulo aliter sed pluribus narrat Clemens Alexandrinus in Protreptico) lucem fœnerantur Justinus Martyr. Apol. 2. qui scribit, Dionysum ἀσπασθέντα dilaniatum in cœlum ascendisse: Origenes lib. 4. contra Celsum, Bacchum a Titanibus deceptum, & a Jovis folio delapsum ab iis dilaceratum, & inde compositis membris ἀναβιώσκοντα redivivum cœlum petiisse, & Tatianus tandem ἄμφαλον esse τὸν Διονύσου: quia scilicet Delphi habebantur pro terræ umbilico, memoriæ mandantes. Nihil certe mirandum propterea est Agamemnonem in templo Delphico sacrum Baccho fecisse; uti tradit Lycophron in Alexandra: ad quem ex Callimacho & Euphorione similia observat Tzetzes: & Lucanum lib. v. canere sacra fieri Apollini & Baccho Delphis, mixto numine:

*Mons Phœbo Bromioque sacer, cui numine mixto
Delphico Thebanae referunt Trieterica Bacche.*

Plutarchus quoque libro de Iside scribit reliquias Bacchi prope Apollinis oraculum Delphis sitas esse: ὁσίως ἁγίους vel initiatos sacrificium arcanum in æde Apollinis peragere, & Thyadas vel Bacchas ἐγείρειν ἢ Διωνύτω, excitare Licniam, id est Bacchum; quod de excitationibus matutinis intelligendum esse videtur: *Quid volunt*, ait Arnob. lib. 7. *excitationes illæ, quas canitis matutinae*, (matutinas salutationes vocat Apulejus lib. XI.) *collatis ad tibiam vocibus? obdormiscunt enim superi, remeare ut ad vigiliis debeant?* Sed si hæc non satis clare ostendunt, Bacchum eundem cum Apolline vel Sole esse, monstrant certe eos in eodem loco fuisse cultos, & propterea multa videri communia habuisse: imo Macrobius lib. I. c. 18. non dubitat hinc argumentum petere eos idem numen esse: *Item Bœotii Parnassum montem Apollini sacratum esse memorantes, simul tamen in eodem & oraculum Delphicum, & speluncas Bacchicas uni Deo consecrata colunt: unde & Apollini & libero Patri in eodem monte res divina celebratur.* Auctor Magni Etym. v. Διόνυσος, observat eum apud Eleenses eundem haberi cum sole; ἢ πρὸς τὸ δάος Διόνυσος, καὶ τροπή τῶ α εἰς ι. πρὸς γδ ἡλείοις ὁ αὐτὸς πρὸς ἡλίῳ νομίζεται: ἢ ἢ ὁ δάων, ὁ τῶ δάος (ὁ ἔστι πυρὸς

πυρός ἢ φωτός ἀντιϙ; vel a δαός descendit δαόνοςϙ, & a conver-
so in i. Dionysius: nam apud Eleos idem cum sole existimatur; ut sit
ὁ δαίων ardens, δαός id est ignis vel lucis causa: Eumolphus apud
Diod. Siculum in carminibus Bacchicis eundem appellat,

Ἀσροφάη Διόνουϙ ἐν ἀκτίναςι πυράϙ:

Sidereum Dionysum igni radiante coruscum.

Quæ nulli alii quam soli conveniunt; quem a Pelleniis etiã cul-
tum fuisse sub nomine Διονύου Λαμπτήρϙ; observat ex Pausaniæ
lib. 8. Tristanus in explicatione vasis antiqui, quod Bacchi myste-
ria continet: qui tamen non addit, *Dionysum* illum *Lampyris* so-
lem esse. Non male tamen hoc inde aliisque, quos ibidem laudat,
auctoribus colligitur; & eam ob causam forte Baccho, facem tri-
buit Mart. Capella lib. 1. *Dehinc admissi Tonantis ipsius filii: inter*
quos primus quidem ruber juvenis, ac vorax omnium, sititorque etiã
sanguinis gradiebatur: alter suavis & comis FACEM (aliæ tamen
editiones *facem*, quæ non male Baccho convenit, exhibent) *dex-*
tra, levaque gestans cratera somnificum. Et Bacchus ut sol elegan-
tissimis verbis describitur Aristidi: Νυκτός καὶ ἡμέρας πέρατα ὀπισκο-
πεῖ. πῶ μὲν ἡμέραν αὐτός δαδᾶχϙ τε καὶ ἡγεμὼν τ᾽ ὄψεως γιγνώμε-
νϙ. πῶ τε νύκτα ἑτέροις παρειεί: θῆγῶν δὲ ὁμοῦς ἔδ' ἔτω, αἰεὶ δὲ ἐν
φορῶ καὶ κινήσει τ᾽ αἰῶνα διεξέρχεται: noctis & diei regit deus fines,
interdiu quidem ipse lucem præferens, noctem vero aliis concedens; sic
tamen ut interim non cesset, sed in perpetuo versetur motu. Hinc
est quod Bacchantes apud Ovidium lib. 4. *Metam.* ex sententia Tri-
stani canunt

————— Tibi inconsumpta juventa est,
Tu puer æternus, tu formosissimus alio
Conspiceres cælo —————

& quod Arnobius lib. 3. gentiles ita alloquitur: *Quid? cum libe-*
rum Apollinem, Solem unum esse contenditis numen, vocabulis am-
plificatum tribus, nonne sententiis vestris deorum imminuitur census,
& opinio prædicata dilabitur? Multus, ut monui, Macrobius est
in hac gentiliū opinione & superstitione probanda; idemque haud
vulgaribus tam ex antiquis monumentis quam præcis auctoribus
petitis argumentis ostendunt Alexander, Hieronymus in *Expositio-*
ne Tabulæ Heliacæ, & Tristanus in *Explicatione vasis antiqui.*
Macrobius illud firmat ex Aristotele qui *Theologumena* scripsit,

ex Hyacinthiorum festo apud Lacedæmonios, ex cultu communi Apollinis, & Bacchi Delphis, ex Varrone & Granio Flacco, ex versibus denique Variorum, ut Orphei, cui sol dicitur

Ἡλιῶ, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν

Sol quem Bacchum cognominant

& alibi :

Εἰς Ζεὺς, εἰς Ἄδης, εἰς Ἡλιῶ, εἰς Διόνυσῶ.

ex Euripide, apud quem in Licymnio Bacchus & Apollo, tanquam unus idemque deus invocatur,

Δέσποτῶ Φιλόδαφνε, Βάκχε, παιᾶν, Ἄπολλον, Ἐὐλυρε

& denique ex Æschylo cui insuper Apollo cognominatur κισσῶς vel *hederacius*

Ὁ κισσῶς Ἀπόλλων, ὁ καὶ Βάκχῶ, ὁ μάντις :

uti Joh. Meursius pro ὁ καβαῖῶ rescribendum putat. Et recte, ut hoc obiter adjiciam, Apollo μάντις quia vaticiniis præerat, vocatur. Sic Clementi Alexand. in Protrep. dicitur μάντις ἀγνός; & μάντις Auctori M. Etymologici alicubi, Luciano pag. 1100 edit. Bourd. poëtæ anonymo lib. 1. Anth. p. 84. in oraculo apud Eusebium lib. 3. cap. 14. nec non Oenomaos apud eundem lib. 5. p. 212. *Augur Apollo* eadem ratione Virg. l. 4. æn. 376. & Val. Flacco l. 1. v. 234, *Vates Apollo* eidem lib. 4. v. 445, & *augur Pithyus* Mart. Capellæ lib. 1. appellatur; tandemque in Theodoti medici carmine, quod deus per somnum jusserat cani, apud Aristidem Tom. 1. Serm. Sac. 4. occurrit Διόνυσῶ Κισσῶς. Haud obscure præterea colligitur Bacchum nullum alium quam solem esse, quia idem cum Sarapide & Osiri habebatur, quos certo constat ad fidem illud retulisse gentiles. In nummis Elagabali & Gallieni apud Tristanum modius, qui capiti Serapidi imponitur pampinis ornatur, & non absque ratione existimat vir doctissimus id ideo factum, quia Bacchus idem Serapidi erat. Osirin quoque, qui sol habebatur, non alium quam Bacchum esse patet fati superque ex Tertuliani libro de Corona, atque vulgato Aufonii carmine :

Ogygia me Bacchum vocat

Osirin Ægyptus putat

Nysæ Phanacem nominant

Tibullus lib. 1. El. 7. cum inventionem vitis adscripsisset Osiridi, eundem mox *Bacchum* nominat : Herodotus lib. 2. c. 144. Osirim

Græ-

Græcorum lingua Bacchum esse scribit: Ὅσις ἢ ἔσι Διόνυσος κτ' Ἐλλάδα γλώσσαν: quod cum multis docuisset Plutarchus libro de Iside, tandem addit, *Esse autem eundem Osirim cum Baccho, cuius magis convenit scire, quam tibi o Clea, qua Thyadum Delphicarum es princeps, & a patre atque matre Ἐὶς Ὀσειακοῖς vel Osiridis sacris es consecrata; quomodo Græca, ἄρχιλαμυῖαν ἐν Δελφοῖς, interpretatur Xylander, cuius ego versionem propter negotia examinare non potui; & integrum locum adduxi, non ut interpretarer ἄρχιλαμυῖαν, sed ut ostenderem Osirim & Bacchum eundem esse. Ortivinius vir eruditus admodum arbitrabatur rescribi debere ἀρχιλαμυῖαν, h. e. principem vociferantium Baccharum Delphicarum; additque Hefychium & Phavor. κλαμυῖαι exponere βοῆαι, καλίαι; Plutarchum paulo post narrare Delphis juxta Oraculum Apollinis servari reliquias Bacchi, & arcanum sacrificium castos peragere in Apollinis fano, quo tempore Thyades, sive Bacchæ Licnitam excitant, h. e. cum clamore Bacchum cient: eodemque modo Statium lib. 4. v. 379, unam Baccharum, quæ choros ducebat, vocare reginam silvestris chori, & Lutatium ad ea verba commentari: ut choros ducebat una Baccharum: ostendit autem antistitem Liberi, quæ Citheronem incolebat. Atque hinc patet, non absque ratione Nonnum lib. iv. Osirim appellare Dionysum Ægyptium,*

— καὶ Αἰγυπλίᾳ Διόνυσον

Ἐὶς Φοιτητῆρα Ὀσειῶν ὄργια φαίνων:

Servium ad lib. 1. Georg. v. 166. eundem Osirim & Liberum Patrem facere; & post Diod. Siculum, Martianum Capellam lib. 1. testari Osirim Ægyptios vini usum docuisse. In nummo præterea Juliæ Domnæ Bacchi currui a centauris tracto insidentis latus Isis tegit; quo ænigmate significatur Bacchum vel Osirim deæ illius virum esse, uti optime observat elegantis admodum ingenii & doctrinæ præclaræ vir, quem juvenis admodum cognovi, Petrus Seguinus; atque inde lucem sceneratur id quod olim apud Plutarchum lib. de Iside scripsit Anticlides, πῶ Ἰσὶν προμηθεῶς ἔσθ' εὐγατέρα Διόνυσον συνοικεῖν: *Isidem Promethei filiam, liberi uxorem esse. Tandemque ut Osiris Lactantio & Minutio Felici, observante Pignorio, dicitur esse filius Isidis, ita & idem Baccho convenit: Plutarchus rursus: Ἰσορεῖται ἢ καὶ Ἰσίδος ἢ ὅς ἂν ὁ Διόνυσος ἔσθ' Αἰγυπτίων,*

γυπλίων, ἐκ Ὀσείων ἀλλὰ Ἀρσάφης ἐν τῷ ἀλφα γράμματι λίγεται, δη-
 λῶντ' ὅτι ἀδρείον τὸ ὄνοματ' : Fertur etiam ab Ægyptiis Bacchus
 filius Isis esse, qui non Osiris, sed Arsaphes a prima littera incipien-
 te voce vocatur, significante ea voce fortitudinem : utque Bacchus a
 Titanibus dilaceratus fuit, ita eandem calamitatem Osiridi intulit
 Typhon, teste Tzetze ad Lycophronem : Ὀσείων ὁ καὶ Διόνυσος
 βασιλεὺς ὑπάρχων Αἰγύπτου ὑπὸ Τυφῶν τῶ ἀδελφεῖ καὶ τῷ σαωμοτῷ
 μηληδὸν πατετμήθη καὶ ἐξετέθη πολλαχῶς : quod pluribus sequitur
 Plutarchus in libro toties laudato. Putaveram autem, quemad-
 modum memini me monere, Harpocratis nostri clavam ramulo or-
 nari ; sed male me memoriæ fidem advocasse ea, quæ honestum
 & veri amantem virum decet, ingenuitate fassus sum. Addam ta-
 men quæ ista occasione notaveram, quia illustrando Baccho, ni-
 si me plane fallo, inservire possunt. Vitis & hedera deo accepta
 fuit & grata ; inque pompis illi imponebatur umbella ex utriusque
 fronde contexta : Eustathius ad Homerum p. 857 : Γεῖφαι γῶν
 τις ὅτι ἀγάλματι Διονύσου πομπεύοντι θεμέκει καὶ σκιάς ἐκ κίσου καὶ
 ἀμπέλου : ab Homero vel alio poëta in hymnis Bacchus vocatur
 κισσοκόμος, ab aliis κισσοφόρος & φιλοκισσοφόρος ob coronas ex he-
 dera factas : Plutarchus docet hederam a Græcis Baccho sacrari,
 & ab Ægyptiis appellari *Chenosirin*, q. d. *Osiridis* plantam : Ho-
 merus quoque eum κισσὸν καὶ δάφνη πεποικασμένον introducit : ab
 Horatio, Tibullo, Silio Italico, aliisque corona hederacea caput
 cinctus introducit, eam ob causam *Corymbiferus* Ovidio i. Fast.
 dictus ; Bacchantes, Silenos, Satyros, omnesque dei comites. he-
 dera ornari solere notissimum est ; & teste Varrone lib. 5. de l. l.
liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Libe-
ri, HEDERA CORONATAE ANUS cum libeis & foculo pro
emptore sacrificantes : adeo ut eleganter Lucianus in Podagra eam
 vocet κισσίνω σφραγίδα, *hederaceum sigillum*, quia ex illa, non se-
 cus ac ex signo impresso res, Bacchantes noscebantur :

Ἡ μὴ τις ὑμνοῖ βακχείων κωμάζεσθαι

Ἀλλ' ἐπεσι κισσίνω σφραγίδι κόμοις :

Anne hymnis bacchantium canitur

Sed non adest hederaceum sigillum comes.

Vitem vitium repertori, hilaritatisque luculentæ datori consecra-
 tam esse nemo ignorat ; notandumque tantum hac apud Argivos
 Junonem

Junonem coronari; ut testaretur sese Bacchum vicisse: Tertull. lib. de Cor. Militis; *Junoni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum ejus palmitē redimitum, subiecto pedibus ejus corio leonino, insultantem ostentat novercam de exuviis urinsque privigni.* Præterea non de nihilo esse observaveram, cum putavi Reverendo Smetio fidem habens fronde arboris & forte hederæ clavam cingi; atque ea ratione jungi Herculis & Bacchi insignia; quia scilicet in multis hæc numina convenire censebant gentiles rebus. Nam ambo dicuntur Indos vicisse, totumque terrarum orbem victoriis suis peragrasse: & Nonnus lib. 25. Dionys. elegantem comparisonem rerum ab iis gestarum instituit, canitque Bacchum non secus ac Herculem leonem, pantheram, ursas, aprum domasse, imo multæ majora virtutis suæ speciminâ edidisse. Herculem etiam veteres cum poculo finxere, & quidem casabundum & ebrium, non modo quod bibax fuisse perhibeatur, sed etiam quod antiqui narrent Herculem poculo tanquam navigio immensa maria transisse, uti docet Macrobius 5. Sat. c. 21. cui addatur omnino Athenæus lib. xi. Deipnosoph. ubi de eadem historia agit, Herculemque unum τῶν πλείστον πινόντων & gavisum fuisse μεγάλοις ποτηρίοις inter cetera tradit. Et hinc nonnulla simulacra ejus bibentium speciem retulisse, testatur Aristides Tom. 1. p. 63. qui tamen inde concludit propter inventas vivendi commoditates eum æstimandum esse: Οὐ τίνω ἔτι προξέσει μόνον καὶ ἀγῶσιν ἔχοι τις Ηρακλῆες μνημονεύειν, ἀλλὰ καὶ ταῖς εὐθυμίαις τε βία πολλῆ τινὲ ἀξιῶν ἡλοῖ ἢ καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆ ταῖ πινόντων: *Verum tamen non ex rebus gestis tantum & certaminibus Hercules est memorandus; sed simulacra ejus, quæ bibentium speciem referunt, monstrant, propter vitæ commoda eum etiam esse æstimandum.* In nummo Antonini Pii Bacchus cum Ariadne currui a satyro & panthera tracto insidens clavam videtur tenere apud Spanhemium Diss. 3. p. 242. & in alio Juliæ Mamææ apud Patinum Hercules cantharum tenet, quo valde illustrantur Aristidis verba. Præterea Silvani seu Herculis Rusticelli statua apud Tomasinum in pereleganti de Donariis libro, tota fere nuda clavam tenet, poma, uvæ, pinus, aliosque fructus gerit in sinu; eamque A. CAEDICIUS. THEOPHILUS. EX. VISO. D. POS. vel dedicavit SILVANO. SANC. SACR. ET. LIBERO PAT. & Imperator Severus iisdem commune templum vide-

tur extruxisse: Dio; ὅς γε καὶ τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἡρακλεῖ νεῶν ὑπερμεγέθη ᾠκοδομήσας; Baccho & Herculi templum magnum valde adificavit. Hanc tamen versionem improbat Græcarum literarum restaurator Henricus Stephanus, & reddit tam Baccho quam Herculi, tanquam duo templa fuerint exstructa: sed, præterquam quod Græca verba id difficulter patiuntur; refellitur viri doctissimi opinio Severi numismatis in quibus HERCULES & BACCHUS sub nomine DEORUM AUSPICUM junguntur, & unum templum, cujus in medio Hercules est, conspicitur apud Trist. & Patinum. Observandum insuper Nonnum distinguere Dionysum seniore vel Zagrea & Bacchum; licet eos faciat eosdem Plutarchus in lib. De El. apud Delphos, p. 389. Et hoc licet proprie pertineat ad ætatis, qua unus idemque deus fingebatur, varietatem; hoc tamen loco monere visum fuit, ut quæ de fulmine, quod ipsi inter ceteros deos tribuitur, mihi notata sint, adjiciam, & pluribus illustrem:

Ἐκλυον ὡς ποτε θῶκον ἐὼν καὶ σκῆπτρον ὀλύμπου
 Δῶκε γέμας Ζαχρηῖ παλαιότερω Διονύσῳ
 Ἀστροπλῶ Ζαχρηῖ καὶ ἀμπέλον ὀνοπι Βάκχῳ.
 Audivi quod olim sedem suam & sceptrum Olympi
 Dedit munus Zagreo antiquiori Dionysō,
 Fulmen Zagreo, & vitem vinoῦ Baccho.

Hinc Juno ait se timere, ne videat Bacchum ἀστροπλῶ κρατέοντα, fulmen vibrantem post Zagream: Bacchumque idem facit Ζηνὶ συνασπράζοντα una cum Jove fulminantem; quod etiam videtur canere Apollinaris Sidonius Carmine 22.

— Caput aurea rumpunt

Cornua & indigenam jaculantur fulminis ignem.

Nec certe fulmen a sole vel Apolline alienum est; nam leo radiatus, solis propterea symbolum, fulmen ore tenet in nummo Caracallæ apud Tristanum; in tabula Mithriaca cernitur apud Leon. Augustinum & in nummo Tarentinorum, si fides habenda Sebastiano Erizzo pag. 144. Apollo equo insidens cum apposito fulmine, & litteris ΑΠΟΑ. Neque illud soli Jovi, verum etiam aliis diis, imo etiam deabus tribuitur, & quidem novem diis ex opinione Thuscorum Plin. l. i. c. 52. Thuscorum litera novem deos emitte-
 re fulmina existimant, eaque esse undecim generum; Jovem tria
 jaculari:

jaculari : addit Romanos duo tantum ex iis servare, *diurna attribuentes Jovi, nocturna Summano*; & Hetruriam arbitrari fulgura nonnulla *a Saturni sidere proficisci, uti cremantia a Martis*. Totidem etiam memorat apud Arnobium lib. 3. Manilius : *Deos novem Manilius, quibus solis Jupiter potestatem jaciendi sui permiserit fulminis; eosque mox vocat alieni fulminis jaculatores*. Et JUPITER quidem præcipue fulmine armatur; putabaturque tantum mittere fulmina rubra, cum alii dii jacularentur alba aut nigra, uti ex Horatio, Claudiano, & Acrone observat Meurs. ad Lycophronem : Inde forte est quod apud Livium legamus l. 32. *Jovi donum fulmen aureum pondo L. factum esse. Junoni Minervæque ex argento*. Et observandum hac occasione, Jovem non semper fulmine fuisse armatum, sed illud sumpsisse primo, postquam gigantes regnum cæleste affectarunt : Ovid. 3. Fastor.

*Jupiter est juvenis, juveniles aspice vultus,
Adspice deinde manum : fulmina nulla tenet.*

*Fulgmina post ausos cælum affectare Gigantas
Sumpta Jovi; primo tempore inermis erat.*

quo alludit Manilius lib. v. 335.

*Ara ferens thuris stellis imitantibus ignem,
In qua devoti quondam cecidere Gigantes.
Nec prius armavit violento fulmine dextram
Juppiter, ante deos quam constitit ipse sacerdos.*

adeo ut iratior Jove fuerit Commodus Imperator, qui in nummo Thesauri Patiniani conspicitur ut JUPITER JUVENIS fulmen manu tenens. Alter deorum, qui fulmina jaculatur est SUMMANUS (quem Plutonem nonnulli faciunt) cui nocturna attribuebantur : Festus *Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani* : id quod etiam tradit Augustinus l. 9. c. 23. de Civ. Dei. Tertius, quem invenio, est SATURNUS, uti ex Plinio constat; & ipse in Saturnalibus apud Lucianum testatur, se cum impar esset viribus ad hominum peccata puniendâ, cumque necesse foret semper fursum deorsum cursitare *ἔκτρανον ἀρματόν* armatum fulmine, quo sacrilegos, perjuros & raptores exureret, illud Jovi ut juveni dedisse. Quartus MARS, uti itidem Plinii verba testantur. Quintus HERCULES, qui in nummo Messii Decii stans fulmen tenet, & clavam

Jovi sedenti porrigit apud illustrem Spanhemium, qui alibi etiam notat in Bruttiorum nummo gazæ Mediceæ eundem deum fulmine armari. Sextus VULCANUS: Servius ad lib. 1. Æn. *In libris Etruscorum lectum est, jactus fulminum manubias dici: & certa esse numina possidentia fulminum jactus, ut Jovem, Vulcanum, Minervam: quem locum debeo elegantis ingenii viro Joh. Ortwinio. Septimo loco venit MINERVA: Mart. Capella;*

*Huic nam tergemine rutilant de vertice crista,
Quod dux sanguineo, præsulque corusca duello,
Vel tibi quod fulget, rapiturque triangulus ignis:*

illud olim etiam Euripides cecinit, quem Virgilium imitatum esse tradit Macrob. 5. Sat. c. ultimo: *Nec hoc sine auctoritate Græcæ veritatis, est, quod ait,*

Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem.

Euripides enim inducit Minervam ventos contrarios Græcorum classi a Neptuno petentem, dicentemque debere illum facere, quod Jupiter fecerit, a quo in Græcos fulmen acceperat: & alii quatuor diis a Varro fulmina adsignari scribunt, interque eos Minervæ; Jovis tamen fulmine usam tradunt quia suum non erat ejusmodi potestatis, ut in Græcos tam acerbiter animadvertere posset: quam in rem audiendus Servius Danielis: Sed cum Varro divinarum quinto, quatuor diis fulmina adsignet, inter quos & Minerva, queritur cur Minerva Jovis fulmen miserit. Antiqui non (ita scribendum iudico) solius Jovis putaverunt esse fulmen, nec id unum esse, ut testatur Etrusci libri de fulguratura; in quibus duodecim genera fulminum scripta sunt; ita ut Jovis, Junonis, Minervæ, sic quoque aliorum. Nam de Junonis fulmine Accius ait præservido fulgore ardor injectus Junonis dextra ingenti incidit. Quare non posuit Minervam misisse fulmen suum? sed nonnulli dicunt, habere quidem Minervam, ut Jovem & Junonem fulmen, sed non tantum valere, ut vindictam suam possit implere, nisi usa esset Jovis fulmine: unde merito queritur Juno Minervam cum de numero minorum sit qui fulmen habeant, usam tamen Jovis fulmine. Idem illud ejusdem poëtæ, Triste Minervæ Sidus explicans ait: manubias Minervales, id est, fulmina, tempestates gravissimas commovere scribit: & Scholiastes Statii ad lib. 1. Thebaïdos notat secundum pontifices certa cuique fulmina deo adscripta esse, in quibus & Minervæ: ubi tamen videtur memoria lapsu

Miner-

Minervam pro Junone substituisse, quæ dicit Jovem *sua fulmina* torquere. In nummo Antigoni Tutoris, e musæo Christinæ Augustæ deprompto apud Spanhemium & Patinum, Pallas armata dextra clypeum, sinistra fulmen vibrat: in alio Antonini Pii apud Patinum, Vulcanus fulmen petenti Palladi tradit; talemque etiam sub Severo percussum esse observat Spanhemius: quo etiam referri debent alii nummi, in quibus noctua fulmen tenet, idem utique huic deæ, quod Jovi aquila ministerium præstans; uti observat alio loco vir Amplissimus; atque ita Olympiorum nummos, quorum in una area cernitur Jupiter diademate cinctus, vel Pallas galeata; & in altera noctua fulmen unguibus tenens, interpretatus olim fuit Ludovicus Nonnius; tandemque Minerva armata fulmine cernitur etiam in Domitiani nummo, cum Inf. IMP. XXII. COS. XVI. CENS. P. P. P. Octavum locum occupabit JUNO soror conjunxque Tonantis, cui fulmen veteres tribuisse etiam ex Servio constat; firmatque idem Martianus Capella: *Hæc (Juno) fulmen (alii legunt flumen) dextra, leva sonorum bombis terrenibus sustinens tympanum, sub quibus ima subjeeta roscidis videbatur inundare fluoribus*: ipsa apud Valer. Flaccum lib. 1. Argon. v. 116.

— *Imbrem & tenebras; sævumque tridentem*

Fam jam ego, & inviti torxissem conjugis ignem.

& apud Statium lib. 1. Thebaidos:

————— *Illam odimus urbem*

Quam vultu confessus adis: ubi conscia magni

Signa thori tonitrus agis: & MEA FULMINA torques.

ubi Scholiastes Junonem *sua fulmina* dicere notat, quia erant insignia matrimonii sui, & ipsi soli nota; vel quia fulmen sine aère esse non potest, & ipse aër Juno est; sique nubes non fuerint aère collisæ, fulmen nullum est. Testatur quoque Joannes Smetius in gemma, quam servat, cerni Junonem dextra tenentem fulmen, sinistra hastam, & læna vehi: quanquam ferum illud animal mihi potius auctor sit illam Cybelen, vel Matrem Magnam esse; quippe quæ similiter plane insidet leoni in nummo Septimii Severi apud Car. Patinum, & Cornutus notat illam gaudere fulminibus atque tonitru: *οἱ ὄμβροι, αἰτ, ὡς ὀπιπολὸ μὲν βροντῆς ἐν ἀερόπῳ συμβαίνει γίνεσθαι, ἐν αὐτῷ παρειαύρασι τυμπάνοις ἐν κυμβάλοισι, ἐν κερανοῖς ἢ λαμπάδοφορίαις*: *plerumque enim imbres cum*

*fulmine & tonitru ad nos deferuntur : & hanc introducunt cum tympanis, cymbalis & fulminibus vel facibus : quibus verbis videtur significare tympana Cybeles tonitru, faces vero fulmen denotasse : adeo ut nona sit MATER DEUM, cui fulmina tribuebantur. Decimus erit APOLLO vel Sol, quem fulmine armari jam satis superque docui. Apud Sponium in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis, Apollo itidem cum fulmine cernitur, & Isis sistrum tenens CLATRA, forte a sistrum sonitu, appellatur : inque nummis Gentis Plautiæ apud Urfinum Fulvium idem deus quadrigas agitans fulmen dextra intentat. Undecimus est ZAGRAEUS vel BACCHUS, de quo itidem egi. Tandem Alcibiadi, Plutarchus tribuit, *Ασπίδος τε διαχρύσας ποίνων, ἐδὲν ἐπίσημον τῆς πατρίδος ἔχων, ἀλλ' ἔρωτα κεραινοφόρον : clypeum deauratum, in qua nullum insigne patrium, sed Cupido fulmen ferens.* Adeo ut præter Cupidinem, jam non novem, sed undecim deos habeamus fulmine armatos : qui tamen numerus minui facile potest, si licentia, quam ipsi sibi dederunt, gentiles, utamur, & Junonem ac Cybelem faciamus eandem. Neque tamen asseverare velim, Jovem, Summanum Apollinem, Herculem, Martem, Bacchum, Vulcanum, Saturnum, Minervam, Junonem esse, unum si excipias vel Herculem vel Bacchum, ipsos novem deos, quibus Etrusca superstitione fulmina tribuit ; sed plerisque eo numero posse comprehendere, faciunt ut persuasus sim auctores quos laudavi : & spero veniam mihi paratam apud æquos & benevolos lectores fore, si a via paululum aberraverim, cum sol, qui caput dissertationis facit, etiam illustretur ita non parum ; & varietate sua hujus generis libelli mirum quantum placere soleant.*

SATURNUM nullum alium quam Solem esse docet Macrobius lib. 1. c. 22. Gerh. Joannes Vossius l. 2. cap. iv. de Idololatr. Quibus ut nunc nihil addere placet, ita lectori non ingratum fore confido, si examinem intricatum, uti equidem mihi videtur Tertulliani locum, qui exstat cap. 23. de Spectac. *Placebit, ait, qui vultus suos novacula mutat? infidelis ergo faciem suam, quam non contentus Saturno, & Isidi & libero proximam facere, insuper contumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto Domini ludat? docet scilicet & diabolus verberandam maxillam patienter offerre.* Nam cum Saturnus senili ætate & proinde barbatus pingatur, talisque in veterum

rum monumentis occurrat, id quod observare non oblitus est Albricus Philosophus; cum *senex* vocetur Virgilio lib. VII Æn. *senior* Fulgentio in Mythol. cumque Artemidorus doceat lib. 2. c. 49. deos, si forte ἀγνοουμένους occurrunt in somniis, ab ætate discerni debere, & μειράκιον νέον significare *Mercurium*, νεανίσκον *Herculem* ἀνήγα: *Jovem*, πρεσβύτιον ἢ τὸ Κρόνον *Saturnum*, nullus certe capere possum, quomodo is qui faciem suam sive vultum novacula mutat, vel barbam sibi demit, Saturnum possit referre? Nec fane, uti annotat Pamelius, ex Goltzii diversis numismatis *Saturnum* imberbem depingi solere est animadvertere; nec licet castratus, cujusmodi homines barba carere solent, dicatur esse, absque barba effictum eum repperi; nec tandem huc pertinet, quod Mart. Capella lib. 1. de Philol. ludit, Jovis & Junonis *satori caniciem pruinosis nivibus candidasse, licet etiam ille PUER posse fieri credereur*. Quid igitur? ego certe ἐπέχω; & vix habeo, unde nodum hunc solvere possum. Saturnum nigras semper genas habuisse docemur ex loco eleganti apud Scholiastem Hesiodi: qui, cum poëta cecinisset homines Saturno Rege δειλὸν γῆρας, *molestam senectutem* non habuisse, annotat: καὶ τὸ Κρόνιον ἔστι. καὶ γὰρ τὸ Κρόνον αἰεὶ μελαίνας χεῖν τὰς ἐπὶ τῷ ἄρῳ τεύχεας φησὶν Ὀρφεύς: *Et hoc Saturninum est: nam Saturnum semper nigras habere in genis crines ait Orpheus*: Imo Plato ejusdem sæculi homines scribit semper senectutem abjecisse: Idem: Πλάτων ἢ τὰς ἐπὶ τῷ Κρονίας αἰεὶ δὲ ἀποβάλλειν φησὶ τὸ γῆρας καὶ αἰεὶ γενέσκει νεώτερος: *Plato vero eos qui Saturni tempore vivebant, abjicere ait Senectutem, & semper fieri juniores*, qua de re ipse Philosophus videri potest in Politico, ubi inter cetera ait eos, quibus genæ barbatae erant barba deposita in priorem speciem restitutos esse; & forte hinc Capella scribit, *creditum esse eum posse fieri puerum*. Quæ loca num illustrare possint Tertullianum alii viderint: neque enim in re tam obscura certi quicquam definire animus est. Amplissimus Senator Guilielmus Cæsius, cujus ut eruditionem ita mores & canos veneror, existimabat ad calvitiam capitis respicere Tertullianum, quam illi exhibere debebant, qui in theatris Saturnum repræsentabant: idemque etiam sentiebat Stephanus le Moynes, Vir præstantissimus: qui tamen mecum etiam putabat obstare τὸ *vultus*, quem *novacula mutatum* scribit ille; & per eam vocem vix capitis verticem designari posse. Martinus, qui

patria

patria relicta Christum omnibus rebus prætulit, & nunc divina oracula apud Ultrajectinos facundissime & eruditissime interpretatur, ad me misit, Pamelium observare, Goltzium varia edidisse numismata, in quibus Saturnus ut juvenis conspiciebatur sine barba; Tertullianum non ignorasse deum illum pictum vulgo fuisse senem, quippe qui lib. 1. c. 10. adv. Gent. scribat, *Senex de Saturno, imberbis de Apolline, Virgo de Diana figuratus*; sed cum cap. 23. de spect. memoret eos, qui genas radebant, similes sese reddidisse Saturno, *Isidi & Baccho*, respexisse alium modum repræsentandi Saturnum; Gentiles adhæc non semper similia fecisse eorundem numinum signa, verum sese accommodasse suæ Theologiæ; eos plurimum per Saturnum intellexisse *tempus*, eoque nomine finxisse senem; intellexisse per eundem cum Phœnicibus & Syriis *Solem* nonnunquam, indeque instar Apollinis ut juvenem pictum fuisse. Addebat Vir Eruditus, Tertullianum uti voce *novacula*, eumque objicere Christianis; quia eo tempore Patres vetabant barbam radi novacula, permittebantque illam tonderi vel demi forficem; ne nempe Gentiles imitarentur; uti multis docet Clemens Alexandr. cap. 3. & xi. lib. 3. Pædagog.

BELUS etiam vel *Baal* hunc in censum referendus est: indeque eum Βελσάμω, id est *dominum celi* vocabant: Sanchoniatan apud Euseb. Ἡλιον θεὸν ἐνόμιζον μόνον, ἔραν ἢ κύριον, Βελσάμω καλεῖντες ὃ ἔστι πᾶσι φοίνιξι κύριον ἔραν. Eodem respicere arbitror Servium ad lib. 1. Æn. 646: *Nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua Hel dicitur: unde & Helois: scribe unde & Helios; id est ἥλιος Græcorum: Idem rursus ad v. 731. BELUS, primus Rex Assyriorum, ut supra dictum est: quos constat Saturnum, quem eundem & Solem dicunt, Junonemque coluisse: que numina etiam apud Afros postea culta sunt. Unde & lingua Punica Baldens dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur, quadam sacrorum ratione & Saturnus & Sol. Ἡλ autem & Βῆλ idem numen esse docet disertis verbis Isidorus apud Photium: φοίνικες καὶ Συροὶ τὸ Κρόνον Ἡλ καὶ Βῆλ καὶ Βολάδω (videtur affine esse cum Baldens) ἑπονομάζεσσι.*

SERAPIDEM cum sole eundem esse monui, dicitque id pluribus Macrobius lib. 1. cap. 20. Saturnal. & in variis apud Gruterum & Reinesium inscriptionibus occurrit: ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΤΑΛΩ

ΣΑΡΑΠΙΔΙ: & in Latina, JOVI. SOLI. INVICTO. SARAPIDI: si modo, ut tamen videtur, hæc uni Serapidi tribuenda sunt. In Rhodiorum nummis apud Goltzium Serapis cernitur hanc procul dubio ob causam radii caput cinctus; non secus ac idem veluti Pantheus, plurium deorum insignibus ornatur in numismate Antonini Pii apud Seguinum. Huc pertinet *Serapim* a voce derivari, quæ *incendere* significat, uti docet P. Daniel Huëtius, Vir eruditionis & humanitatis singularis, in Demonstratione quam doctissimam conscripsit, Evangelica; & Plutonem ad Solem, quemadmodum clare testatur Porphyrius apud Euseb. lib. 3. cap. 11. Præparat. inferius hemisphærium subeuntem relatum fuisse; quia scilicet Serapis & Pluto eodem loco habebantur. Sed quia Rhodi mentio, totusque sum in illustrando sole, demus hoc insulæ sacratæ fideri illi, ut origo nominis, qualis apud Isidorum exstat l. 14. c. 6. illustretur: *Rhodos Cycladum prima ab oriente, in quo rosæ capitolum dicitur esse inventum, dum ibi civitas conderetur; ex quo & urbs & insula Rhodos est appellata*: Nonnius ad Goltzii Græciam se nescire ingenue fatetur, quid sibi *rosæ capitolum* velit; & certe ejusmodi capitolum in alio orbe quærendum est; egoque illud levissima mutatione ex hoc nostro submoveo, & scribo: *in qua rosæ caput olim dicitur esse inventum*. Globulus rosæ inferior lanugine refertus, & cui folia insunt Latinis *caput* Græcis *κεφαλή* vocatur: Dioscorides lib. 1. c. 131. αἱ κεφαλῆ ἢ ποδείλαι, κοιλίαν ῥέοντων καὶ αἵματι ἀναγωγῶν ἐπέχουσιν: id est, interprete Plinio lib. 21, c. 19. *Capita pota ventrem & alveum sistunt*: quanquam Isidorus *calycem* videatur *caput* vocare.

JANUM eundem esse ac Apollinem, id est solem haud obscure colligitur ex iis, quæ disputat Macrob. lib. 1. Sat. cap. 9. & clare hoc docet Arnob. lib. 3. *Incipiamus ergo solemniter ab Fano & nos Patre, quem quidam ex vobis mundum, annum alii, SOLEM esse prodidere nonnulli*: atque hinc forte est quod apud Servium ad lib. 7. *Æn. diei dominus* dicatur.

VULCANUM si quis eodem referre velit, ego certe non repugnabo; cum quia Ἡφαιστος est idem, ac *Pater ignis*, testibus Bocharto, & Huetio; tum quia Porphyrius apud Euseb. lib. 3. Præparat. 1. cap. xi. scribit, vim ignis Ἡφαιστον appellatam, *ejusque simulacro ceruleum pileum impositum esse, quo caelestem conversionem*

denotarent, ubi primigenius & ab omni face purissimus Ignis domicilium suum habeat; additque, cum ejusmodi quoque aliquam Solis esse vim putarent, Apollinem ipsum nominatum esse, *ἀπὸ τῆς ἀκτίνων πάλσεως*. Quin & Tzetzes Chil. 10. canit Vulcanum vocatum esse *Νῶε, Διόνυτον ἢ Ὀσίον*, & ignem, *ἢ τέχνας ἐν πυρός ὀπόθας* invenisse. Neque tamen alia sentientibus refragabor; idque eo magis, quia animadverto Vossium Patrem lib. 2. c. 66. de Idol. illam sententiam non probare. Ceterum observandum obiter, *Ἡφαίστος* vel Vulcani simulacra prope caminos fuisse collocata: Eustath. ad Odyss. p. pag. 1827. *Ἄλλοι δὲ θεοπάτω ἴδασι, τινὰ πῆλινον πλατῆρόν τε καὶ τῆς ἐχάρας. ὡς περ ἄλλοι τῆς καμίνου Ἡφαίστους πλάτυσσι*

ADONIN, ATTINEN, OSIRIM, & HORUM, nulum alium quam Solem esse docet Macrobius lib. 1. Sat. c. 21. Et inde forte Attinis comæ, ut solis colorem exprimerent inaurabant; id quod nos docet inscriptio elegans apud Mutium Phœbonium in Historia Marforum,

ATTINI ARAM
LUNAM ARGENT
POSUIT. P. MARIUS
PHARETRA SACER
ACCADE. PRIMA
MINISTRA. MATRIS
MAGNAE. MATREM
REFECIT. MAGNAM
ET. INAURAVIT. ET
ATTINI. COMAM. IN
AURAVIT. ET. BEL
LONAM. REFECIT.

quanquam id de omnibus ejus simulacris adseverare nolim; & folius ornatus gratia id potuerit esse factum. *Adonin* Solem esse etiam ex Orphicis firmat modo laudatus & laudari semper dignissimus Huetius; cujus verba adscribere non gravabor, prout exstant
„ in Propof. 4. cap. 3. Demonstr. Evangelica: *Adonin*, ait, au-
„ tem esse solem, & asseverat Macrobius, & Orphica ostendunt,
„ cum ipsum omnium altorem, & *σβεννύμενον* & *λάμποντα* extin-
„ *εἶναι*

„*Etum & lucentem* appellant: quotis enim quibusque annis & die-
 „bus sol *σβέννυται & λάμπει*. Et extinguitur quidem, cum in in-
 „ferioribus versatur Zodiaci signis, & a nobis velut ad Proserpi-
 „nam, hoc est, ad inferius hemisphærium abit; fulget rursus
 „superiora signa repetens, cum lucis & dierum incremento. Et
 „extingui quidem prius dicebatur, quam fulgere, quia annum a
 „Septembri mense auspicabantur Ægyptii & Phœnices, quo tem-
 „pore solis lumen & calor decrefcere incipiunt, & ad hyemem ver-
 „git annus: vel quia in occafu solis diei initium Ebræi constitue-
 „bant, quem morem ab illis acceperunt Græci veteres; unde Dia-
 „nam, quæ Luna est, & nocti præest, priusquam Apollinem, si-
 „ve solem, natam esse fingebant. Quam in rem etiam videri po-
 „test Gerh. Johannes Vossius in elaboratissimo opere, & gentilis su-
 „perstitionis vere thesauro; in quo & alios deos ad Solem referri,
 „Solemque ab omnibus fere gentibus cultum esse variis in locis osten-
 „dit. Et ne scæmineus sexus desit, ipsa etiam *Nemesis* advocanda est:
 „Macrobius 1. Sat. c. 22. *Et ut ad Solis multiplicem potestatem revol-
 „vatur oratio, Nemesis, quæ contra superbiam colitur, quid aliud est,
 „quam solis potestas? cujus ista natura est, ut fulgentia obscuret, &
 „conspicui auferat, quæque sunt in obscuro illuminet, offeratque conspe-
 „ctui.* & sidus hoc ad *Cererem* etiam retulisse gentiles, docent ver-
 „sus ex Pithœci Catalectis laudati: Unumque tandem deum esse *Plu-
 „tonem, Proserpinam, Cererem, Venerem, Amores, Tritones, Ne-
 „reum, Tethyn, Neptunum, Mercurium, Vulcanum, Pana, Fo-
 „vem, Junonem, Dianam, & Apollinem* cecinit olim *Hermesia-
 „nax*, ni fallor, apud Eusebium. Et firmantur hæc omnia mi-
 „rum quantum, versibus Martiani Capellæ lib. 2. Nam postquam
 „solem descripsisset,

*Ignoti vis celsa patris, vel prima propago,
 Fomes sensificus, mentis fons, lucis origo,
 Regnum naturæ, decus atque assertio divum:
 Mundanusque oculus, fulgor splendentis Olympi.*

addit,

*Hunc Phœbum perhibent prodentem occulta futuri,
 Vel quod dissolvit nocturna admissa, & Isaurum.*

*Te Scrapin Nilus, Memphis veneratur Osirim :
 Diffona sacra Mithram, Ditemque, ferumque Typhonem,
 Arys pulcher item, curvi & puer almus aratri.
 Ammon & arentis Libyes, ac Biblius Adon,
 Sic vario cunctus te nomine convocat orbis.*

Ipse Apollo interrogatus quisnam esset, ita se describit apud Eusebium lib. 3. præparationis:

Ἡλιος, Ὀρος, Ὀσεις ἀναξ, Διόνυσος, Απόλλων
 Ὠρώων καὶ καιρώων ἑταίρος, ἀνέμων τε καὶ ὄμβρων
 Ἡὲς καὶ νυκτός πολυαερόν ἡνία νομῆν
 Ζαφλεγέων ἀστρον βασιλεύς, ἡδ' ἀθάνατον πύρ.
*Sol, Orus, Osiris rex, Dionysus, Apollo
 Temporum & tempestatum diribitor, ventorum & imbrium,
 Aurora & noctis stellarum plena habenas moderans,
 Stellarum flammantium rex, & immortalis ignis.*

Atque ut omnes deos ad Solem, ita deas ad Lunam (quam ἀνθήλιον, q. d. vicariam solis, quia noctu idem officium terræ, quod sol de die præstat, vocarunt Græci, teste Hesychio) retulerunt: *Minervam, Dianam, Cerecem, Junonem, Isidem, Hecaten, Proserpinam, Rheam, Celestem, Astartem, Parcas, Enyo* aliasque Lunam habitas fuisse constat ex iis quæ memoriæ mandant Porphyrius apud Eusebium lib. 3. præpar. c. 11. t. 1. c. 10. & passim Arnob. lib. 3. Plutarchus lib. de Iside, & in Sulla: Cic. l. 2. de Nat. Deor. Mart. Capella, & ne omnes tam veteres quam recentiores laudem, Joh. Gerh. Vossius & Petrus Daniel Huetius, in præclarissimis operibus: quibus addendi sunt Illustres & Celebres antiquarii, Spanhemius, Seguinus, Patinus, Vaillantius, Morelius, Sponius aliique, quorum ex nummis & operibus lux huic rei magna affundi potest; & denique qui nuper Insignia Turcica illustravit, M. Paulus Pater, Hungarus. Et hic signum statuerem, nisi explicanda foret Ægyptii numinis vel Isis imago, quæ exstat apud Casalium in libro de Ægyptiorum ritibus:

Causam



Causam se nescire fatetur vir eruditus, quare Isis bovis galeam gerat. Verum hoc ideo factum, quia Mercurius fingitur Ifidi galeam e bovis capite factam, imposuisse, cum Orus matri ob dimissum Typhonem iratus, regium ei de capite ornamentum detra-xisset: teste Plutarcho in lib. de Iside, ubi inter cetera ait, Ἐρ-μῶ ἐπιθεῖναι βόειον ἀντὶ κεφαλῆς. Idem insigne Astartæ, quæ eadem cum Iside & Luna, tribuit Sanchoniato apud Euseb. l. 1. c. 10. Ἡ ὁ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παρθέσιμον κεφα-λλῶ ἑαυτῆς. Cornua ipsi nec non Io etiam tribuit Herodotus l. 2. c. 41. Ὁ γὰρ ἰσὶ ἀγάλμα ἐὸν γουανπίον βοκερών ἔστι, καθάπερ Ἕλληνες πῶ ἰὲν χράσσι: Plutarcho Isis vocatur Κερασφόρος, Ovidius *lunaria* ipsius fronti *cornua* tribuit; & inde est, quod Tertull. l. 1. c. 14. ad Nationes gentilibus objicit, *canino capite & leonino, & de bove & de ariete & de hirco cornutos deos, caprigenas, vel anguinos & alites plana fronte & tergo*: Ius frons *σολοκρατῆς* dicta propterea fuit:

Hesychius : Σελουρατὲς ἑ ἢ Ἰῆς μέτωπον δὲ τὰ κέρατα : quia scilicet ἑὸν etiam significat rem prominentem. Eusebius lib. 1. cap. 9. præpar. scribit Iſin significare τὴν παλαιάν antiquam, eoque nomine lunam ἀπὸ τῆς αἰδίου καὶ παλαιᾶς ἡμέσεως propter æternum ἔν ἑν veterem ortum fuisse vocatum; cornua eidem tribui, quia crescente & abeunte lumine cornuum instar curvata est, & quia vacca ipsi apud Ægyptios fuit consecrata : unde & Martianus Capella l. 2. notat eam *cornigeram ἔν ἑν asperam esse egestionibus*. Proserpinæ, quam eandem cum Iſide esse existimabant, cornua etiam fuerunt : Eusebius lib. 3. cap. 11. Præparat. sequutus Porphyrium scribit, Διὸν ἑν κοινὰ πρὸς τὴν κόριν ἔχειν τὰ κέρατα : & Athenagoras in Legat. pro Christianis narrat, eam filiam esse Jovis & Rheæ vel Cereris, præter duos καὶ τὴν φύσιν oculos habere duos alios ἐν μετώπῳ in fronte, καὶ προβύλιον καὶ ἑ ὀπίθεν τὴν τραχήλῳ μέρῳ, vultum vel faciem versam ad posteriorem colli partem (male interpres reddit, ἑν ἑν rostrum posteriore colli parte) καὶ κέρατα, ἑν cornua; Rheam partu tam monstroso territam fugisse, neque papillam præbuisse infanti; & inde mystice Proserpinam vocari Ἀθηνᾶν, non latatam, communiter vero Proserpinam & Coren. Nec omittendum Suidam in v. Ἀνάστασιν observare placentas quasdam planas & rotundas σελήνας lunas vocari; post sex lunas pinſisse vel fecisse βὸν ἑβδομον κέρατα ἔχοντα καὶ μίμησιν τῆς προβύλιος σελήνης, bovem septimum habentem cornua ad imitationem lunæ primum nascentis; & hunc bovem post quatuor popana (& hoc placentæ genus) sacrificatum, ipsumque vocatum fuisse quintum bovem : cui adde Hesych. in vv. βῆς & βῆς ἑβδομου. Radiata autem est, quia radios a sole scilicet mutuatos emit; nisi si quis existimare velit, non tam radios, quam alium ornatum hic cerni. Certe Dea Syria radiis ornatur a Luciano : καὶ ἑν τῇ κεφαλῇ ἀκτίνας τε φορεῖ, ἑν πύργον, ἑν κέσον, τὰ μόνον τὴν Ουρανίῳ κοσμέουσι : in capite radios gerit ἑν turrem ἑν castum, quo solam Cælestem exornant; & similiter Adargatin Assyriis cultam describit Macrobius 1. Sat. 23. *Adargatis simulacrum sursum versum reclinatis radiis insigne est, monstrando radiorum vi superne missorum enasci quecunque terra progenerat.* Et quanquam ille per Adargatin terram intelligat, tamen illa nec non Syria dea ad Lunam etiam atque adeo ad omne quod solari subditum est potestati, refertur, uti notum est ex scriptis virorum, quos laudavi, clarissimorum. Et

commo-

commode ad illam referri possunt *radii sursum versum* reclinati, quia, ut Virgilius canit 1. Georg. 396. *obnoxia est fraternis radiis;* &, uti Julius Firmicus cap. 2. Mathes. loquitur, *cum vicina soli sive crescens sive deficiens fuerit, radios luminis sui, quasi solem venerata submitit: ut fraternis ignibus rursus ornata, cum longiores cursus sui fecerit metas, renata fulgidi splendoris, ac renovata luminis ornamenta circumferat.* Ut autem hoc veluti ἐπιμετρον addam, Apulejo Apol. 1. *Venus dicitur illex animi, & luna noctium conscia:* Scipio Gentilis in notis quidem recte de dulcibus furtis amatorum explicat; sed lib. 1. parerg. c. 33. rescribit *noxium*, id est *noxiorum*; & male quosdam reponere addit, *noctium*. Quis horum librorum prior sit, illud me nescire fateor; constat certe ἡ *noxium* pro *noxiorum* nequaquam admitti posse. Atque hæc quidem sufficient ad evincendum, omnes deos deasque ad Solem & Lunam retulisse gentiles; nec ullam superstitionem tam late per orbem terrarum fuisse dispersam, cum nulla fere gens sive versus orientem, sive versus occidentem, sive versus septentrionem & meridiem posita fuerit olim, quin ea elementa coluerit. Imo Origenes commentario in Johannem scribit ante eum quosdam disseruisse, Solem & Lunam, & astra illis attributa fuisse, qui minus digni haberentur, uti illo titulo ac laude cohonestentur, ut Deus Deorum, Deus ipsorum foret, illudque ut persuasum haberent adductos fuisse Deuteron. 4, 19. verbis, quibus Deus Solis & Lunæ & astrorum cultum Israelitis interdicit, ἃ ἀπενείμω αὐτὰ κῦρι· ὁ θεός σε πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ὑμῖν ὃ ἐχ' ἔτος ἔδωκε κῦρι· ὁ θεός σε: *quæ ipsa distribuit Deus tuus cunctis gentibus: vobis autem non sic dedit Dominus Deus tuus.* Clementem Alexandrinum designari ab Origene recte notat præstantissimus Huetius, qui Strom. 6. dedisse Deum gentibus Solem, Lunam, & astra ad religionem, ne funditus athei effecti funditus perirent, & ut πρὸς θεὸν εἰδὲ τῶν ἀστρον θεησκείας assurgere possent, scribit. Et significat hoc etiam Justinus Martyr in Dial. cum Tryphone Judæo: ἢ μὲν Ἡλίον ὁ θεός ἔδωκεν πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται: *Solem quidem dedit Deus prius ad adorandum ipsum, uti scriptum est.* Sed ne dicam illa verba, ἡμῖν δε ... hodie non inveniri in LXX. interpretum versione, longe etiam alia præ se ferre versiones, quæ ex Hebræis exemplaribus factæ sunt, nihil certe absurdius dici potuit, & si unquam alias, hic certe Ecclesiæ

clesix Luminum lumen laboravit & obscuratum fuit. Esseni tamen ex nonnullorum sententia preces ad solem fundebant, & eum venerabantur: Josephus lib. 2. c. 7. Excidii: *πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς· πρὶν γὰρ ἀναρχεῖν τὸ ἥλιον εἶδεν φθέρουσαι τῆς βιβλίων πατεῖες δὲ τινὰς εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὡς περ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι: nam ante ortum solem nihil profani loquuntur: sed patrias quasdam preces ad eum fundunt, tanquam supplicantes, ut exoriatur.* Nam Essenos solem adorasse censent Scaliger in Elencho, & Petavius in Miscellaneis Exercitationibus. Salmasius vero ad Solinum existimat Essenos preces ad solem direxisse, ut statim sese vellet exerere, quia orto demum sole ad opus quisque suum mittebatur, eosque hac peculiari quidem veneratione solem prosecutos, veluti opus Dei excellentissimum, non ut adorarent, aut pro deo haberent. Petitius 2. Var. Lect. 7. rescribit εἰς αὐτὸν, ut referetur ad τὸ θεῖον, vel Deum; adjicitque Essenos ante exortum solem nihil profani locutos, sed preces ad Deum fudisse, eumque supplicasse, ut sol exoriretur. Ego virorum eruditissimorum litem meam non facio; sed sententiarum diversitatem ideo adduxi, ut pateat quosdam & eos quidem non minimi nominis censuisse sectam illam Judæorum cultui solis fuisse deditam. Nec hac macula caruerunt illi, qui Christiano nomine veniebant, quanquam eo indigni sint, plane propter nefarias & abominandas opiniones. Ex eorum numero, uti docui, fuere Basilidiani, nec non Manichæi: Theodoretus lib. 1. c. 26. *Ἐστὶ τὸ ἥλιον καὶ πλὴν σελήνῳ θεὸς ὀνομάζουσι, ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀποκαλεῖται Χριστὸν:* Similia de iis tradunt Epiphanius Hæres. lib. 2. Tom. 2. breviterque in Anacophalæosi pag. 146. August. c. 46. Hæres. & l. 20. c. 5. contra Faustum: qui priore loco, alterum enim consulere non possum, ita loquitur. *Orationes faciunt ad solem per diem, quaquaaversum circumit: ad lunam per noctem, si apparet: si autem non apparet ad aquilonarem partem, qua sol, cum occiderit, ad Orientem revertitur: ubi, quod addit, quaquaaversum circumit,* Manichæos distinguit a reliquis Christianis, qui ad orientem conversi precabantur, unde & gentilibus visi sunt ipsum solem adorare, quemadmodum ex Tertulliano & aliis Patribus notarunt eruditi. Joh. Damascenus, quem doctissimus Cotelierius ante aliquot annos inter Ecclesix Græcæ monumenta vulgavit, scribit Manichæos Christum *χρήματι σέβοντες* coluisse ἥλιον καὶ σελήνῳ; eosque *ἄστροις,*

καὶ δυνάμει καὶ δάμοσι preces obtulisse : & alio Idem loco memoriae mandat, fuisse hæreticos qui τὰς λεγομένας ἡλιοτρόπας βοτάνων τὰς ἀκτῖσι τῆ ἡλίου συμφορομένας, *herbas heliotropia dictas, quæ cum solis radiis circumflectuntur*, coluerunt, asserentes vi quadam divina esse præditas, & inde eos dictos *Heliotropitas*; quos a vero non alienum est etiam solem coluisse. Et cum Judæorum & Christianorum, quibus divina lux affulserat, sectæ solem & sidera coluerint, nihil certe mirandum est, si splendidissima elementa gentiles primo in admirationem, inde ad cultum sui perduxerint : & si insignibus valde laudibus fidus illud celebraverint. Nam Græcis per excellentiam Θεὸς dicitur, tanquam unus deus foret, uti notarunt Salmasius & Petavius; quibus addendus Achilles Tatius lib. 4. extremo : φασὶ ἃ ὅτι ἂ ἀειμόν τυγχάνουσι ὁ Θεὸς ὁ ΘΕΟΣ εἰς ὅλον ἔτη ἀναλάμπει τὰς ἡμέρας : quos, cum numerantur, tot reperiri ajunt, quot dies per annum integrum DEUS fulget. Themistius Orat. x. τ. οἱ σφόδρα ἐπιθυμῶντες, ἵνα ἴδωσιν ἀντιθεῖς εἰς τὸ ΘΕΟΝ, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ὕδασι μελετῶσι : & Clemens Alexandr. qui lib. 5. Stromat. accipitrem scribit signum esse τῆ θεῆ, id est, solis, quemadmodum ex iis quæ sequuntur patet. Non aliter vocabatur cæli statio, quam fol obtinebat; Manilius lib. 2. v. 908.

*Sed medium post castra diem, curvataque primum
Culmina nutantis summo de vertice mundi,
Æthere Phæbus amat : sub quo quoque corpora nostra
Decernunt vitia, & fortunam ex viribus ejus
Concipiunt. DEUS ille locus sub nomine Grajo
Dicitur*

& Lunæ stationem mox DEAM appellari canit. Porphyrio apud Euseb. l. 5. c. 10. præpar. dicitur ὁ βασιλεὺς; In lapidibus vetustis DOMINUS atque DIVINUS; & Juliano, quem multis exemplis illustrat Ezechiel Spanhæmius, cujus amicitiam & eruditionem maximi æstimo, frequenter Δεσπότης; eodemque nomine solem a Massagetis cultum fuisse legere licet apud Herodotum l. 1. c. 213. Ab Ægyptiis invocabatur in solennibus precibus, si fides habenda Euphanto, qui illas Græce vertit apud Porphyrium : Ὁ δέσποτα Ἡλιε, καὶ θεοὶ πάντες, οἱ πᾶσι ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες : indeque forte Osiris a Cypriis Ἀδωνίς appellatus est, teste Stephano in Ἀμαθῆς πόλις Κύπρου δεχαιοῦσθαι ἐν ἡ Ἀδωνίς Ὅσις ἐτιμᾶσθαι ὃν Αἰγύπτου

γύπλιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιεῖται : nam Hefychio Ἀδωνίς
 exponitur, δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων; Hebræa vox Ἀδωναι nihil aliud
 quam *dominum* significat, testibus Seldeno & Heinsio; Lacedæ-
 monibusque Adonis κῆεις vel κῦεις, id est κῦειⓄ dictus est, uti
 apud eundem Hefychium legere licet. Quanquam repugnare no-
 lim iis, qui censebunt Laconum κῆεις nihil commune cum κῦειⓄ
 habere; nec iis, qui existimant gemina appellatione Cyprios divini-
 tatem expressisse : id quod & ipse in priori editione haud obscure
 significaveram, nuncque eo magis amplector, quia video Illustrem
 Huetium prop. 4. cap. 10. Demonstr. Euang. notare Amathuntem
 duplici nomine personam unam designare, & Suidam scribere in v.
 ΗεφίστουⓄ simulacrum quoddam communi Osiridis & Adonidis
 nomine ab Alexandrinis fuisse cultum. Præterea Sol πανόπλις vo-
 catur Porphyrio lib. 2. ejusque verba etiam exstant apud Euseb. 1.9.
 Præpar. c. 2. *Non enim victimas epulantur, sed eas integras per noctem
 comburentes, multo melle & vino iis superfuso, sacrificium ocylus con-
 sumunt, in a τῷ θεῷ μὴ ὁ πανόπλις γένοιτο θεάτης, ne qui omnia vi-
 det facinus hoc inueniatur* : id est, ut interpretor, sol, qui scilicet
 de die videt; quem Homerus od. M. v. 323. παντα canit ἐφορῶν
 & παντ' ἐπακρῶν; cuique Orpheus vel Oenomanus tribuit παν-
 δεικὲς αἰώνιον ὄμμα. Juliano Orat. 4. sol dicitur κοινὸς πάντων
 πατήρ, *communis omnium pater*, & alibi, κοινὸς ἡγεμῶν, *communis
 dux* : Physicis apud Anim. Marcell. 21, 1. *mens mundi* : Proper-
 tio lib. 1. El. 15. *magnus*: Lycophroni pag. 63. θεοῦⓄ, quod
 Tzetzes interpretatur ἢ ἀερμοζόνον καὶ ἄρρηκτικόν. πάντα ὃ ὁ ἥλιⓄ
 ἔγνω καὶ τρέφει καὶ αὔξει, ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς φησι, πῶ πάντα γέν-
 βίσκων ἥλιος φλόγα : Menandro Rhetori lib. 2. c. 15, *luminis que-
 stor, & fons celestis splendoris rerum omnium opifex, qui ex celestibus
 axibus splendens chaos dissipavit*: Macrobio 1. Sat. 19. *auctor spiri-
 tus, calor ac luminis humane vite genitor & custos* : qui & alibi
 postquam omnes deos ad solem referri debere ostendisset, addit :
*potentiam solis ad omnium potestatum summitatem referri Theologos in-
 dicare, eo que in sacris hoc brevissima precatio demonstrare, dicentes* :
 Ἡλιε παντοκράτωρ, κόσμῳ πνεῦμα, κόσμῳ δύναμις, κόσμῳ φῶς, *sol
 omnipotens, mundi spiritus, mundi potestas, mundi lux*. Cumque
 alio loco eidem dicatur *mundi caput & rerum sator* : μόνⓄ ἔρανε
 θεός Phœnicum Theologis apud Philonem Byblium : AETER-
 NUS

NUS in lapidibus vetustis : in iisdem apud Reinesium, nec non in nummis apud Tristanum INVICTUS; *δημιουργός* vel *Architectus omnium rerum*, Ægyptiis, docente Porphyrio in Epistola ad Anebum apud Eusebium lib. 3. preparat. Non certe mirum cuiquam videri debet Julium Firmicum lib. 1. Mathef. extremo; ita Solem alloqui : *Sol igitur optime maxime, qui mediam cœli possides partem, mens mundi atque temperies, dux omnium princepsque, qui cœterarum stellarum ignes flammiferarum luminis tui moderatione perpetuas.* Orpheo in Indigitamentis vocatur *δευρότης, ζωῆς φῶς, πισοφύλαξ αἰεὶ παντοκράτωρ* : *mundi dominus, oculus iustitia, lux vita, filius custos, semper maximus* : Proclo *πυρὸς νοεῖν βασιλεὺς, φῶς ζωῆς, & ζωῆς ἀναξ πηγῆς* : *rex ratione præditi ignis, lucis questor vel dispensator, rex fontis vitalis*; ipsique mox providentiam, & *factorum omne imperium* adscribit, uti observant Barthius ad Zachariam; & monuit me Illustris Grævius *νοεῖν* verti debere *ratione præditum*, non, ut vulgo fit *intelligibilis*, quia Solis igni adscribebant rationem gentiles & providentiam, ut & ipse Proclus mox docet, ut distingueretur ab alio igne, qui est res bruta, adeo ut mirandum nequaquam sit in nummis Caracallæ apud Tristanum cerni caput Solis radiatum, & vocem PROVIDENTIA : quæ & inde valde illustratur, quod Eustathius ad Il. o. extremam scribit conjunctionem Minervæ & Apollinis a Juliano parabate scribi fieri, *ὅτι τὸ Δία μὲν νοεῖσθαι τὸ Ἥλιον, ἐξ αὐτῆς ἡ ἡμετέρας πρὸς Ἀθηναίων ἡγεῖται πρὸς ἀπόνοιαν.* Omnium igitur rerum dominus & præses Sol habebatur; utque deum tam eximium pure colerent, varia homines invenerunt superstitionum genera Phylarchus apud Athæneum lib. 15. memoriæ mandat, Græcos soli mel libasse, vinum autem aris ejus non intulisse, *δεῖν λέγοντες τὸ πρὸς ὅλα συνέχοντα καὶ διακροτῆσαι θεόν, καὶ αἰεὶ περιπαλεῖν τὸν κόσμον, ἀλλότριον εἶναι μέθης*; *dicentes deum, qui omnia continet & regit, & mundum perpetuo circumit, alienum esse ab ebrietate* : Νηφάλιον θυσίαν, in quo sacrificio non vinum sed mel aqua dilutum libabatur, Athenienses obtulisse *Μνημοσύνη, Aurora, SOLI, Luna, Nymphis & Veneri Cælesti* tradit Polemon apud Suidam : Eos qui Heliopoli solem colebant Plutarchus lib. de Iside & Osiride, scribit non tulisse vinum *τὸ πρὸς πᾶν εἰς τὸ ἱερόν*, quod non conveniat interdium bibere, *τῶν κυεῖν καὶ βασιλείας ἐφορῶντων*, *domino & rege inspiciente* : Gentes

nonnullæ ideo mortuos sepeliebant, quia ἀσεβες vel *impium* existimabant eos soli ostendere, teste Sexto Empirico lib. 3. pyrth. Hypoth. Inde Hesiodus ἐν ἔργοις vetat, ut opinor, ne quis ἀντὶ ἡλίου τετραμυρῶν ἔρδος mejat; canitque virum divinum id facere ἐξόρδρον *sedentem*, vel *ad parietem conversum*; quo modo etiam Persas hodiernos naturam exonerare observat Olearius; sed veteres eo situ pinxisse nullo probari argumento Bochartus, Vir doctissimus annotat in Hierozoico. Tradit tamen illud Amm. Marcell. lib. 23, extremo: *Super his nec stando mingens, nec ad requisita nature secedens facile visitur Persa: ita observantius hæc aliaque pudenda observant: quod si quis fecisse Persas existimet reverentia solis, quem præcipue eos coluisse ex variis auctoribus constat, certe illi ego nequaquam refragabor.* Nec omittendum Tristantum Tom. 1. p. 465. notare ex Porphyrio templa & statuas apud gentiles Orienti fuisse obversa, ut sol Oriens per januas eorum apertas intrare possit. Verum ego hoc apud auctorem cum nullus reperio; isque in libro de Antro Nympharum tantum scribit, omnia ferme τὰ ἀγάλματα καὶ τὰς εἰσόδους habuisse πρὸς ἀνατολὰς τετραμυρίας, *ingredientes vero occasum respexisse, ὅταν ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἐσῶτες τοῖς θεοῖς τιμὰς καὶ θεραπείας προσάγωσι, ut vultu statuis obverso consistentes diis honorem cultumque exhibeant: in quibus, uti patet, verbis, ne solis quidem fit mentio: alibi idem Porphyrius memorat, austrum diis attribuentes ἰσημερινὸν καὶ μεσημβρίας ipso meridie in templis deorum cortinas reducere, vel ἐν τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν τὰ περικελευσμένα ἔλκεν; & Homericum præceptum servantes sole versus austrum inclinante nefas esse hominibus deorum templa ingredi, sed viam immortalium esse; meridiei etiam & austri symbolum statuere, ὅτι τῇ θύρᾳ μεσημβριάζοντι τῷ θεῷ, deo ad ostium meridiante; ubi per θεὸν sol intelligendus videtur, quem mox ἀρχὴν τῶν ἡλίων vocat, & silentio coli debere scribit. Præterea Ægyptii tribus vicibus Soli sacrum faciebant singulis diebus, & quidem resna sub ortum, myrrha meridie & Kypbi circa occasum, cujus superstitionis causam reddit Plutarchus lib. de Iside. Eosque retulisse deos suos ad Solem & Lunam, non adeo mirandum est, cum mortalium primi sidera deos esse putaverint, quemadmodum testatur Euseb. lib. 1. Præpar. cap. 6. Id quod etiam memoriæ mandat Lactant. lib. 2. Inst. cap. 13. *Omniū primi,**

mi, qui *Aegyptum* occupaverunt, caelestia suspicere atque adorare coeperunt. Et quia neque domiciliis tegebantur propter aëris qualitatem, nec enim ullis in ea regione nubibus subrexitur cœlum; cursus siderum & defectus notaverunt, dum ea saepe venerantes curiosius atque liberius tuerentur. Postea deinde portentificas animalium figuras, quas colerent, commenti sunt, quibusdam prodigiis inducti. Atque ita omnes gentes Soli honorem habuerunt, unos si excipias Atlantas, qui testibus Herodoto, cujus verba insigniter illustrat præstantissimus Vossius, Plinio, Solino, & Mela Pomponio, *Solem* execrantur & dum oritur, & dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum: quem morem & hodie barbaros, qui prope promontorium Bonæ Spei habitant, quosque *Horrentottos* nominant, observare testantur, qui illorum mores literis mandarunt.

Postquam Harpocratem absolveram, & jam jamque typographo eram traditurus, ecce liber elegans in Gallis prodiit, qui auctorem habet Baudelotium De Dairval, & argumentum *Utilitatem peregrinationum*. Magna certe cum voluptate Viri eruditi & Antiquitatum diligentis Interpretis curas perlegi, fateorque me ab iis doctiorem recessisse. Sed cum & Harpocratem meum laudet, magisque illustret, non pergratum tibi, Lector, fore persuasus sum, si & hic illius sententiam invenias. Arbitratur igitur Baudelotius Harpocratem *Pantheum* & *Larum* numero habitum fuisse; ejus ex brachio dextro pendere *lucernam*, eandemque *Isin* ac *Serapin* in marmoribus & nummis tenere; aves *columbas* vel *hirundines*, easque laribus sacras, animalculum *canem*, amiculum lateris sinistri *canis pellem* esse, & tandem eum manu *thyrsum* sinistra tenere. Quæ omnia si quis amplecti velit, nullus certe repugnabo: non enim eo ingenio sum, ut existimem omnia mea ex Apollinis tripode proficisci, aliorumque opiniones atro carbone notandas esse. Neque tamen moleste, ut spero, feret vir eruditus & politus admodum, si nonnulla moneam, quæ inservient sententiæ meæ firmandæ, & illustrandæ magis eleganti imagunculæ. H A R P O C R A T E M igitur *Pantheum* esse non modo ex iis, quibus eum illustrare aggressus fui, verum etiam ex iis, quæ disserui pag. 176. Apotheofeos *Homeri* patet satis superque: eundem *Laribus* siye *Diis Domesticiis* annumerari posse disertis verbis pag. 109. prioris editionis notavi: non animadverti tunc, fateor, *canem* ad pedem dextrum

Sigalionis sedere; sed tamen, uti testis mihi Illustris Grævius erit, diu ante conspectas Viri præclari curas, idem mihi in mentem venerat; canemque non ex cultu Larum, sed Numinum Ægyptiorum explicari debere existimavi. Dubitabundus tamen *canem* feci, & ut adhuc dubitem facit cum ipsa corporis & aurium forma, tum Joh. Smetius, qui rogatus ut diligentius Harpocratem inspicere, „ vellet, hæc misit: Dum iterum imagunculam nostram propius „ ac accuratius inspicio, ego in sententiam summi istius viri ire „ non audeo. Nam longiores animalculi aures, si quid ego ju- „ dico aperte indicant leporem. Harpocratis certe binas statuas, quarum unam exhibeo,



canis comitatur apud Baudelot: non secus ac Serapin in lucerna apud Licetum, Deos penates in nummis Gentis: Cæsariæ jacet idem ad pedes Jovis in alia lucerna, quam Laribus sacram facit; & Sigalion noster basi vel alii rei, quæ canis capite exornatur infistit, uti ex ectypo patebit:

Penates



Penates deos *pelle canina* amictos fuisse clarissime docet Plutarchus in *Quæst. Romanis*; nec non Athenagoras in libro, qui ex Græco versus Gallice tantum exstat, *De vero amore*; quem tamen auctorem vix credere aſſim genuinum eſſe, licet illud ſentiant Illuſtres & præſtantes viri, quia integra loca ex Plutarcho, Livio, Herodoto, Curtio aliisque auctõribus ad verbum fere deſcripta ſunt. Quod ſi fraus omnis abeſt, plurimi ille Athenagoras faciendus eſt certe, quia tot antiquitatibus, aliisque præclaris rebus abundat. Et licet Harpocratis ſigna apud ſummi nominis Antiquarios Petrum Bellorium & Sponium videantur canis pellibus amicti, nihil tamen ſimile in aliis, imo nec in noſtro obſerves; cum veſtis illa nil niſi linum exprimat, deorum ſacerdotumque Ægyptiorum ſolenne geſtamen: licet non diſſitear Smetium nunc etiam velamen illud facere rugoſum ac intonſum vellus, ſine ullis unguis.

gulis. *Canis* revera optime diis domesticis & Laribus convenit, quia hi rem familiarem servare putabantur; hocque fidiſſimum & domesticum animal est. Hinc Græcis custos *κύων* vocatur; quomodo Æschylus in Agamemnone *κύων* appellat eos qui rerum custodias agunt, notante Scaligero ad Varronem; & Seneca l. 3. c. 37. De Ira, janitorem vel ostiarium *canem caenarium*, uti arbitratur Vossius in Instit. Oratoriis; quanquam cum aliis viris eruditis existimem hunc de vero cane loqui, & verba ista; *Irasceris ergo catenario cani? & hic cum multum latravit, objecto cibo mansuevit*, nequaquam ita exponi posse. Scholiastes Euripidis v. 1122. Phœniss. epithetum Argi *πανόπλιω* explicat, ἢ ἄργον κύων, moxque eum *φύλακα* nominat; & hinc est, quod Ægyptii Anubin finxerunt capite canino, ἐμφαίνοντες ὅτι σωμαζφύλαξ ἢ ἴδ' ἢ ὄσειν ἢ πλὴν ἴσιν, indicantes eum (non canem, ut interpret vertit) corporis Osiridis & Isidis custodem fuisse. Harpocratem præterea nequaquam arbitror *lucernam* tenere. Constat quidem *λυχνοφορίας* in Ægyptiorum sacris frequentes fuisse; Herod. l. 2. c. 62. celebrat Isidis festum *λυχνοκαίτω*, quo non modo in urbe Sæi, verum etiam per totam Ægyptum lucernæ accendebantur; in sacris ejusdem deæ apud Apul. lib. xi. sunt *Antistites sacrorum*, proceres illi qui candido lineamine cinctum pectorale ad usque vestigia stridentim injecti potentissimorum deum proferebant insignes exuvias. Quorum primus *lucernam*, præmicantem claro porrigebat lumine, non adeo nostris illis consimilem, qua vespertinas illuminant epulas: sed aureum cymbium medio sui patore flammulam suscitans largiorem: & denique monstrum triceps apud Licetum pag. 1177. adstans Isidi & Serapi utraque manu lucernas accensas tenet, quæ medio sui patore certe largiorem flammam edunt, & cymbia, voce ea late sumpta, vocari haud incommode possunt: sed tamen nondum animum induxi credere Harpocratis ex brachio lucernam pendere, vel alibi eundem, sive Isin sive Serapin eam tenere. Nam primo repugnat tota forma? deinde cui usui inserviet, si accensa non est; & accensam portari ita potuisse, a ratione plane alienum est. Præterea Apulejus *ἀντόπις* proculdubio harum statuarum *cymbium* simpliciter, vel vas ansatum Isidi tribuit, at cum sacerdotis cymbium describit, satisclare ostendit illud lucernam fuisse ansam carentem, & Servius sinistra Isidem manu sitellam tenere commentatur

ad ostendendam adfluentiam omnium lacunarum, id est, ut significarent, deam illam dominam esse omnium lacuum & aquarum; vel humidæ substantiæ: & tandem Smetius me certiozem fecit, factis constare tam ex labro quam fundo vas illud situlam esse. Præstantissimus quoque Rycquius ad me misit in plerisque codd. legi *situlam & fluentiam*; & per *lacunas* intelligit fossas in quas Nilus stagnans recipiebatur, per *adfluentiam* multitudinem & abundantiam hujuscemodi fossarum; nihilque probabilius esse existimat quam hæc verba ad Nilum vel Nili fossas referre, quia per sistri motum, quod gerit in dextra Isis, Nili accessus recessusque significat: quæ certe explicatio *lucernam* plane excludit; & omnino amplectenda esse videtur. Num aves *columbas*, an vero *hirundines* referant, aliis relinquo examinandum. Antiquitatis tamen indagator follers Smetius misit ad me ex procero gracilique collo se conjicere, aves anseres esse, licet propter detrita capita vix illud queat cognoscere; & certe mihi plus semel inspicienti *νεμύλιον* illud, semper corpora istarum avium nihil cum columbis vel hirundinibus commune habere visa sunt; ut ut Ælianus l. 10. c. 34. Hist. Animal. testetur hirundines *Διοῖς μυχλοῖς*, diis qui in penetrati colebantur, & Veneri *μυχία* sacros esse; ubi tamen alii scribunt *μυχλοῖς* & *μυχία*, quæ voces certe aliud quid significant. Explicaturus inde Vir eximius sequentem inscriptionem:

FORTUNÆ PRIMIGENIÆ
SIGNUM. LIBERI. PATRIS
PANTHEI. CUM SUIS. PARERGIS
ET. CUPIDINES. II. CUM. SUIS. LYCHNUCHIS. ET. LUCERNA LARUM
M. POPILIUS. M. F. TROPHIMUS. CUM
POPILIA. CHRESTE. LIB. ET. ATILIO. FILIO.

addit: l' *Harpocrate* de Monsieur Cuperus est peut être quelque figure semblable à celles de cette inscription, car il a sur la tête les ornemens d'Isis que les Inscriptions confondent avec la Fortune, il tient un Thyse d'une main, & il a des colombes au bas. Quæ docere videntur, virum præstantem *columbas* referre ad cupidines, quia illæ Veneri & Amoribus sacre, Isidis insigne ad Fortunam, & thyrsus ad Bacchum. Sed signum Liberi patris fuit aliud a Fortuna primigenia, nec quicquam cum iis commune habuerunt Cupidines. Popilius dicat & confecrat

crat Fortunæ illi signum Bacchi pantheum, & duos Cupidines, quæ in unum simulacrum conflanda non sunt, cum fuerint tria diversa, unum Bacchi nempe, & duo Cupidinum, & e contrario Harpocrates non nisi una imaguncula est variis parergis exornata. Isis certe confunditur cum Fortuna, sed nihil hoc ad rem facit: & Harpocrates non Ifidis, sed solenne Ægyptiorum numinum, atque adeo suum insigne capiti habet impositum. Nec columbæ, si modo illæ sunt, Harpocratem nostrum aliquam convenientiam cum signis inscriptionis hujus, habere evincunt; & denique non thyrsus, sed *clavem*, vel *baculum nodosum* ille gerit. Thyrsus certe Baccho & Bacchantibus convenit, unde in Ins. 2, p. LXVII. *T. Vibius Zoticus* LIBERUM PATREM CUM REDIMICULO AURIFIC. ET. THYRSO. ET. CANTHARO *testamento poni jussit*. Sed cum thyrsus sit hasta armata cuspidem, & hederis obvoluta, quemadmodum ex marmoribus & auctoribus patet variis, non video, quomodo ille locum hic habere, & cum *clava* componi possit: & si quid in his vel aliis antiquitatibus explicandis humani patior, me libens lubens eruditorum, & ipsius etiam præstantis atque docti Viri judicio permitto. Sed testudo, quam priori imagunculæ addi cernimus, a Viro doctissimo non explicata est; cum tamen sententiam ipsius de *Harpocrate Lare* firmare mirum quantum videatur. Nam ut apud Eleos Cælestis Veneris simulacrum altero pede testudinem premebat, teste Pausania, (qui tamen causam se hujus rei fatetur nescire) quia significare volebant virgines custodiendas esse, & nuptis convenire curam domus atque silentium, quemadmodum nos docet Pausan. in præc. Conubialibus, & lib. de Ifide & Osiride: ita & testudo additur Harpocrati vel ut signum, ipsum domi servare, vel, ut non modo digito labiis impresso, verum etiam hoc animali doceret silentio operam esse dandam; nec effutiri debere, quæ in ædibus gerebantur. Quod si quis alas & pharetram ad Cupidinem etiam referre, licet sint certissima Solis indicia, velit; apprime etiam, ut ex iis quæ monui constat, conveniet testudo; quam insuper pede premit uno Cupido in marmore antiquo, apud Philippum Thomassinum. Atque hæc quidem puto sufficere ad intelligenda ænigmata, quæ imaguncula elegantissima complectitur, & ad probandum, omnes suos deos ad unum Solem, quasi multitudinis eos puderet, conatos fuisse

fuisse reducere gentiles. Nunc restat ut exhibeam Inscriptiones tam Latinas, quam Græcas, in quibus HARPOCRATIS mentio occurrit; easque breviter illustrem. Apud Gruterum pag. LXXXII. exstat talis

I S I D I
SIGN. HARPOCRATIS
C. DIDIUS
A C U T I A N U S
D O N. D E D.

Apud Sertorium Ursatum lib. 1. part. 1. Historiæ Paduæ & in Monumentis Patavinis scribitur ACUTANUS; Et observandum sæpe diis aliorum deorum simulacra fuisse dedicata, & inde fieri, ut legamus multas deorum statuas in hujus vel illius dei templo fuisse. Ita apud Ammian. Marcel. l. 22, c. 23. Asclepiades Philosophus ante pedes Apollinis Daphnæi, statuit Deæ Cælestis argenteum breve figmentum, Plinius Junior lib. 3. Ep. 6. Corinthium signum modicum sed festivum & expressum Jovi dedicare voluit. *Emi autem, non ut haberem domi, (neque enim ullum adhuc Corinthium domi habeo) verum ut in patria nostra celebri loco ponerem, ac potissimum in Jovis templo. Videtur enim dignum templo, dignum Deo donum. Tu ergo, ut soles omnia quæ a me injunguntur, suscipe hanc curam, & jam nunc jube basim fieri, ex quo voles marmore, quæ nomen meum honoresque capiat, si hos quoque putabis addendos: qui locus certe elegans admodum est. Exstant quoque hujus consuetudinis varia in Inscriptionibus vetustis exempla: ut, in his apud Gruterum*

FORTUNAE. PRIMIG.
SIGNUM. AEQUI
TATIS.

FORTUNAE
PRIMIGENIAE
SIGNUM APOLLIN
TUTEL.

VENERI ET
FORTUN. PRIM.
SACR
L. CALVIUS. L. F. PAL
VARIUS

AR. ET. CUPIDINES II
D. D.
L. D. D. D.

Nam inde discimus Fortunæ dedicata fuisse signa Aequitatis & Apollinis, Veneri autem & eidem Cupidines. Non ignoro virum in Antiquitatibus versatum admodum, & qui nuper De Utilitate peregrini

peregrinationum erudite & eleganter commentatus est, alia omnia sentire; sed ego nihil causæ video, cur existimare debeamus Fortunam & Æquitatem, & deinde Venerem Fortunam & Cupidines, unam statuam & Pantheum fuisse. Nam similiter Baccho signum Sileni dedicatur in Ins. 6. p. LXVI.

LIBERO. AUG. SIGNUM
SILENI. ET. SATYRI
M. ULPIUS. ONESIPHORUS. ET
APPULEIA. D. D. MARCELLA.

Inscript. 142. Classis XVII. apud Reinesium :

LEGE AEVITERNA TRADITUS LETO PUER
BIS OCTO IN ANNIS HOCCE SUB TUMULO JACET
QUEM CUNCTA FLEVIT TURBA MULTO PLUS HERUS
SPECIE OBNITENTEM MORIBUS CUM VINCERET
HIC PHOTENSIUM CIVIS IN PATRIO SOLO
NUNC INTALORUM DITIS INTRA TERMINOS
NOMEN TENEBIT ISIDIS NATI PUER.

Urbini hanc extare, atque ex schedis Langermanni sese sumpsisse testatur decus illud Germaniæ. Verum eam jam inter catalecta sua vulgaverat Pithæus pag. 604. ibique quinto versu scribitur *phocaensium*; sexto, *Italorum*. Per *Isidis filium* Harpocrates videtur esse intelligendus; Hunc autem puerum ita vocari Celeberrimus & præstantissimus Grævius litteris ad me datis existimat, quia puer erat formosissimus, sed qui tamen propter ætatem nondum poterat in castris Veneris merere; quales Ptolomæo vocantur *Arpocratici*; qui tantum forma præstant, sed rebus Venereis sunt impares. *Harpocrates* autem quem Solem esse docui, inferis quasi adscribitur quia raro sibi gentilium superstitione constat; & eo numero Sigalionem nostrum habitum esse docet insignis apud Artemidor. locus lib. 2. Oneir. cap. 35. *χθύναι δ, subterranei vero sunt Pluto & Proserpina, & Ceres & Core* (quæ cum eadem cum Proserpina sit, non satis caute ab ea distinguitur, nisi nomen solum ante oculos habuerit auctor) *& Jacchus, & Sarapis, & Isis & Anubis, & Harpocrates, & Hecate χθύναι, & Erinnyes ηγήσασσες οὐρανῶν τε*

τε :

res : id quod idem etiam affirmat cap. 44. libri ejusdem; quod, rogo, consulas Lector. Cum autem Isis eadem habeatur quæ Proserpina, teste Apulejo & Tzetze pag. 116. ad Lycophronem, nec non Eusebio lib. 3. præp. c. 11. suspicabar nonnunquam puerum hunc propter pulchritudinem apud inferos ab ea adoptandum esse quasi, & legitimi filii loco habendum.

BONO DEO PUERO
 POSPHORO
 T. FL. ITALICUS
 PRIMUS IIII
 VIR M. A. A
 CUM STATILIA
 LUCINA CONJUGE ET
 SUIS EX. VOTO.

Non retulisset in hunc censum illam Inscriptionem, nisi Vir eruditus admodum Baudelotius DeDairval existimaret eam convenire valde Harpocrati, quia deus, cui posita est, appellatur *puer & phosphorus*. Addit & BONO DEO non posse aliter, quam de Lare explicari; quia eum Græci appellabant ἀγαθὸν δαίμονα vel *genium*, eorumque Larium e numero etiam Harpocrates fuit. Et certe Harpocrates *Phosphorus* appellari posset, quia eum ad solem orientem Ægyptii referebant; & quia veteres ita vocabant, non modo Veneris stellam matutinam, sed etiam ipsum solem: Suidas: φωσφόρος. ὁ τὸ φῶς ἀνατέλλων. ὁ ἡλιος: imo & Lunam vel *Lucinam*: Glossæ: φωσφόρος ἀστὴρ *Lucifer*: φωσφόρος ἡ Ἡγετὶ *Lucina*: quo aliquo modo elegantia hæc Plinii verba 2, 8. pertinent: *Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus æmulum Solis & Luna. Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut SOL ALTER, diem maturans: contra ab occasu resurgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Luna reddens: & mox: Itaque & in magno nominum ambitu est. Alii enim Junonis, alii Isidis, alii Matris Deum appellaverunt.* Verum ut adseverare nolo *Phosphorum* cum Harpocrate multa habuisse communia, cum forma eum humana & puerili effingere potuerint gentiles: ita aliis relinquo examinandam Viri eruditi opinionem. Inscriptio 3. apud Grut. pag.

LXXXIV. quæ correctior legitur & vertitur apud Sertor. Urfatum
lib. I. Sect. 7. Monum. Patavinorum

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΜΕΛΑΝΗ
ΦΟΡΟΣ ΤΗΝ ΚΟΝΙΑΣΙΝ
ΤΟΥ ΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΥ
ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ
ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ Ε
ΚΑΥΣΙΝ ΤΩΝ ΘΙΡΩΝ
ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΡΟΜΟΧΘΟΥΣ
ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΧΟΙΣ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΠ ΑΥΤΟΙΣ ΣΑΝΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟΧΡΑΤΕ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΠΑΜΝΘΣΙΟΥ.

Theophilus Theophili Antiochenus Melaneforus fani hujus tectorium parietumque ac tecti picturam & ostiorum valvas nec non mutulos qui in parietibus sunt & iis impositas tabulas sacravit Sarapidi Isidi Anubidi Harpocrati sacerdote Seleuco Andronici Rhamnuso. Et primo quidem hic Theophilus Θεοφίλῃ n. filius vocatur: quæ loquendi forma & Latinis & Græcis familiaris admodum est; sæpeque apud utriusque linguæ auctores vel filia, vel filius, vel uxor, imo & alia subaudiuntur. In marmore Oxoniensi 136, Ἀμιλλα Μετρεῖς in 9. Αλεξείμῃ Δημογόρῃ, in alia apud Clarissimum Patinum Λυρ. τρύφαινα Αλεξάνδρῃ, n. filia occurrunt; eaque vox additur in nummo Antonini Pii apud Trist. T. I. p. 593. Φαυσίνῃ Σεβαστῆν Ευσεβ. Σεβ. Θουγατῆς; male eruditissimus vir reddit Pii Augusti conjux, confunditque Faustina majorem & minorem. Inscriptio apud Reines. XI. Cl. v. ex Gualthero:

ΔΙΟΔΩΤΟΣ ΤΙΤΙΕΛΟΥ ΑΠΤΕΙΡΑΙΟΣ
ΤΑΝ ΑΔΕΛΦΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΑΝ
ΜΙΝΥΡΑΝ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ ΙΕΡΑΤΕΟΥΣΑΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ.

Diodotus Titieli filius Aptireus, sororem suam Minyram Artemonis filiam

filiam sacerdotem Veneris Cælestis: sed si ita hæc vertenda sunt, Diodotus & Minyra diversis patribus, & iisdem matribus fuerunt geniti; potiusque existimo verti debere, *Minyram Artemonis uxorem*; si modo apud Græcos vox *γυνή* omittitur in his loquendi rationibus; vel legendum forte esse ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ; ita ut sacerdos fuerit Dianæ, illiusque statuam Diodotus dedicaverit Veneri Cælesti. *Hæctoris Andromache* apud Virgilium, *Messallina Neronis*: apud Suet. *Servilia Claudii*: apud Cicer. 12. ad Att. 20. occurrunt; ut in nummo Hadriani apud Trifan: SABINA AUGUSTA HADRIANI AUG nempè *conjux*. Et hac occasione facere non possum quin sententiam meam aperiam de Inscr. 9. Classis 5. apud Reinesium; quam ita vertunt viri eruditissimi, tanquam Cominia Plutogenia fuerit uxor Cominii; cum contra mihi *Cominia sit filia Plutogeniæ sacerdotis Cereris Legifera; uxor Paccii Caledi Duumviralis; mater Paccii Caledii Edilicii; Avia Castricii Pollionis Duumviralis: Proavia Castricii Calediani*, qui ei hoc monumentum erexit: in quo præcipue observandum Cominiam hanc appellari *μνησθέν*, id quod olim lege lata Xanthus mulieribus concessum esse ex Plutarcho, & inter honores Juliæ decernere voluisse Senatores Romanos, ut n. *Tiberius Julia* filius diceretur observarunt eruditi, a quibus plura peti possunt. In nummo præterea Drusi & Germanici Cæsarum apud Andream Morellium, antiquorum nummorum eruditum interpretem, ΕΠΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ, id est, *sub Menandro Cleonis* nimirum filio. Apud Franciscum Abelum in descript. Maltæ, ΚΑΚΚΕΙΟΥ ΚΑΙΚΙΑΙΑ, *Cassii Cecilia* n. uxor, vel filia, non autem, ut vertitur Italice, *Cassio, Cecilia*: apud Joannem Diaconum ad Hesiodi Scutum ἰ Θεσσαλονικῆς est Eustathius Episcopus Thessalonicensis: Apud Virgil. 1. Æn. 45. *Ajax Oilei* n. filius; ubi Servius notat, *hæc figura Latinos tantum uti circa patres & maritos*; id quod tamen non plane verum videtur. Nam plautus *Palinurum Phædromi* Curcul. 2, 1, 15. Terentius *Byrrhiam Carini* And. 2, 2, 2. n. servos dicere veriti non sunt; & in Inscr. xi. Classis 15. apud Reinesium occurrit, ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟ. ΑΝΤΟΝΙΑΕ. ΔΡΥΣΙ. n. servo vel liberto; nisi forte nomen injuria temporis abolitum sit, & *Menestrato* sit idem quod *Ministratori*, quomodo *Ministratores Cæsaris* occurrit in Inf. 98. Cl. 9. apud. eundem; &, quod apprime ad rem facit, ΜΕΝΕ-
STRA-

STRATOR AB HERC. PRIMIG. in Insc. 2. p. cccxv. apud Gruterum; & Mercurius appellatur in lapide apud Sponium, in Miscellaneis, & Fabretum, Viros ambo doctissimos MENE-STRATOR, id est minister *deorum*; quippe qui non modo eorum nuntius, verum etiam deorum cœnabulum verbebat, iisdemque pocula miscebat, uti scribit Lucianus: eam vel aliam ob causam etiam ΔιάκονⓄ cognominatus, teste Scholiaste Aristophanis ad Plutum. Sed & Græci latius hanc loquendi rationem extenderunt: ut quando Eusebium παμφίλῃ, n. *amicum* dixerunt: & apud Suidam ΔιόμⓄ appellatur τὸ Ἡρακλῆς, n. *amasius* vel ἘρώμδῃⓄ, uti loquitur Scholiastes Apollonii ad lib. 1. Argon. ANΤΙΟΧΕΥΣ. Qua ex Antiochia hic homo oriundus fuerit, difficile dictu est; cum plures eæque celebres hoc nomine urbes fuerint. Observandum autem obiter celebrem Antiquarium non satis capere hanc inscriptionem nummi: ANΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. Nam scribit de Antiochia versus Ptolemaidem magnum esse silentium, & tamen eam arbitratur sitam fuisse in Phœnicia versus Palestinæ fines. Verum videant eruditi, an non multi cives Antiochiæ commerciorum causa habitaverint in urbe maritima Ptolemaide, id quod & hodie fieri solet, & an non illi nummum hunc in honorem Antiochi signare potuerint. Id quod nunc verum plane esse existimo; cum videam id exemplis probare Harduinum; ante cuius tamen conspectum librum mihi hoc in mentem venisse sancte testor. Et firmatur hæc interpretatio loco eleganti apud Athenæum lib. 6. pag. 255. ubi celebrantur οἱ λεμνόμενοι Ἀθηναῖοι id est, *Athenienses qui in Lemno habitabant*: Quanquam non eadem plane hic sit ratio. Nam Antiochenses in Ptolemaide habitabant mercaturæ causa, & ita unum corpus constituebant, Athenienses autem λεμνόμενοι dicuntur, quia Lemnus est Ἀττικὴ δασυμία uti loquitur Marcianus; cui addi possunt Herod. lib. 6. & Corn. Nepos in vita Miltiadis. ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ. Hæc vox quid sibi velit, fateor me ignorare. Suspicebam tamen esse sacerdotem, qui id nomen a nigris vestibus accepit; non secus ac περοφόροι dicuntur in Ægypto Sacerdotes, quod περιύγας habebant in capitibus: Hesychius: περοφόροι, τέλⓄ τί στρατιωτικόν, ἢ ὡς εἶπὲ τινὲ ἐν τοῖς λόφοις πέρωσιν. καλεῖνται ὃ ἕτως καὶ τῶν ἐν Αἰγυπτῷ ἱερέων τινές. Apud Siculos erat, puer, apud Locrenses puella, quæ ante sacrificia ibat phialam gestans,

stans, *φιαληφόρος* a re nuncupata, teste Polyb. lib. 12, c. 4. ac sacerdos Rheæ vel Cybeles *Κερνοφόρος* fuit dicta, quia *κρατήρας μυσίνας*, quos *Κερνές* vocabant, ferebat, uti docet Scholiastes Nicandri, qui addit illis crateribus *λύχνες* fuisse impositos, quique Rheam *κρατηφόρον* cognominat: & tandem *ἱερείαι* Æolibus sunt dictæ *φαινοφόροι* teste Hesychio. Certe ii qui diis inferis & terrestribus sacra faciebant, nigris vestibus induebantur, uti docet Canidia apud Horat. lib. 1. Sat. 8. Medea apud Apoll. Rhod. lib. 3, v. 861. Bellonariique apud Tertull. De Pallio. Et cum in Ægyptiorum sacris representati sint casus admodum lugubres, plena illa fuerint luctuum ac lamentorum, uti vel unus docet Julius Firmicus in libello de Errore profan. Religionum, & Plutarchus, ac inferi dii in iis locum suum invenerint, a ratione haud alienum est, nonnullos sacerdotum apud eos atras vestes gestasse, & *μελανηφόρος* fuisse dictos. Servius certe ad Virgilium scribit, Ægyptios primos Liberum, quem & Osirim vocant, a fratre Typhone interemptum atra veste luxisse, & inde ceteris gentibus traditum fuisse, ut post interitum proximorum suorum veste mutata lugerent; ita tamen ut intra annum finiretur luctus. Præterea Sacerdotes *Baalis* in libris Divinis, 2. Reg. 23, 5. cap. 10. Hoseæ v. 5. cap. 1. Zephan. v. 4. *Chemarin* dici, quia nigris vestibus amiciebantur, censent Eruditorum nonnulli. Ægyptios *μελανοσόλοις* Isidem velasse, ut significarent occultationes & obumbrationes, quibus *ποθήσα* desiderans vel desiderio ejus flagrans sectatur Solem; & Apulejum Isidi tribuere *pallam nigerrimam*, splendescentem atro nitore, supra memini me monere. Eadem terminatio reperitur in voce *παστοφόρος* unde ΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΝ in Inscriptione memoratum, descendit. *Pastophoros* puto fuisse genus sacerdotis, qui thalamos vel ædiculas, in quibus deorum simulacra posita erant, portabant in pompis & supplicationibus sive soli, sive plures simul. Collegium eos constituisse testatur Apul. lib. xi. *Tunc ex his unus quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus assistens, cœtu PASTOPHORUM, quod sacrosancti collegii nomen est, velut in concionem vocato: Eundem quem vocat quendam de sacratis linteis intectum, thyrsos & hederas & tacenda quædam gerentem, mox nominat, unum de Pastophoris, iterumque scribit ab Osiri se in collegium Pastophororum suorum imo inter ipsos Decurionum quinquennales electos esse; ubi Pastophoros videtur vocare Decuriones,*

nes, quique iis præerant *Quinquennales*; ita forte dictos, a quinque annis, per quos collegio Paltophororum præerant; id quod certe placet Beroaldo; quanquam Vir Eruditissimus existimet *Quinquennales* non fuisse *Sacerdotes*; quod ut nunc non examino, ita observandum Apulejum fingere ea quæ libro laudato narrat Corinthi vel Cenchreis accidisse, eundemque illo extremo narrare, *se quam raro capillo, collegii vetustissimi & sub illis Sulla temporibus conditi munia, non obumbrato vel obiecto calvitio, sed quoquo versus obvio gaudentem obiisse.* Unde patet *Pastophororum* collegium in Græcia Sullæ temporibus, si modo lectio salva, constitutum; Ægyptiorumque numina ibi culta fuisse; id quod etiam ex Pausania palam est, qui lib. 2. scribit in altero Cenchrearum portus cornu fuisse Ἀσκληπιῆ καὶ Ἰσίδου ἱερόν, ne quid alia loca apud eundem obvia, in quibus Ægyptiorum dii adorati fuerunt, recenseam. Sed, ut pergam, Diodorus Siculus lib. 1. Κήρυκας *præcones* in Sacris Eleusiniis ἀπὸ τῶν παστοφόρων ortos esse scribit; & Ægyptios exprimere volentes παστοφόρον pinxisse φύλακα οἰκίας, δὲ τὸ ἑαπὸ τέτυ φυλάττεται τὸ ἱερόν, quod ab eo templo custodiat, Horapollo testatur: quo ex loco videtur constare eos instar ædituorum fuisse, & ædes resque alias sacras servasse. Vir linguis Orientalibus clarissimus & in Philosophia ac Theologia Barbarica exercitatissimus apud Stephanum le Moyne V. Cl. *Pastophoros* censet ἰατεικὰ curasse. Quod ut nunc non examino, ita constat πασόν vel πασάσα significare thalamum, ædiculam, vel facellum; & descendere a πάσσειν id est ποικίλλειν *variegare*; quia ornata illa erant picturis, cælaturis, inductoque auro ac argento; quomodo nuptiales thalami vel νομφικαὶ οἶκοι exornari solebant. Hinc *pastophorium* pro templo vel parte ejus sumitur: Glossæ Arab. *pastophorium, atrium templi vel sacrarium*: Hesychius παστοφόριον, τὸ ἢ πασόν φέρον, ἢ ὀικονομία, ἢ σωμαγωγὴ, ἢ ναὸς εὐανθής: ubi Salmasius rescribit τῶν πασόν φερόντων ἢ ὀικονομ. quæ emendatio si vera, habebimus hic collegium *Pastophororum*, qui πασές vel thalamos ferebant. Sed apud Suidam & Varinum Phavorinum vulgata lectio conservatur: & suspicio mihi oborta, παστοφορεῖον, vel παστοφόριον vocari φέρον τὸν πάσων, *ferens adem*; id est *ferculum*, cui πασός erat impositus, vel *thensa*, sive currus sacer, super quo dei alicujus statua ponebatur & circumferebatur in pompa. Nam in ejusmodi solemnibus diebus

diebus deorum statuæ, collocatæ sæpe in ædicula portabantur vel ab hominibus, vel trahebantur ab iisdem five a bestiis. Prior mos *Pastophoris* nostris nomen dedit: Atque ita Diod. Sic. lib. 1. extremo scribit, apud Ægyptios ἐν ταῖς πανηγύρεσι, *Jovis & Junonis sacella in montem omnis generis florum instratum a sacerdotibus portari*: τῶν νόων ἀνακομιζομένων, αἰτ, ἀμφοτέρων εἰς ὄρεα ἀνθεσι πανηγύρεσι ὑπὸ τῶν ἱερέων κατεσπαρμένον: Herodotus lib. 2. c. 63. eodem de populo verba faciens: Ἐὶ ἀγάλμα ἐὸν ἐν ἡνὶ μικρῆς ξυλίνῃ κατεσκευασμένῳ προεικομίζεσι τῇ προτεραίῃ ἐς τὸ ἀλλοῦ ὄικημα ἱερόν: id est, *simulacrum vero, quod est in sacello parvo ligneo deaurato, in aliam sacram ædem portant pridie n. sacerdotes*; ut verba illa Interpreti non satis intellecta reddenda sunt. Nec obscurus hujus moris ritus in verbis Proto-martyris Stephani apud B. Lucam, Act. c. 7. v. 43. Καὶ ἀναλάβετε τὴν σκηνὴν τῆς Μολόχ: *Et suscepistis (bajulastis Beza vertit) tabernaculum Moloch*. Id est, tentorium, πασόν, σκηνῶν, in qua erat simulacrum istius dei. Nam πασός significat *tabernaculum* vel σκηνῶν ad instar nostrorum papilionum factum, sub quo stabat vel decumbebat statua numinis ab hominibus portata vel currui imposita: inde Phavorino πασός exponitur, ἢ ἐν ἀρχαῖς τελεσμάτων ποιῶν κατεσκευασμένη σκηνή, ἢ τις ὅσα πεποικιλμένη. Dubito tamen valde num huc referre possimus καὶ ἀργυρῆς Ἀρτέμιδος, quorum mentio in iisdem Actis cap. 19. Recte quidem viri eruditiss. Salmasius, Grotius, Casaubonus, Præcæus explodunt variorum antiquariorum sententiam, qui *ædes illas parvas* exponebant nummos in quibus templum Dianæ Ephesiæ representabatur; atque optimo jure intelligunt templa parva argentea ad instar veri templi facta; sed tamen arbitror nihil eo pertinere verba Herodoti; cum templa illa argentea Dianæ Ephesiæ proculdubio non ejus fuerint magnitudinis, ut ab hominibus fuerint gestata; sed potius admodum parva, ut puparum supellex; quæ religiosi secum portare poterant. Nec quicquam huc faciunt *Ædicula* Petronii, Juvenalis, Tertulliani, & Min. Felicis, quippe qui verba faciunt de ædiculis fixis, quas hodie *capellas* vocamus; & Apulejus commodius explicatur de Hipponæ statua, quæ stabat in foramine excavato ornatoque mediæ columnæ vel pilæ, quæ stabuli trabes sustinebat. Imo locum habere non possunt, ut tamen arbitrat̃ur celebris Grotius, Plinii verba l. 36, c. 5. *illo enim*

*signo Praxiteles nobilitavit Gnidum. Adicula ejus tota aperitur, ut
 conspici possit undique effigies Deæ, favente ipsa, ut creditur, facto.*
 Nam *adicula* hoc loco est *σῆμα* vel cella templi, in qua stabat Ve-
 neris effigies justæ, & quæ deam decebat, staturæ. Atque hu-
 jusmodi sacerdotes non incommode possunt dici *vehere sacra*, cum
 Amm. Marcell. l. 22, c. 14. & *divinarum bajuli ceremoniarum* cum
 Julio Firmico : quamvis illa loquendi forma non modo *πασοφό-
 ροις*, verum aliis omnibus sacerdotibus aliisque conveniat qui simu-
 lacra vel res sacras portabant ; uti apud Apulejum *unus e ministerio
 præferebat residens humeris suis simulacrum parentis deæ, sive bovem ;*
 & apud Spartianum Commodus *Anubin portat*. Plutarchus *ἱερο-
 φόρος* in genere vocat, illique jungit *ἱεροσόλος*, id est interprete
 Firmico : *vestitores divinarum simulacrorum*, observante Valefio : cu-
 jus sententia mihi magis probatur quam altera Vinc. Contareni cap. 2.
 Var. Lect. qui illud nomen deducit a lineis sacrisque vestibus, qui-
 bus sacerdotes exornabantur ; maxime quia ita Plutarchus loqui-
 tur *ἀναπλάττεισι μινωειδῆς ἀγαλμάτων καὶ τῶν εὐολίξουσι καὶ νοσμήουσι.*
 Atque hæc quidem ego de *Pastophoris* sentio, quibus si alius me-
 liora docuerit, continuo ipsi manus dabo. Non tamen interpreti
 Horapollinis lib. 1. c. 41. assentiri possum, nec Beroaldo ad Apule-
 jum, qui *πασοφόρον* reddunt, *eum qui sacrum pallium gestat*. Et hic
 quidem notat, *Pastophoros* Græca dictione esse sacerdotes : sacrosan-
 ctos : quasi *thalamiferos* ; hoc est, in supplicationibus pallium ferentes
 sacerdotale : *Pastophoria* dici domicilia pastophororum, id est, sacer-
 dotum ; eorumque mentionem fieri apud auctores Ecclesiasticos po-
 tissimum : ut 1. Maccab. *Et viderunt sanctificationem desertam, & al-
 tare profanatum, & portas exustas & pastophoria diruta* : apud Euseb.
 lib. 2. H. Eccles. *Exirema tanti ambitus spatia occupant exedra & pa-
 stophoria* : Josephum lib. V. belli Judaici meminisse *pastophoriorum* ; &
 denique Venerem Græco epitheto *pastophoron* q. thalamiferam nomi-
 nari. Recte ille quidem, ut ex iis quæ differui constat, *pastophoros*
 interpretatur *thalamiferos* ; sed unde *pallium sacerdotale* acceperit,
 equidem ignoro. A *pastophoris* nomen *pastophorium* in Inscriptio-
 ne nostra memoratum accepit ; estque illud domus ampla templis
 juncta, in qua sacerdotes illi habitabant ; unde & pro aliis templo-
 rum, ut vidimus, partibus accipitur. Certe 1. Macc. c. 4. v. 38.
 non nisi domus vel cellæ, quæ templo juncta erant, possunt in-
 telligi ;

telligi; haud secus ac Esdræ c. 10. v. 6. ubi ille dicitur surrexisse
 ἀπὸ τῆς αὐλῆς τῆς ἱερᾶς, atque sese contulisse εἰς τὸ πασοφόρειον Jonam
 filii Eliafibi, ibique diversantem nec panem gustasse, nec aquam
 bibisse. Rogo tamen Eruditionis præstantis viros, ut diligentius
 in πασοφόρους & Μελανηφόρους inquirent, sique iis jungere velint
 Ἀρσπεδονάπτας, quos memorat Democritus apud Eusebium lib.
 10. cap. 4. Præparationis, magnam proculdubio a docto orbe gra-
 tiam inibunt. Neque tantum homines vel sacerdotes istiusmodi
 πασῶς cum deorum simulacris ferebant; verum etiam imponeban-
 tur vehiculis, quæ vel jumenta vel sacerdotes trahebant. In Phœ-
 nicum Theologia apud Euseb. lib. 10. Præpar. cap. 1. invenio dei,
 qui ipsis, Ἀρχέμυθος & Ἀρχότης dicebatur, ἕθρονον ἔῃ μάλα σεβάσ-
 μιον, καὶ ναὸν ζυγοφορέμδρον ἐν Φοινίκῃ, simulacrum valde veneran-
 dum & templum in Phœnicia tractum a jugalibus: quod scilicet then-
 sæ impositum erat, cui jungebantur vel boves vel equi; non au-
 tem aliquot boum paria, uti interpres vertit; quippe quæ in Phi-
 lonis verbis non inveniuntur. Apud Ægyptios nonnulli sacerdotes
 trahebant τετρακίονικλον ἀμαξάν, ἀμαξάν τῆς ἑθῆς καὶ τῆς ἐν τῷ ἑθῆς
 ἔνεον ἀγαλμα: plaustrum quatuor rotarum, quo vehitur sacellum cum
 simulacro quod in eo est, teste Herodoto lib. 2. c. 63. Et huc per-
 tinent Romanorum *tense*, quibus pompa Circensium deorum simula-
 cra imponebantur, quæ num ita appellatæ sint, quia statuæ deo-
 rum, quæ *tensis* ferebantur, velarentur circumquaque linteis ad
 cubiculi seu delubri speciem *tensis* disputant inter sese eruditi, quem-
 admodum videre licet apud Onuphr. lib. 2. c. 2. de Ludis Circen:
 & Schefferum lib. 2, c. 24. de Re Vehiculari. Certe eas a *curri-*
bus distinguit Tertull. lib. de Spectac. *Sed Circensium paulo pompo-*
sior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit: quorum sit
semetipsa probans de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de cur-
ribus, de tensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis:
 In nummo Divæ Faustinae Cybele infedet currui, cui leones jun-
 cti sunt, sub ædícula, non secus ac Divus Pertinax in alio quem
 elephantum trahunt: per quos currus si *thensa* intelligendæ sunt,
 jam certe instar sacellorum fuerunt; & quia quatuor latera habue-
 runt aperta, facile etiam statuæ decidere potuerunt, ut Martis
 apud Dionem lib. 78. Hinc in Glossis *Thensa* exponitur ἕθρονον,
 quia scilicet impositum thronum habebant deorum imagines: un-

de tamen non sequitur eas velatas circumquaque linteis ad cubiculi seu delubri speciem tensis fuisse. Et certe si inter se conferuntur verba Valerii Maximi & Lactantii, sique illa mendo carent, thensa vocata fuit *templum*, quia ad instar templi thronus ille erat: ille lib. 1. c. 1. ita loquitur: *Creditum est Varronem Consulem apud Cannas cum Carthaginiensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Junonis: quod cum ludos Circenses Edilis faceret, in Jovis Opt. Max. templo eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset: alter vero lib. 2, c. 16. Quoties autem pericula impendent, ob aliquam se ineptam & levem causam proferunt iratos, sicut Juno Varro, quod formosum puerum in thensa Jovis ad exuvias tenendas collocarat: & ob hanc causam Romanum nomen apud Cannas pene deletum est.* Certe de eadem re loquuntur Valerius, & Lactantius, & ille *templum* atque *excubias*, hic *thenсам* & *exuvias* memorat. Andreas Schottus lib. 3. c. 30. Obs. Histor. testatur se in veteri codice Val. Maximi reperisse *thenсам*; quod vocabulum satis accommodatum esse illi loco, arbitratur Vorstius; qui etiam putat mentem Valerii esse, quod Varro in vehiculo Jovis, id est, in vehiculo, quo Jovis statua vecta fuit, histrionem ad excubias tenendas posuerit; idque videri posse factum esse in contumeliam Jovis, quia histriones olim infames erant. Quæ certe, licet a Viro erudito admodum profecta sint, non videntur scrupulis suis carere. Nam si *thenса* recipimus, quomodo *excubias tenere* aliquis possit dici in thensa collocatus, ego quidem nullus video; & propterea, si vox illa recipitur apud Valerium, crediderim scribi oportere *exuvias*: cum cæteroquin in templo Jovis *excubias teneri*, si modo ita loquuti sunt veteres, a puero potuerint vel dicis causa, omnibus sacerdotibus & aliis pompam Circensem comitantibus: deinde non factum hoc fuit in contumeliam Jovis, quippe qui iratus non fingitur, sed *Junno*, idque propter formosum puerum in thensa collocatum. Nam dea hæc gnara & fratrem & maritum suum esse elegantem formarum spectatorem; nec a mascula quidem Venere abhorre, irata erat, quia puer formosus exuvias ejus tenebat; verebaturque ne amore illius accenderetur. Hoc est quod Lactantius paulo post scribit: *Quod si Juno alterum Ganymedem verebatur cur juvenus Romana sui pœnas?* Adeo ut pati non possim virum eruditum apud eundem pro *formoso* rescribere *famoso*, quia licet formosus puer foret, hoc

hoc urere Junonem non poterat; & hic puer erat histrio, qui omnes *famosi* habebantur. Verum nullum dubium, quin ira Juno accensa fuerit propter pueri cui & *faciem eximiam* tribuit Valerius, pulchritudinem & quia alterum Ganymedem verebatur. Deinde *thensæ*, ut existimat idem, ab hominibus non fuerunt tractæ, verum a jumentis vel equis, uti nos docet elegans Plutarchi locus in Coriolani vita a Sceffero laudatus. Nec quicquam eum juvat Suet. in Aug. c. 43 *Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine lectica cubans tensas deduceret.* Nam homo jacens in lectica utique currum trahere non potest ægrotus; & deinde *deducere* non significat *trahere*, verum comitari honoris causa, uti plurimis exemplis doceri posset facili opera. Notat quidem Asconius, *ante ipsas* (n. *thensas*) *lora tendi, qua gaudent manu tenere ac tangere, qui eas deducunt;* indeque videri possit eas ab hominibus tractas esse; sed cum *deducentes*, id est, honoris causa comitantes id fecisse, & gavisos fuisse, si manu tenerent & tangerent, scribat, & Cicero, Arnobiusque pueros patrimos & matrimos id fecisse narrent, suspicio mihi oborta, funes intelligi debere, quibus equi ad *thensas* juncti erant, quos gaudebant manu tangere, quosque tactos omittere absque piaculo non poterant: quanquam negare nolim plane, *thensas* etiam ab hominibus tractas fuisse, præcipue cum is mos apud Orientales obtinuerit. *Exuvia* igitur, vestes Jovis sunt, vel tunica palmata & toga picta, quas dicitur tenuisse puer, qui appositus fuit ad Jovis signum sic vestitum servandum ne de *thensâ* decideret. De his exuviis etiam loquitur Capito apud Festum: *Thensam ait vocari Sinnius (L. Titinnius) Capito vehiculum; quo exuvia deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur:* atque apud Jul. Obsequentem legimus, *puerum* (quod notandum diligenter) *in pompa victoria cultu cum ferretur, ferculo excidisse.* Sed hæc, ut & alia examinabit proculdubio diligentius, qui nobis Valer. Maximum promisit, Vir apud Frisios pereruditus.

KONIAΣIN, *tektorium*, id est opus albarium, quo muri inducebantur, de quo vide Salmaf. ad Solin. p. 1229.

ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ ΤΕ ΤΕΙΧΩΝ. Observandum & parietum muros & tectum vel concamerationem templorum picta fuisse; id quod ante urbem conditam in Italia usitatum Plinius l. 35, c. 3. memorat: *Extant certe hodieque antiquiores urbe pictura, Ardea in*
adibus

adibus sacris, quibus equidem nullas aequae demiror tam longo aequo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. Similiter Lanuvii, ubi Atalanta & Helena cominus pictae sunt nuda ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo, ne ruina quidem templi, concussa. Pontius legatus Caii Principis eas tollere conatus est, libidine accensus, si tectorii natura permisisset: & idem lib. 35. c. 4. Aedem Salutis Fabium pictorem A. v. c. 450. pinxisse scribit, eamque picturam durasse ad suam memoriam, aede Claudii Principatu exusta; & c. 10. Cornelium Primum & Actium Priscum Honoris & Virtutis aedes Imperatori Vespasiano restituenti pinxisse. Graecos idem in usu habuisse saepius testatur Pausanias; & loca publica, porticus, gymnasia, aedesque privatas ad eundem modum exornata fuisse ex eodem Plinio & aliis auctoribus constat. Nec aliter, ut opinor, M. Ludius Elotas pinxit templum quod Junoni Reginae apud Ardeatas erat dedicatum; unde *Ardeatis templi pictor* vocatur diciturque *dignis picturis templum condecorasse*, in carmine apud Plin. 35, 10. quod carmen, ut hoc obiter moneam, paulo aliter apud Grut. pag. MLXV. legitur.

ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΚΑΥΣΙΝ. Apud Gruterum scribitur *ἐλασιν*; utrumque male; legendum enim, *καὶ πῶ τε καῦσιν τῶν θύρων*; quod non est, *ostiorum valvas*, ut interpret reddidit; verum significatur januas templi pictas fuisse ratione pingendi, quam *encausticam* vocant; quamque ita describit Plinius l. 35, c. 11. *Ceris pingere, ac picturam inurere, quis primus excogitaverit, non constat. Quidam Aristidis inventum putant, postea consummatum a Praxitele.* Et mox: *Sed aliquanto vetustiores encaustica pictura existere: ut Polygnoti, & Nicanoris & Arcefilai Pariorum. Lysippus quoque Aeginae picturae suae inscripsit ἐνέκασεν: quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.* Videantur Salmasius ad Solinum: Vossius lib. 4. c. 91. de Idol. & Schefferus, Viri certe doctissimi, in libro de Arte pingendi. Sed praecipue hic observandum hanc artem in Inf. *καῦσιν* appellari, cum reliqui eum *ἐγκαυσιν* vocent, excepto Vitruvio l. 7. c. 9. Sed cum Magnus Salmasius ibi rescribat, *Hac ἐγκαυσις Graece dicitur*; per me licet, & in marmore nostro reponatur *καὶ πῶ ἐγκαυσιν*; quomodo etiam Salmasius in veteri inscriptione occurrere scribit; per quam hanc nostram, ut puto, intelligit. Apud Reines. in Inf. LI. Classis nonae celebratur Aphrodisius Epaphras

phras ΑΤΑΓΜΑΤΟΠΟΙΟΣ ΕΝΚΑΥΣΤΗΣ quem artem encaufticam exercuisse recte monet vir doctissimus.

ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΡΟΜΟΧΘΟΥΣ *mutulos* vertunt, qui sunt ligna vel lapides e muro projecti & eminentes ad aliquid fulciendum aut sustentandum, uti patet ex iis quæ notarunt editores Vitruvii. Nec male Græci hos vocant *προμοχθες*, deducta voce a *Μόχθ* vel *labor*, quia ejusmodi mutuli ante parietes veluti laborant propter impositas iis tabulas. Fallor aut vox hæc exstat apud Hefychium, sed corrupta: *προμοχέοι τὰ προβεβλημένα τῶν τείχων*: scribendum enim *προμοχθοί*

ΑΡΠΟΧΡΑΤΕ. Apud Sponium in De pop. Atticæ, legitur ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ. Sed tamen & hoc nomen cum adspiratione occurrit in lapide antiquo, eidem Sponio laudato in Itinerar. quæ correctior pleniorque legitur in Aris obscur. Deorum: adeo ut videatur alterum artificis vitio factum esse. X. tamen etiam pro K. ponitur tam in nummis quam inscriptionibus; & nummus Drusi Germanici apud Baudelotium De Dairval inscribitur, ΔΡΟΥΣΟΥ ΑΥΤΟΧΡΑΤΟΡΟC.

ΕΠΙ ΕΡΕΩC ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Nam in plerisque Græciæ urbibus tempus denotabatur, addito monumentis publicis vel privatis nomine sacerdotis, uti observat præstantissimus Casaubonus ad Suetonii Aug. c. 18. & illustris Spanhemius Dissertat. octava; unde *Gymnasiarcharum, Asiarcharum, provinciarum sacerdotum clarorum semper ac nobilium honoris insignia per totius orbis spatia perferri* dixit Jul. Firmicus, quia eorum nomina contractibus solebant adscribi, inque iis notabatur annus eorum sacerdotii, sive sacre præfecturæ, uti hæc verba recte interpretatur Magnus Salmasius Ep. de Coma. In nummo Gordiani apud Erizzum legitur, ΕΠΙ Μ, ΑΥΡ. ΜΕΣΩΝΙΩC. *ιέρεωc*, & ille non satis bene arbitratur, Sacerdotes jus eundem monetae habuisse: Apud Goltzium Tab. 16. Insularum Græciæ in Samiorum nummo legitur ΕΠΙ ΑΥCΑΝΔΡΟΥ ΙΕΡΕ vel *ιέρεωc*, id est, *sacerdote*: In nummo Deerii ΕΠ ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΡΧΙ ΚΑΙ CΤΕΦΑΝΟΦ. *sub Aurelio Appiano Atheniensi Pontifice & Stephanophoro* apud Spanhemium Dissert. 3. Nam *Stephanophorus* erat sacerdos a corona, quam capite gestabat, dictus, uti pulchre docent Tristan. Tom. 2, p. 599. Seldenus ad Marmora Arund. Valesius ad Amm. Marcellinum; &

Patinus ad Inscriptiones Græcas Smyrna nuper allatas : in Inscript. veteri apud Sponium part. 1. Tom. 3. p. 93. Itinerarii, Dionysius Apollonotimi filius vocatur *ιερεύς τῆς σεβάσιων, καὶ Στεφανοφόρος τῆ συμπαντι* αὐτῆς δὲ καὶ. & pag. 144. celebratur Diocles Dioclei filius *ἀρχιερεύς καὶ στεφανοφόρος*. In Inf. xcix. Sect. x. Miscellaneorum Eruditæ Antiquitatis *Lucius Julius Bonnatius Στεφανοφόρος καὶ Ἱερεύς Tiberii Caesaris*; qui dicitur unicuique civi *μόδιον* vel frumenti modium ex sua pecunia dedisse, *ἀγείων ἐνδεΐας ἡγορῆς, diariorium* vel frumenti, quod populo dividebatur, *caritate oborta*; quemadmodum illa vox explicanda est, nec putandum eum Agonothetam vel præsidem *festorum Diariorum* fuisse: & *diaria* eo sensu sumi patet ex Glossario Meursii. Hinc præterea mihi nummus Salonini Cornelii Valeriani supplendus videtur in quo cap. xii. Thesauri Mauroceni nunc scribitur: *ἐπὶ στρατ. αὐρηλίου... ΔΗΦΟΡΟΥ*, pro *Στεφανοφόρος*; deque iis, ut puto loquitur Julius Firmicus lib. de Err. Prof. Relig. *Qui sis in templo prætextatus incedis, qui fulges purpura, cujus caput aut auro* (aureas enim coronas Tertullianus sacerdotibus provincialibus tribuit) *aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur*. Quin & mulieres eodem nomine gaudent, celebraturque apud Sponium Sect. x. Miscell. *Flavia Ammion, ἀρχιερεὺς Ἀσίας καὶ τῆ ἐν Εφέσῳ ἑρῶν, Στεφανοφόρος καὶ Ἱερεὺς τῆ Μασσαλίας*. Utque virorum sacerdotum nominibus, id quod etiam constat ex Inf. 8. pag. cccc, & alia pag. sequentis apud Gruterum, ita & foeminarum tempora notata sunt. Argivi ea numerabant a sacerdotibus Junonis Argivæ, uti docet Valesius, vir paucis æquandus, ad Excerpta Polybii: apud Harduinum in nummo Agrippinæ Claudii, percusso ab Acmonensibus, legitur, *ΕΠΙ ΣΕΡΩΥΙΔΙΟΥ ΚΑΙ ΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΟΥΗΡΑΣ*, *Sub Servilio Capione & Julia Severa*: quorum illum arbitratur communium pro domo Augusta ac civitate, hanc vero muliebrium sacrorum fuisse antistitem. Et firmat hunc morem Inf. 9. pag. cv. Grut. in qua *Δῆμος* vel populus Atheniensium dicitur Romæ & Cæsari Augusto monumentum illud posuisse *στρατηγῶντ* ἐπὶ τῆς πόλεως Παμφύρας, *Sacerdote Deæ Roma & Augusti Servatoris in arce*, *ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ* *sacerdote Minervæ Poliadis Megiste* *Asclepiadis Ἀλκίως filia, ἐπὶ Ἀρχοντ* Ἀρχε.

ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΥ. *Rhamnus* pagus est Atticæ, de quo videri possunt Meursius & Sponius. Nomen illum habere δὲ τῆς ῥάμνων vel a spina alba, cujus ibi magna copia, præter Scholiastem Aristophanis Meursio laudatum, tradit etiam Auctor M. Etym. in v. ἄλιμος, quem pagum itidem appellari scribit δὲ τῆς ἐκείσε ἀλίμων, quod etiam fruticis genus est. Corruptus hac in voce Scholiastes Germanici; *Cygnum dicunt inter astra constitutum, eo quod Jupiter in cygnum transfiguratus evolaverit in ramum Atticæ regionis; ibique compresserit Nemefin, quæ & Leda dicitur: nam scribendum est Rhamnum; a quo pago Nemefis etiam Rhamnusia, propter templum ibi conditum, dicta est. Exstat alia apud Jacob. Sponium in Aris ignotorum Deorum*

ΠΟΠΑΙΟΣ
 ΤΟΥΤΡΩΡΙΟΣ
 ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ
 ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ
 ΙΣΙΔΙ. ΑΝΟΥΒΙΔΙ. ΑΡΧΙΟ
 ΚΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
 ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
 ΣΤΑΣΕΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟ
 ΚΛΕΟΥ ΚΟΛΟΝΗΘΕΝ

ΤΟΥΤΡΩΡΙΟΣ. *Turrorius*; hoc nomen non memini me apud alios observare.

ΣΑΡΑΠΙΔΙ. Notus & a nobis satis superque illustratus deus. Sed aliquot res, haud ubique obvias monere hic visum fuit: n. in templo Serapidis in Africa fuisse positas *cupas & acetum*; Alexandria quadrigam ferream opera magnetis fuisse suspensam & Osirin vel Sarapin tubam sive tibiam, promiscue enim his vocibus utar cum bona Grammaticorum venia, obliquam invenisse. Primum nos docent Gesta Silvani apud doctissimum Baluzium Tom. 2. Miscellan. *Zenophilus V.C. Consularis dixit Casto: Etiam de cupas de fano Sarapis sublatas & aceto confitere. Castus respondit: Purpurius Episcopus tulit cupas. Zenophilus V.C. Consularis dixit: Acetum quis? Respondit Castus, quod tulerunt inde acetum Silvanus Episcopus, Domius, & Superius Presbyteri. Et paulo ante: Zenophilus V.C. Consularis Saturnino & Victori dixit: nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus & Victor dixerunt: Purpurius tulit cu-*

pas, & Sylvanus Episcopus, & Dontius, & Superius presbyteri, & Lucianus Diaconus tulerunt acetum: & rursus: Quid aliud putas ex his esse querendum: Nundinarius dixit: De cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus V. C. Consularis dixit; quas cupas? Nundinarius dixit: in templo Sarapis fuerunt, & tulit illas Purpurius Episcopus: acetum quod habuerunt, tulit illud Sylvanus Episcopus. Et quæ ibi sequuntur. Fateor ingenue me quid hæc sibi velint ignorare: Cupas scio esse vasa lignea, quibus vina & aliæ liquidæ res condebantur: Lucanus lib. 4.

— ratem vacuæ sustentant undique cupæ.

verum iis acetum reconditum esse non potuit, quippe quod ab aliis fuit portatum: unde suspicabar nonnunquam scribendum in omnibus his locis esse acetum; quod & Innocentio III. lib. 13. Ep. 16. usurpatur pro urna vel situla ænea; uti observat Carolus du Fresne in absolutissimo mediæ ævi lexico. Alterum memoriæ mandat Prosper part. 3. c. 38. De Promiss. & Præd. Dei. *Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum demonis fuit. Quadriga ferrea, nulla basi suffulta, nullis uncis infixis parietibus colligata, in aëre pendens cunctis stuporem ac velut divinum subsidium oculis mortalium exhibebat. Quum tamen lapis magnes, qui ferrum sibi met attributum suspendit, eo loco camera affixus, totam illam machinam sustentabat. Itaque cum quidam dei servus inspiratus intellexisset, magnetem statim ut camera subtraxit, omne illud ostentum cadens confractum comminutumque ostendit divinum non esse, quod mortalis homo firmaverat. Hoc si verum, magna certe lapidis hujus vires sunt: & forte huc respexit Isidor. l. 16. Orig. c. 4. Liquorem quoque vitri, ut ferrum trahere creditur, cujus tanta vis est (ut refert beatissimus Augustinus) quod quidam eundem magnetem lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrumque super argentum posuerit: deinde subtermovente manu cum lapide ferrum cursu desuper movebatur. Unde factum est, ut in templo quodam simulacrum ex ferro pendere in aëre videretur. Quanquam vox simulacrum videatur docere, non de quadrigis, verum de statua quadam loqui; & forte de Arfinoes simulacro, quod in templo eidem dicato ex magnetem suspendere voluisse Dinocratem testatur Plinius l. 34. c. 14. ex quo priora illius capitis hausit Isidorus. Et quod huc pertinet, Beda lib. 7. de Nat. Rerum, scribit equum Bellerophontis ferreum inter duos magne-*

tes ita fuisse libratum, ut in medio aëre sine fulcro pendulus, expansisque aliis quasi volitans videretur: quo pertinet Mahometis arca in templo Mecchæ suspensa; quod tamen fabulis accensent Tevenotius & Tavernerius; uti etiam priora Athanasius Kircherus. Notatu tandem non indignum existimo, Serapidis in sacris obliquas tibias fuisse inflatas: Apul. lib. XI. *Ibant & dicati Magno Serapi tibicines: qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram familiarem templi Dei que modulum frequentabant.* In omnibus quidem sacrificiis tibia fere adhibebatur, sed ratione non caret, quod obliquæ fuerint in sacris Serapidis. Scilicet Osiris, qui idem Serapi, hoc tibiarium genus invenit; uti docet locus elegans apud Eustathium pag. 1138 ad Illi. Σ. Εξ δέ φασι, αἰτ, Ἐλπίτων εἶδη. παρώτη, ἡ εὔρεν Ἀθηνῶν, διό καὶ Σάλπιγγες Ἀθηνῶν παρὰ Ἀργείοις τιμαῖται, καὶ κείται καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐπιθεῖτον. Δευτέρα ἡ σρογύλη παρὰ Αἰγυπτίοις, ἡ Ὀσείας εὔρε, καλεῖται φασὶ χυρὴ. χυρῶται ἡ αὐτὴ παρὰ Δυσίαν καλεῖντες τῆς ὄχλης δι' αὐτῆς. Τετάρτη ἡ Γαλατικὴ χωνευτὴ. ἢ παρυμεγάλη, ἢ κώδωνα ἔχει θηρομορφόν τινα καὶ αὐλὸν μολύβδινον, εἰς ὃν ἐμπνεῶσι οἱ Ἐλπίται, ἔστι ἡ ὀξύφωνος καὶ καλεῖται ἑσπὸ τῆς Κελτῶν Κάρρυξ. Τετάρτη ἡ Παφλαγονικὴ. ἢ ὁ κώδων βοῶς ἡ παρὰ τῆς βαρύφωνος ἀναφυστή. καλεῖται ἡ φασὶ βοῖνός. Πέμπτη Μυδικὴ ἢ αὐλὸν ἔχει καλάμινον ἢ ἡ κώδωνα βαρύφωνον. ὀξύφωνος. Ἑκτὴ Τυρσηνικὴ, ἢ εὔρεται Τύρσηνοι, ὁμοίᾳ Φρυγίᾳ αὐλὸς ἢ κώδωνα κεκλασμένον ἔχει. λίαν ὀξύφωνος. ἢ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μαστιγοφόρῳ μνησθεῖς: id est, Sex, ut ajunt, sunt tibiarium species. Prima quam Minerva invenit, unde & Minerva cognomine Salpinx vel Tibia apud Argivos colitur; & idem epitheton apud Lycophronem existat. Secunda rotunda, quam Osiris invenit; vocatur, ut ajunt Chnone; ea autem utuntur ad sacrificium vocantes populum. Tertia Galatica fusoria arte facta, non valde magna codona habens referentem figuram feræ vel animalis, & aulum plumbeum, quem inflant tibicines: est autem acuto sono & a Celtis vocatur Carnix. Quarta Paphlagonica, cujus codon bovis caput refert, gravi sono, quam sursum tenentes inflabant, vocatur autem, ut ajunt, bovina. Quinta Medica, aulum habens ex calamo, codonem autem grave sonantem; est horrendo sono. Sexta Tyrrhenica, cujus inventores sunt Tyrrheni, similis Phrygiæ tibiæ, codonem habens scissum, est admodum acuto sono: ejus etiam meminuit Sophocles in Ajace Flagellifero. Sed dignus est illustris locus,

ut totus breviter illustretur. Minerva igitur ab inventa tibia, quemadmodum multis docet Caspar Bartholinus V. Cl. in politico quem *de Tibia* conscripsit libello, cognominata ab Argivis fuit Σάλπιγξ; id quod etiam firmat Pausanias lib. 2. p. 122. templumque illi ab Hegelao filio Tyrrheni, nepote Herculis & mulieris Lydæ extractum scribit. Celebratur eadem Lycophroni pag. 148. diciturque Dea exemplum cepisse a sibilis, quos edebant lugentes serpentes in capitibus Gorgonum: & constituisse νόμον ἢ καλέμενον πολυκέφαλον, teste Tzetze ad eundem poetam p. 136. nec non νόμον ἀρμάτειον, qui ita proculdubio a celeritate vocatur uti Hesychius in ea voce commemorat.

Ἦν Ὅσις εὔρε, *Quam Osiris invenit.* Apulejus in sacris Serapidis celebrat *calamum obliquum*: Eustathius Osiridi tribuit *tibiam σρογυλίω* vel *rotundam*; & Juba apud Athenæum lib. iv. memoriæ mandat Osirin invenisse *monaulon*, καὶ ἢ καλέμενον φώτιγδα πλαγιάυλον, id est, *tibiam obliquam*; φώτιγξ enim Hesychio exponitur αὐγὴ, σύειξ, φλόγιⓄ (malim πλαγίⓄ cum Guieto) αὐλός, ὡς εἶδⓄ ἀλπίγξⓄ. Atque hæc tria loca puto nos clare docere, qua forma fuerint tibix πλαγιάυλοι, vel *lybicae*; & quæ inter eas & phrygias, quæ etiam *obliquæ* vocantur, fuerit differentia. Lybicas igitur vel Ægyptias, quas Osiris dicitur invenisse, tibias πλαγιάύλας arbitror fuisse incurvas plane, ita ut fere rotundæ essent, uti cornua ex ære in columna Trajana & aliis Romanis monumentis obvia; hinc Eustathium Osiridi inventionem σρογυλίης tribuere, & Apulejum tradere, *obliquum calamum ad aurem dextram fuisse porrectum*, id est, Serapidis sacerdotes ita inflasse tibiam, ut ultima ejus pars, codon, vel os usque ad aurem dextram pertingeret. At contra puto phrygias fuisse rectas, ita tamen ut orificium earum, per quæ spiritus emittitur fuerit incurvum; inde Ovidium celebrare *adunco cornu tibiam*, & Virgilium *curvam tibiam* in Sacris Bacchi, quæ nihil necesse est cum Viro Maximo de plagiaulo Lybix interpretari. Quæ cum ita sint, non video an satis caute scribat Artemidorus lib. i. c. 58. Oneir. malum esse σρογυλίη σάλπιγξι ἀλπίζειν, quia non est sacrum organum, sed bellium, καὶ ἄλλα ὅσα τῷ σώματι λέγει ὁ πρὸ ὀργάνω τέτω χρώδουⓄ ὅτι πλὴν κεφαλῶν αὐτῆ ἀναστρέχει ἔσ' omnia quæ per os canit organo hoc utens vel *tibicen*, in caput ipsius recurrunt. Apud Græcos forte incurva vel

vel rotunda tibia sive tuba sacrificiis adhibita non fuit, sed aliud apud Ægyptios obtinuit, uti ex Apulejo clarissime patet; aliud etiam apud Romanos, uti haud dubie nos docet Columna Trajana: nisi tamen quis censeat, belli tempore hoc accidisse. Deinde qui tubam incurvam vel cornu inflabant, ita eam tenebant ut condon vel latior ejus pars supra caput sive frontem esset; & hoc est quod dicit Artemidorus ἐπὶ πλὴν κεφαλῶν ἀνατρέχειν, quæ tubicem vel cornicem canebat; at Sarapidis sacerdotes ita tubas suas inflabant, ut os earum aurem dextram contingeret. Nec omittendum Pollucem lib. 4. cap. 10. Sect. 1. πλάγιον λώτινον a Libyis inventum scribere, illos tibiam eam appellare πλαγίαυλον, Monaulum Ægyptiis originem suam debere, ejus meminisse Sophoclem in Thamyri, maxime Ἐ γαμήλιον vel nuptiale carmen ea cantatum fuisse, & denique Osirim invenisse πολύφθογον αὐλὸν ἐκ καλάμης κριθίνης, multisonam tibiam a calamo hordeaceo. Qui certe locus nos docet Osirin inventorem esse vel plurium vel unius generis tibiarum. Atque ita Eustathius pag. 1157. memoriæ mandat, antiquis temporibus ἢ αὐλὸν tibiam fuisse varii generis & maxime καλαμινόν; apud Alexandrinos monaulon calammum esse Osiridis inventum, Doriensibus Italiæ τιγγρινὸν dictum vel satyricum, quia Sathyri Dorice Τιγρι vocantur; monaulum etiam vocari καλαμαύλλω & ῥαπταύλλω; fuisse & πλαγίαυλον, inde πλαγιαυλίσει descendere; Xenophontem narrare apud Phœnicas γιγραινέες αὐλές ἀσιθαμαίεες acutum & lugubrem sonum edere, iis Cares etiam usos, & gingris canere cepisse propter luctus, quibus Adonin, quem Phœnices Γίρσειν (pollux vocat Γίρσειν) appellabant, plangebant: tibiam quoque quandam appellari Magadin vel Palæomagadin, acutum & gravem sonum edentem lotinas tibias e ligno Loti, arboris libyæ, fuisse, eas dici Photingas ab Alexandrinis, ab iis hoc dictum ortum esse: φωτίγια καὶ μοναύλια κώμων ἢ πολέμων ὄργανα; id est, Photingas ἢ monaulas tibias, organa esse comessationum non autem bellorum; Phœnices perforasse tibias elephantinas, & Jubam tradere tibiam ex cruribus hinnuli fecisse primos Thebanos, qui Ægyptum incolunt. Quæ Thessalonices Episcopus ex Athenæi lib. 4. in unum collegit, qui, si tanti, potest videri.

Καλερδὴν φασιν γνέει: Ægyptia, ut videtur, vox; cæteroquin Hesychius Χυλώ exponit ἢ τῶν ποδῶν ἄσφον, strepitum pedum.

Χώνευτις:

Χάνευτη: verti *fusoria arte facta*: Lipsius lib. iv. de Mil. Rom. Dial. 10. *conflabilis*;

Θηειόμορφον. *Codon*, uti notum satis, vocatur orificium tubarum, vel pars latior per quam spiritus emittitur; ratione loquendi desumpta a tintinnabulis, quæ etiam ex angusto in latum defluunt. Celtæ vel Galli illa orificia effingebant animalium vel ferarum figura, uti etiam ex nummis veterum apud Antiquarios obviis patet; & Paphlagonæ utebantur capitis bovini forma, quemadmodum mox apud Eustathium sequitur. Sed notandum diligenter hos Codones veteres fiscellis equorum adjunxisse, ut in eos inflantes equi tubæ sonitum ederent: Idem pag. 1157. Αἰχυλὸν δὲ φησι καὶ πῶν τὰ φρον αὐλῶνα, ἐνθα καὶ φίμυς λέγει αὐλωτῆς, εἰς τὸ κώδωνας φησι προσήφθαι αὐτοῖς. οἷς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι ὡς φωνῶν σάλπιγγος προίεντο: γράφει ἐν ἑτάω

Ὅς εἶχε πῶλιν τετάρην ζυγηφόρας

Φιμοῖσιν αὐλωτῆσιν ἐσομοιωμένας.

qua de re pluribus agit Schefferus, Vir eruditissimus l. i. c. 13. de Re Vehic. Αὐλὸν μολύβδινον: Lips. vertit *canalem plumbeum*: ego retinui *aulum* sequutus Apulejum, qui ita apud Salmasium de Critia puero monaulo canit;

Quod si aulum inspires, dona, & jam carmina nostra

Cedant victa tuo dulciloquo calamo.

Dubito autem num Eustathius per *aulum* intelligat totam σάλπιγγα excepto codone, an vero partem tubæ supremam quia sequitur εἰς ὃν ἐνπνέουσι οἱ ἄλπισται, & tubam narrat Medicam αὐλὸν habuisse e calamo: quod rogo eruditiores & peritiores examinent.

Κάρυξ. Huc pertinent Hesychii verba: Κάρυον, πῶν σάλπιγγα Γαλαῶν.

Βοῖν. Nihil aliud quam *bovinam tubam* significat: a βεῖς enim descendit βοῖν & βοεί.

Τὸν κώδωνα κευκασμῶνον ἔχεα: Lips. vertit: *habens orificium scissum aut fractum*: Salmasius ad Solin. ita codona ab Eustathio vocari scribit, quod labra in ambitu repanda & replicata haberet. Certe Græca vox *frangere* vel *scindere* significat; & quanquam nolim inter tantos viros iudex sedere, facere tamen non possum, quin narrem, mihi in mentem venisse nonnunquam orificium tubæ Tyrrenicæ non continuum, sed in duabus vel pluribus locis fissum

sum sive fractum fuisse; qua tamen re num sonus fiat acutior & clarior aliis, qui artem hanc callent, judicandum relinquo. Certe tibię, quarum foramina præter exitum conclusæ sunt gravius sonant. Quintil. I, II. Sic appellatur cantus tiliarum, quæ præclusis, quibus clarescunt foraminibus, recto modo graviolem spiritum reddunt. ΙΣΙΔΙ. Observandum Ισις non modo facere Ισις, sed etiam Isis in Genitivo: Inf. apud Grut. 7. p. cccxii. FANATICO. AB. ISIS. SERAPIS. ubi quicquid subintelligatur, arbitror Isis Serapis esse casus secundi, & male ab erudito Viro edi Serapii. In Inf. 3. p. lxxiii. ΘΕΑ ΕΠΗΚΩΝ ΙΣΙ ΤΥΧΗ. In 5. p. cccxii. AEDITUO AB ISEM PELAGIAM: ubi primo E. pro I. ponitur, quomodo & Ism dixit Cicero l. 3. de N. Deorum: Si Di sunt illi quos colimus, & accepimus, cur non eodem in genere Sarapim Isimque numeremus: quod si facimus, cur barbarorum deos repudiamus: deinde AB. pro AD, quia & mox sequitur AB. pro AD AEDEM BELLONE. In aliis inscriptionibus SACERDOS AD TEMPLUM FANATICUS DE AEDE BELLONAE; SORTILEGUS AB VENERE ERUCINA: MENESTATOR AB HERCULI. PRIMIG. occurrunt. In Juliani nummo cui inscriptum est DEO SERAPIDI, putat vir doctus capita Isidis & Serapidis uni collo imponi: id quod tamen plane ex iisdem nummis contrarium patet, quos exhibet Carolus du Fresne, alique Antiquarii. Observandum præterea Justum Rycquium cap. 41. de Capitol. Moneta cognomen tribuere Isidi. Apud P. Victorem in Regione tertia Urbis legitur; ISIS ET SERAPIS MONETA: vir eruditus rescribit SERAPIS ET ISIS MONETA; quia etsi de Serapi dubium non sit, quin ipse quoque pervigiliis languentium celebris, tamen vix putat Moneta επωνυμιαν aliis quam scemelles numinibus tributam a veteribus; quod & nominis ipsa ratio sic videtur exigere; & Isin Monetam vult dictam quia inter ιατεια καὶ ἰατρικια numina fuit sicut Minerva, Apollo, Æsculapius, Hygeia. Nam Moneta nihil commune habet cum Iside & Serapide, vel cum Regionis tertiæ nomine; sed primo recenseri loco debet eorum monumentorum, quæ in regione tertia (quæ forte nomen habet a templo Isidis & Serapidis ab Augusto proscriptionis tempore exstructa, teste Dione lib. 47.) inveniebantur: & ita P. Victorem nec non Sextum Rufum emendasse

dasse in notis penes me MSS. Pet. Scriverium celare lecturum nullus possum, veroque virum subacti iudicii monuisse docet Descriptio Urbis quam sub Honorio aut Valentiniano III. factam edidit Labbæus; & ante eum Pancirollus; nam in ea legitur: *Regio III. ISIS & SERAPIS continet Monetam. Amphitheatrum.* Præterea non audiendus vir eruditus, qui delet particulam copulativam &, facitque unam vocem *Isis-Serapis*, ad denotandam utriusque eandem vim ac potentiam; nec fundamentum illi est inscriptio *Isis Serapis*, uti alibi ostendi. Ceterum in ipsa dissertatione memini me monere, vel templo, vel statuæ Minervæ sive Ifidis Sæi inscriptum fuisse, *Εγὼ εἰμι πᾶν*, *Ego sum omne quod existit.* Græca vox est *ἱδῶ*, quæ & templum & statuam denotat; & cur putaverim a vulgata forte versione recedendum esse facit *Ἔγώ*, quod videtur significare non templum, verum statuam tam splendido elogio fuisse exornatam. *ἱδῶ* certe pro *statua* Græcis poni constat; quod tamen arbitror Latinis auribus esse inauditum, licet Tibulli hunc versum

Num feror incestus sedes adiisse deorum

ita interpretetur Heraldus; eique alii assensum videantur tribuere. Sed mihi contrarium placet; & arbitror Tibulli *sedem* non aliter debere interpretari, quam aliorum auctorum, ut Cic. 1. de Div. *Et Capitolinis injecit sedibus ignes*; iterum, *Consule te tandem celsa est in sede locata*: Lucretii

———— *cur sancta Deum delubra, suasque*

Discutit impacto præclaras fulmine sedes.

sestimonium deorum vocat Vitruvius lib. septimo extremo. Præterea observatione non indignum Diod. Sic. lib. r. pag. 26. memoriæ mandare per *Isidem* solos Græcorum Athenienses jurasse.

ΑΝΟΥΒΙΑΙ. Hic qualis fuerit fatis superque notum ex Faustino, Commodi, & Juliani nummis, exstatque ejus elegans statua apud Boissardum. Corporis posteriores & inferioris partes teguntur pallio; dextra manu rem tenet zonis distinctam, quæ forte crocoli vel fistri species est, quamque & in aliis imaginibus ejus observes; sinistra caduceum: insistit crocodilo & pedes fasciis constricti sunt: ab uno latere est Serapidis cornuti effigies, ab altero Apidis vel bovis: & supra ramus oleæ: additur serpens, patina, præfericulum, & alia res fasciis involuta. Ubi observandum diligenter

gener Anubin crocodilo insistere, quia scilicet Solis etiam symbolum erat. Templum ejus *Ανεβείδιον* vocat Lucianus in *Toxari*, scribitque ex eo Phialas duas una cum aliis rebus sustulisse fures. *Nam servus ejus ut nomine ita & patria Syrus una cum iis (sacrilegis) irrupit eis τὸ Ανεβείδιον, καὶ ἀποσπλήξαντες τὸν θεόν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσεὸν καὶ τὸ χρυσοειδέαυς δῆρυγες, in Anubis templum; & spoliantes deum aureas phialas duas & caduceum aureum & cynocephalos argenteos, & similia, omnia deposuerant apud Syrum.* Et denique observandum Aristophanem in *Equitibus* Cleonem Comicum appellare *κυνόκεφαλον*, non quia cani simile caput habebat, uti arbitratur Gatakerus plurimæ Vir eruditionis, sed propter impudentiam, quales homines canibus comparari notissimum est.

ΑΡΧΙΟΚΡΑΤΕΙ. Ita etiam scribitur in sequente inscriptione: quod forte vitio artificis factum. Vir clarissimus inde initio faciebat *Archiocratem*, eique ut ignotum jungendum putabat Deum *Herculem Catalaschium*: sed doctissimus Sponius testatur se in *Delia* marmore invenisse distincte ΑΡΙΟΚΡΑΤΕΙ, & recte ad Harpocratem nostrum refert: putatque cum & Anubin ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΥΣ vocari in marmore, quia Sarapidis & Isidis filii habebantur, & Sarapis Jupiter erat: & Herculem *Catalaschium* recte ex numinum numero tollit.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ. Uti dixi, Sponius referebat ad Anubin & Harpocratem; Gallandius ad Castoras, licet Plutarchus narret Anubin Osiridis ac Nephthys filium esse, Harpocratem vero Osiridis & Isidis; & Osiris idem habitus sit ac Jupiter. Ego ut litem hanc meam non facio; ita cum Sponio arbitror plures deos quam Castorem & Pollucem illo epitheto ornatos esse; quia in Inscriptione veteri occurrit: ΘΕΩΝ ΜΕΤΑΛΛΩΝ ΔΙΟΣΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ: & de *Cabeiris* id pererudite pluribus probat Raphaël Fabrettus Ad Columnam Trajanam, Sanchoniatonem idem affirmare apud Euseb. lib. 1. præp. c. 10. puto Ἐκ τῆ Σουδῆ Διόσκουροι ἢ Καβεῖροι, ἢ Κορύβαντες ἢ Σαμοθράκες. Ἐπί, φησι, πρῶτον πλοῖον εὐρον: ubi nescio quare interpretes vertat, *Ambos navigium primos excogitasse*; & mox, *ab utroque procreatos alios*. Nam hæc ad *Samothracas*, qui & *Corybantes*, *Cabyri* & *Dioscuroi* dicuntur, referenda sunt; quos mox ἐποδάς *incantationes* invenisse narrat; quod de *Cabiris* alii etiam memoriæ mandant. Et certe Cicero lib. 3. de *Nat. Deorum* plu-

res Dioscoros memorat; Διόσκωροι etiam apud Grajos multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Anaces, Athenis ex Jove, rege antiquissimo, & Proserpina nati: Triopatreus, Eubuleus, Dionysius (puto scribi debere Dionysus) Secundi Jove tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Aleo, & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Si Salmasium τὸν πᾶνυ audimus, zethus etiam & Amphion vocati fuerunt Διόσκωροι ab Hesychio in ea v. Nec certe prætereundum, ita vocatos esse postea Xenophontis Socratici filios Gryllum & Diodorum, uti tradit Diog. Laërtius in ejus vita; & Eustathius ad od. a. p. 1686. ubi etiam monet multos Dioscoros dici, sed illud nomen per excellentiam dari Castori & Polluci: Ἄλλως μὲν τοῖ ἐν ἁφροδίσει πολλοὶ ἐλέγοντο τὴν Διὸς κῆροι. καθότι καὶ Ἑλένη κῆρη Διὸς ἐστὶ ἢ καὶ Ἀφροδίτη. ἰσοεὶα ἢ ἡ λέξις ὅτι Ξενοφῶν ὁ γλυκὸς ἐκείνου Ἀθητικὸς μέλισσα ἐπωνομάζετο, ἁφροδίτῃ καὶ ὅτι οἱ ἐξ ἐκείνου καὶ Φιλησίας υἱὸν Γρύλλον καὶ Διόδωρον Διόσκωροι ἐπεκαλεῖντο. Agamemnonem & Menelaum non aliter appellat Stesichorus apud eundem ad Il. J. p. 1323. quod ille ἐν ἁφροδίσει factum scribit, uti per excellentiam Castor & Pollux *Dioscuri* vocantur. Quin & παρώτιδες, i. e. anguli oculorum qui aures spectant, vel forte tegmen, quo aures muniebant pugiles, quod ex auctoribus & statuis eleganter illustrat Eruditissimus Fabrettus, quia Pollux pugilatu & cæstibus spectatus fuit, *Διόσκωροι* vocantur; & eo nomine Julianus Imperator designari etiam finxit hemisphæria bina, superum & Inferum, uti apud eundem Eustath. ad Il. Γ. p. 410. legere licet. Illud etiam observandum in marmoribus occurrere *Διοσκῶρες*, cum tamen Phrynichus testetur melius scribi *Διοχῶρες*, illosque ridendos esse, qui literam υ adjiciunt.

Inscriptio apud Jac. Sponium libro de Aris Ignot. Deorum :

ΘΡΑΣΕΑΣ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΥΠΕΡ ΞΑΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙ ΚΟΚΥΤΟΥ ΤΕΚΝΩΝ
ΙΣΙΔΙ ΣΕΡΑΠΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ
ΑΡΧΙΟΚΡΑΤΕΙ ΘΕΟΙΣ ΣΥΝ
ΝΑΟΙΣ ΚΑΙ ΣΥΝΚΩΜΟΙΣ
ΕΥΧΗΝ.

Monu-

Monumentum, hoc posuit Thræseas Diogenis filius pro se & liberis suis, & uxore & uxoris liberis, &c. ΞΑΤΟΥ. positum proculdubio pro *ἑαυτῷ*, pro se ipso.

ΤΟΛΛΑΣ. Nomen mulieris, quod forte nullibi reperitur; scriptum, ut opinor, fuit, ΠΟΛΛΑΣ. certe *κλαυδία πόλλα* occurrit in Inf. 68. Cl. 2. apud Reinesium, & nota satis Lucani uxor vel ex his Statii versibus Sylv. lib. 2. Car. 7.

Tu casta titulum decusque Pollæ

fucunda dabis allocutione.

ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΤΟΛΛΑΣ. Et hic ΠΟΛΛΑΣ scribendum arbitror; videturque hæc Polla vidua ducta esse a Thræsea, & ex marito priore liberos habuisse.

ΚΑΙ ΚΟΚΥΤΟΥ ΤΕΚΝΩΝ. Hoc quid sibi velit fateor me ignorare; Verum in Miscellaneis Eruditæ antiquitatis per eundem virum clarissimum luce donatis publica scribitur, καὶ ΚΟΥΝΤΟΥ, id est *Quinti*: quod amplector.

ΘΕΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ. Junguntur iterum Isis, Serapis, Anubis & Harpocrates, non secus ac in aliis monumentis, & a Tertulliano cap. 6. Apologetici: *Sarapidem, & Isidem & Harpocratem cum suo Cynocephalo Capitolio prohibitos, id est, curia deorum pulsos Piso & Gabinius Coss. non utique Christiani, everfis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium & otiosarum superstitionum vitia cohibentes. His vos restituti summam majestatem contulistis.* Id quod testimonio Varronis firmat l. 1. ad Nat. c. 10. *Ceterum Serapem & Isidem, & Arpocratem & Anubem prohibitos Capitolio Varro commemorat, eorumque a Senatu dejectus non nisi per vim popularium restructus: sed tamen & Gabinius Cof. Cal. Januariis, cum vix hostias probaret, præ popularium catu, quia nihil de Serape & Iside constituisset, potiore habuit Senatus censuram, quam impetum vulgi, & aras institui prohibuit.* Hic certe locus videtur postulare ut breviter de cultu horum deorum apud Romanos recepto agam; licet ea maximam partem imo forte omnia observata a viris sint eruditis. Macrobius igitur l. 1. Sat. Serm. c. 7. Serapin scribit *vix egregue a Romanis admisum esse.* Et certe cum in Capitolio, Ægyptiorum deos colere inciperent, Piso & Gabinius, qui consules fuerunt A. v. c. 696. sacra eorum urbe ejecerunt. Post illud tempus tamen iterum recepti: Arnob. lib. 2. *Quid; vos Ægyptiaca numina, quibus Sera-*

pis atque Isidis est nomen, non post Pisonem & Gabinium Consules in
 numerum vestrorum retulistis deorum? Neque id tamen absque diffi-
 cultatibus dii illi obtinuerunt: Dio lib. 40. narrat, Isidis & Sera-
 pidis fana, quæ privatim nonnulli extruxerant, Senatui iussisse
 demoliri, quia eos non magni faciebant. Donatus l. 3. c. 6. Ro-
 mæ Veteris scribit Dionem affirmare id factum esse A. V.
 C. 700. cum Tertullianus id asserat factum Pisonem & Gabinio Coss.
 A. V. 696. Verum vir doctissimus tempora confundit; nam aras
 quidem & statuas eorum e Capitolio sustulerunt consules Piso &
 Gabinius A. 696; sed cum privati iis templa extruxissent, ea di-
 rui iussit Senatus A. 701. Coss. Cn. Domitio Calvino, & M. Va-
 lerio Messalla; quod initio anni sequentis primum factum esse cla-
 re testatur Dio loco laudato. Hinc ea sententia vicit, ut publice
 colerentur, verum ἕξω τὴ πορνείῃς, uti apud eundem legimus. Ve-
 rum L. Æmilius Paulus consul, (A. V. C. 704.) cum Senatus Isi-
 dis & Serapidis fana diruenda censuisset, eaque nemo opificum attinge-
 re auderet, posita prætexta securim arripuit templique ejus foribus in-
 fluxit: uti loquitur Val. Maximus, 1, 3. Fieri potest ut hoc idem
 sit cum iis quæ narrat Dio; sed quod Rupertus in epistola qua-
 dam notat, L. Æmilii Pauli consulatu factum esse factum de Sera-
 pidis Isidisque fanis diruendis, atque id aperte scribere Dionem
 lib. 40. illud apud eum non reperio; cum referat hanc historiam
 Dio in A. V. C. 701, ut ipsum auctorem inspicienti utique clare
 patebit. Neque tamen inficias eo nonnullos hoc referre ad A. V. C.
 534. quo Cos. fuit alius L. Æmilius Paulus; & P. Fabrum 3. Se-
 mest. c. 3. ad annum admodum sexagesimum. Quod ultimum ut
 non capio, ita certe anno 534. consul. L. Æm. Paulus fuit, &
 ante Gabinium & Pisonem fuisse dejectas deorum Ægyptiorum vel
 aras vel ædes ex Tertulliano haud obscure patet. Quicquid sit,
 non sic abolita fuit vel ejecta ex urbe hæc superstitio. Nam Dio
 lib. 42. A. V. C. 707. scribit apes in Capitolio juxta Herculem con-
 sedisse, eo ipso tempore, quo Isidi sacra fiebant; ἔδοξε γὰρ μὴ
 περῖ τῶν μαντείων πάντα αὐθις τὰ τε ἐκείνης καὶ τὰ τῆ Σαραπίδος
 τεμερίσματα κατὰσκάψαι: visum fuit vatibus omnia rursus & ipsius
 & Sarapidis fana evertere: quod dum fit, Bellona quoque ædes inscien-
 tibus illis dejecta est. Neque hoc diu duravit, cum Triumviri
 Reip. constituendæ, Cæsar Octavianus vel Augustus, Antonius
 &

& Lepidus A. 711. decreverint νεὼν τῶν τε Σεραπίδι καὶ τῆ Ἰσίδι. Verum Augustus videtur sententiam mutasse, quia Agrippa praefectus Urbis A. V. C. 733. sacra Ægyptia ἐπεισίοντο αὐτῷ ἐς τὸ ἄστυ ἀπέσειλεν, vetuitque neminem μηδὲ ἐν τῶν πορταίῳ αὐτῶ ἐντὸς ὀγδοῦς ἡμισαδίας ποιεῖν, uti idem Dio lib. 54. testatur. Hinc Tiberium Isidis templum dejecisse; illiusque statuam Tiberi mersisse propter deceptam Saturnini conjugem tradunt Josephus l. 18. c. 4. extremo Antiquitat. & Hegefippus l. 2. c. 4. Sed vel tunc illud solum templum dejectum, in quo Mundus hoc crimen commiserat, aliaque remanserunt inviolata, vel mox iterum hæc superstitione hominum animos occupavit; cum Juvenalis, qui temporibus Flaviorum floruit, celebret *Isiacæ sacraria Lene*, & ipse Domitianus *Isiaci celatus habitu inter sacrificulos vana superstitionis*, Suetonio teste, latuerit. Inde Caracalla a Spartiano dicitur, *Sacra Isidis Romanam deportasse, & templa ubique magnifica eidem deæ fecisse*, & cum ante Commodus eadem sacra celebraverit, ut etiam Anubin portaret & Pausas ederet, imo cum ante Domitianus instar linigeri ornatus incesserit, recte Ulricus Obrechtus, vir doctissimus videtur censere, hoc intelligendum esse de *arcanis genuinisque deæ*, ut Apulejus loquitur, *exuviiis*, non autem de cultu rituve sacrorum Isidis. M. Antoninus Philosophus Serapidi templum exstruxit, quod alii columnis ornarunt, & epistilio, uti constat ex Inf. 3, 4, 6. pag. LXXXV. apud Gruterum. Et certe varia Romæ Isidis & Serapidis templa fuerunt; Trebellius Pollio in vita Tetrici Junioris celebrat *Isium Metellinum*: ex Inscript. Romæ inventa, apud Grut. p. 312. & ex alia pag. LXXXI. haud obscure constat *ISEM PELAGIAM & EXORATAM* templum ibi etiam habuisse; nec non *Isidem Patriciam* ex iis, qui Regiones Urbis descripserunt: quam non absque ratione a vico Patricio nomen suum accepisse putat Pancirollus. Et, ut hoc addam, *ISIS PELAGIA* culta etiam fuit Corinthi, teste Pausania lib. 20. pag. 93. *Ἐς δὴ τὸν Ακροπόλειον τῶν ἀντιστῶν, ἔστιν Ἰσίδου τεμένη, ὃν πλὴν μὲν Πελαγίαν, πλὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶς ἐπονομάζουσιν.* Utque hæc dea propter inventam navigationem *Pelagia* dicta est, ita Venus idem cognomen gerit in Inscriptioe XCIII. Classis I. apud Reinesium, quam Vir doctissimus *Anadyomenen* interpretatur: quanquam Artemidorus lib. 2. cap. 42. disertis verbis *Venerem Πελαγίαν, & Αναδυομένην* distinguat;

stinguat; illamque scribat in somnis visam naucleris, gubernatoribus & omnibus navigantibus, itemque peregrinari volentibus bonam esse; hanc vero navigantibus multam tempestatem & naufragium significare; sed nihilominus servare, καὶ τὰ ἀπειλητικὰ τῆς πραγμάτων perficere. *Marinam Venerem* celebrat Horatius, quod recte simplex epithetum deæ mari ortæ eruditi faciunt, qui etiam arbitrantur Græcos eam *Pelagiam* & *Pontiam* propterea appellare ΘΕΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΚΑΙ ΣΥΜΒΩΜΟΙΣ. Ita enim legendum esse recte monuit eruditissimus Sponius. Et qui dii σύμβωμοι σώνηοι dicantur, fatis multis docui lib. 4. observ. cap. 3. Inscr. 10. pag. xxii. posita est Serapidi ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ id est, *Isidi, Anubidi, Harpocrati*, & forte aliis Ægyptiorum diis: Artemidorus lib. 2. c. 44. scribit *Serapin, Isin, Anubin* & *Harpocratem*, eorumque ἀνάμματα καὶ μυστήρια, & omnem de iis sermonem, καὶ τῆς τῶν σωνάων ἢ συμβώμων θεῶν, & de diis, qui cum iis communia templa & aras habebant, significare pericula: Juno apud Plutarchum, cujus verba conservavit Eusebius lib. 3. cap. 1. Præparat. Latonam sibi fecit ὁμοβώμιον ἢ σύνναον: Herodorus apud Scholiastem Pindari ad Oden 5. Olymp. scribit Herculem sex aras Olympiæ duodecim diis exstruxisse, eosque fecisse συμβώμους, una scilicet ara duobus diis dedicata; ut Jovi & Neptuno: Junoni & Minervæ: Mercurio & Apollini: Gratiis & Baccho: Dianæ & Alpheo; Saturno & Rheæ. Ex Inscriptio-
ne veteri, quam vulgavit Camillus peregrinus in Dissert. de Campania Felice Nemeseos Synnaoi memorantur *Justitia*, & *Fata*: est illa partim Græca, partim Latina & digna, ut integra apponatur:

Δεσποίνῃ Νεμέσει ἢ Συννάοισι Θεοῖσιν
 Ἀρρίανθ' βώμιον τόνδε καθειδρύλατ':
Justitia, Nemesei, fatis quam voverat aram,
Numina sancta colens, Cammarinus posuit.

In ipso lapide, fateor, scribitur ATIS; sed non dubito, quin prima littera vel vitio temporis deleta sit, vel a typographis neglecta. Et existat elegans Inscriptio apud eruditissimum Sponium Sect. 10. Miscellancorum Eruditæ Antiquitatis;

ΜΑΡΚΟΥ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ. ΣΕΟΥΗΡΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
 ΕΥΤΥΧΟΥΣ. ΕΥΣΕΒΟΥΣ. ΣΕΒ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΜΑΜΑΙΑΣ
 ΣΕΒΑΣΤΗΣ. ΜΗΤΡΟΣ. ΣΕΒ. ΔΙΠ. ΗΛΙΩ. ΜΕΤΑΛΩ
 ΣΑΡΑΠΙΑΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ
 Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ. ΗΡΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ. ΤΟΥ. ΕΝ. ΠΟΡΤΩ
 ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ. ΕΠΙ. ΛΑΡΤΙΝΙΩ. ΒΕΙΤΑΛΙΩΝΙ
 ΑΡΧΙΥΠΕΡΕΤΗ. ΚΑΙ. ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΗ. ΚΑΙ. ΑΥΡΗΛΙΩ
 ΦΗΒΩ. ΚΑΙ. ΣΑΛΩΝΙΩ. ΘΕΙΔΟΤΩ. ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ
 ΚΑΙ. ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΑΙΣ. ΧΑΡΙΤΗ. ΙΕΡΟΔΟΥΛΕΙΑ
 ΑΝΕΘΗΚΕΝ.


Quam ita vertendam esse existimo : *Marci Aurelii Severi Alexandri Felicis Pii Augusti, & Juliae Mamae Augustae Matris Augusti, Deo Soli Magno Sarapidi, aliisque qui in eodem templo coluntur Diis, Marcus Aurelius Heron adituus edis Serapidis, quae est in portu, sub Larginio Vitalione Archiministro & Caminenta, & Aurelio Phabo, & Salonio Oedoto sacris cantoribus & Caminentis Charite sacrorum Ministra consecravit* : quae ultima non satis feliciter alias redduntur per, *sacri ministerii causa*. *Εν πόρτῳ* autem Sponium sequutus verti *in portu*; quanquam valde de veritate lectionis cum praestantissimo Grævio dubitem : arbitratusque nonnunquam sim, scribi debere *ἐν πόρτῳ*, ut ædituus fuerit Serapidis, qui in Ponto a Sinopen- sibus vel aliis colebatur. *Caminenta* est inter templorum ministros proculdubio; & ex Hesychio docet idem *κάμινον* esse *μέρος τῆς ἑστῆς*, partem quandam templi: quanquam viri harum Litterarum callentissimi, partem quandam navis intelligant, quod certe Græca suadent omnino. Hoc tamen loco *Caminenta* sacrum aliquod ministerium; & vox ea in genere notat hominem, qui in camino aliquid excoquit, vel qui circa caminum fornacemve laborat, quod tamen nullus video, quomodo templorum ministris vel sacerdotibus convenire possit. Grævius arbitrabatur positum esse pro *χαμινευταῖς*, qui cubent humi; & fuisse forte sacerdotum munus, uti humi cubarent in templis juxta pulvinaria; *χαμινεῖναι* & *χαμινεῖναι* Græcis dici humi cubantes, qui in nuda humo dormiunt; sed tamen nusquam reperiri vocem *χαμινευτῆς*, adeoque ampliandam esse, donec dies & sollertia certiora detegat. Pro *ΘΕΙΔΟΤΩ*, dubito num scribi debeat *ΘΕΙΔΟΤΩ*.

Apud Goropium Becanum exstat elegans admodum Harpocratis vel certe Numinis, quod digito labia premit, effigies ærea, quam scribit Pighium, curiosissimum Romæ veteris exploratorem, & plurimorum sibi per totum Latium prisce memoriæ vestigiorum præmonstratorem accepisse a Pyrrho Ligorio Neapolitano, diligentissimo item antiquario: quamque dignam judicavi, ut adjiciatur:



Quæ

Quæ Zimmermannus Anglectorum Mense VI. hac de imaguncula commentetur, & qua ratione in ea inveniatur sapientis viri ideam, ab eo peti possunt. Ego putabam nonnunquam, facem accensam, serpentem, pharetram, arcum, gallum gallinaceum, papaveris, quod ἡ πολυγονίας σύμβολον, teste Porphyrio apud Eusebium lib. 3. Præpar. c. 11. capita ad Solem referri posse, & insigne capitis, noctuæ itidem impositum, Ægyptiorum figmenta sapere; sed noctua mihi negotium facessabat, quia non solis, verum Lunæ avis videtur esse; nisi forte a tergo Harpocratis vel Solis posita sit, ut significarent ingeniosi ad commenta homines, sole non lucente, & facie, ut sic loquar, sua orbem non illustrante, tenebras esse. Joannes Ortivinius, qui cum Musis bona fide rationes deducit, arbitratur, hanc Becani imagunculam Osirim sive Lunam videri significare; quia Osiris digito os premit, & vim Osiridis in Luna collocatam fuisse demonstrat Plutarchus libro de Iside: ad hæc quæ imagunculæ adesse conspiciuntur, nulli tempestatu magis, quam nocturnæ, qua Luna regnat, conveniunt. Fax, noctua, & gallus gallinaceus, signa & indicia noctis dant, & Papaver Lunæ est sacrum, uti Tollius in explicatione Imag. cui nomen Ἐρως κοιμώμενος, ostendit. Quam sententiam si quis amplecti malit, ego certe nullus repugnabo; quin potius auctor forem, sequendi vestigia viri eruditi, quia ipsi fronti imaginis imponitur luna corniculata; eademque coronam Isis, cujus ectypum ex Casalio dedi, exornat; & tandem Apulejus non aliter fere deam describit: *Corona multiformis, variis floribus sublimem distinxerat verticem: cujus media quidem super frontem plana rotunditas in modum speculi, vel immo argumentum Luna, candidum lumen emicabat.* Apud eundem Becanum, exstant imagines aliæ, quibus supponitur inscriptio vetus. Habuit illam e copiosissimis Illustrissimi Cardinalis Granvelli thesauris: estque lapis heliotropius ea, quam cernis amplitudine, cujus altera facies puerum habet sedentem, qui indicem ori applicat: altera loti florem præfert, e quo pusio indicem ad silentium imperandum ostentans emergit:



subestque hæc inscriptio :

ΜΕΓΑΣ ΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΡΠΟΚΡΑΤ
 ΕΥΙΑΑΤΟΣ Τῷ ΦΟΡΟΥΝΤΙ
*Magnus Orus Apollo Harpocrates
 Propitius gestanti*

& addit Goropius : luculentum profecto veritatis indicium in hoc epigrammate nos videre : cui cum Epiphanius consentiat, Harpocratem & Orum eundem Butiorum deum faciens, non esse, quod de fide heliotropii dubitemus ; præterea Harpocratem arbitratur initio deum non fuisse, sed symbolum duntaxat, utilissimam habens admonitionem ; postea vero deum fraude sacerdotum & ignorantia, atque dæmonis instinctu factum esse, & ejus imaginem tutissimum omnium malorum amuletum ; & persuasum fuisse ei, cui ille propitius esset, nihil adversi posse evenire, cui irasceretur nihil ex voto successurum ; atque hinc Lucilii intelligi epigramma in Simonem quendam medicum imperitum scriptum :

ἢ τιν' ἔχεις ἔχθρον Διονύσι, μὴ κατὰ κρίσιν
 Τῷ Ἴσιν τέτρω μὴδὲ τὸν Ἀρποκράτη
 Μὴδ' εἴτις τύφλας ποιεῖ θεός, ἀλλὰ Σίμωνα
 Καὶ γώσῃ τὴ θεὸς καὶ τι Σίμων δύναται,

quod ille sic vertit;

*Odisti si quem Dionysi, ne pete ut Isis
 Harpocratesve huic sit irux, aliusve Deus*

Excacans : uoveas ut Simo sit medicus,

Et noris possit quid Simo, quidve Deus.

Exstat hoc epigramma lib. 2. Anthol. c. 22. Sed in editionibus non legitur Ἀρποκράτην verum Ἀμφικράτην, unde Scottus lib. 2. Obs. c. 6. facit Amphicratem medicum : cum tamen *Simo*, non *Amphicrates*, medicus exagitetur; Latet in ea voce *Harpocrates* proculdubio, si Aufonius versus illos ita Latine vertit quemadmodum docet Schottus loco laudato. Ut autem hoc melius intelligatur, observandum diligenter est, inter Isidis virtutes fuisse, aliquem cæcum reddere, Juvenalis Sat. 13. v. 93.

Decernat quodcumque volet de corpore nostro

Isis, & irato feriat mea lumina sistro,

Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.

familiaque Ovid. lib. 1. de Ponto epist. (ubi nescio quare Jo. Britannicus *linigeram Isidem* mutet in *linigenam*) & Apulejum lib. 8. *Metam.* scribere notarunt eruditi. Atque ut Isis cæcos homines reddere putabatur; ita & eadem visum restituebat : Diodorus Siculus lib. 1. narrat, Ægyptios tradere, Isin multa pharmacæ invenisse καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης μεγάλῃσιν habuisse ἐμπειρίαν; sanatione hominum maxime gaudere, & in somnis manifestam numinis sui præsentiam exhibere, ægrotisque remedia contra morbos dare; multos à medicis relictos ab ea salutem accepisse; συχνές ὃ παντελῶς πηρωθέντας τὰς ὀφθαλμοὺς ἢ τινὰ ἢ ἄλλων μερῶν τῆς σώματος; plurimos vero oculis captos, aut alia corporis parte laborantes, si ad Deam hujus opem confugerint, in pristinum statum restitutos esse. Adeo ut mirum nequaquam sit eam SALUTAREM vocari in lapide apud Gruterum; & P. QUINCTIUM pro salute filii sui votum suscepisse ISIDI. SERAPIDI. LIBERO. LIBERAE, aliosque eidem Deæ EX MONITU EJUS dona dedisse. Diis autem Servatoribus adscriptum fuisse Harpocratem, iisque qui in extremis per-

riculis versabantur, non secus ac alios auxilio venisse, docet nos Artemidorus lib. 2. cap. 44. Oneir. Nam postquam tradidisset *Sarapin, Isin, Anubin, Harpocratem* tum ipsos, tum statuas eorum ac mysteria in somnis visa significare *Ἐραχὰς καὶ κινδύνας καὶ ἀπειλάς καὶ ἀεὶ ἀσέβειας, turbationes, pericula, minas, & infortunia*, ex quibus præter expectationem, καὶ ἄλλὰ τὰς ἐλπίδας servant, adjicit: *Αἰεὶ γὰρ σωτήρες νομοσυνήθιοι εἰσὶν οἱ θεοὶ, Semper enim Servatores crediti sunt hi dii, eorum qui per omnia exercitati sunt, & ad extremum periculum pervenerunt. Nam eos qui in ejusmodi periculis constituti sunt, αὐτίκα μάλ᾽ αὖ σῶξιν, statim omnino servant.* Et valde hæc illustrantur verbis Kircheri part. 2. Tom. 2. p. 385. Oedipi Ægyptiaci, quæ adjicere nullus gravabor: Sed ut ad institutum revertamur, ait ille, reverebantur Ægypti præter cetera Numina maxime Isin & Osirin, ac Horum sive Harpocratem, tanquam Iatricos genios. Hinc passim eos in varia materia, uti ligno, osse, metallicis lamiis, diversisque pretiosis lapidibus pro morborum ratione summo rigore, tempore, cæterisque Astrologicis circumstantiis observatis, incidebant; ut Capsulas quoque fecisse reperio in formam membrorum quos respiciebant, adaptatas, cujusmodi unam non ita pridem mihi exhibuit supra laudatus Torquatus Alexander Capitaneus. Capsula est in formam cordis, & fructum foliumque Perseæ mentiens, in cujus meditullio Harpocrates nudus, infans, labiis digito apposito silentia suadens, positus spectatur, iisdem prorsus symbolis, quibus alias insignitur, in capsula efformatis; quod quidem prophylacticum cordis potissimum gestatum existimabant. Figuram hic ad meliorem rei informationem apponendam duximus, ut vel hinc videas, quibus modis & industriis Ægyptii in morborum cura versati sint. Hucque ille. Et ecce tibi, Lector, amuletum;



quod

„ quod pag. 450. ita describit idem : Amuletum vero a supra ci-
 „ tato Capitaneo concessum, uti oppido mysteriosum est, ita non-
 „ nullam explicationem seorsim meretur. Est id ex cupro con-
 „ structum in forma Perseæ linguiformis, intra cujus concavum
 „ puerulus latet digito labiis impresso silentia suadens, altera manu
 „ cornucopiæ tenens; & indicat Harpocratem Sapientiæ numen in-
 „ clusum Perseæ fructui, cujus folium uti linguæ, ita fructus cor-
 „ dis figuram exprimit, teste Horo : quo indicatur quod quicun-
 „ que ad sapientiam adspirat, is quod per sapientis linguam didicit,
 „ id alte cordis penetralibus per frequentem contemplationem com-
 „ mittere debere; eratque amuletum quod Sacerdotes ad Sapientiæ
 „ spiritum per Harpocratis favorem acquirendum portare solebant.
 „ Ac rursus pag. 449. scribit; Harpocratis amuletum religiose ge-
 „ statum fuisse, quia per varias divinationum species se conscios
 „ futuros sperabant; ansulas autem demonstrare gestatum illud fuis-
 „ se, & per Hori amuletum naturæ mundanæ notitiam se habitu-
 „ ros putasse. Et postquam pag. 462. varia amuleta, quæ etiam
 „ apud Joh. Macarium occurrunt, explicasset, addit tandem : Pro-
 „ cedamus ad Harpocratica amuleta, quorum non minor varietas
 „ occurrit. Et primo quidem passim invenitur loto insidens, di-
 „ gito silentium suadens, altera manu flagello instructus cum no-
 „ minibus SABAΩ, id est Sabaoth, ut in figura Num. 10. signata
 „ patet, in cujus postica facie nomen ΙΑΩ inscriptum videtur,
 „ quæ omnia solare numen *Ἰατροποιῶν* & magnæ efficaciam desi-
 „ gnant. Figura vero 11. signata in antica facie eundem nobis
 „ Harpocratem demonstrat, symbolis priori simillimum: in post-
 „ ca vero parte, statua *τετράκεφαλος καὶ ἐκ βραχίων* conspicitur, bi-
 „ nis gladiis, flagellis, facibusque instructa, quam nos Hecaten,
 „ sive Dianam, aut Isin tergemina interpretamur. Quæ ideo
 „ omnia addidi, ut pateat Kircherum in Ægyptiorum antiquita-
 „ tibus exercitatum valde, censuisse etiam *Harpocratem* inter iatricos
 „ dæmones referendum esse, gentiles eum amuleti loco gestasse, &
 „ ad Solem, licet alibi alia videatur notare, referri debere (quod
 „ etiam variis locis firmat, & præcipue pag. 465. ubi eum *Solare nu-
 „ men* appellat) nec non Horum & Harpocratem eundem esse. Ulti-
 „ mum hoc ut clarius pateat, operæ pretium est, ut adjiciatur Har-
 „ pocratis ectypus, & verba Kircheri, quibus eum binis locis, sive
 „ bene sive male, illustrat:



Tomo igitur primo Synt. 2. cap. 7. Oedipi Ægypt. ita loqui-
 ,, tur ; Horus vero pingitur puer, ut ostenderetur, mundum in
 ,, tempore veluti infantulum a Dei sapientia productum; cum cor-
 ,, nucopia vero exprimitur, ut indicaretur varietas, abundantia
 ,, & plenitudo rerum in mundo creaturarum : in cubo stat, ad mun-
 ,, di indicandam stabilitatem soliditatemque. Trigonus cum globo
 ,, cubo inscriptus significat Horum e trigono archetypo profluxif-
 ,, se : baculus upupæ capite insignitus indicat mundum rerum va-
 ,, rietate veluti fulciri & sustentari; lituus harmoniam universi ;
 ,, gnomon ordinem & admirabilem rerum dispositionem designat.
 ,, Horus denique labra premens, digitoque silentia suadens, ad in-
 ,, effabilitatem mysteriorum indicandam. At Tomo 2. pag. 500.
 ,, ita de eadem statua ut & de aliis commentatur : Platonium id-
 ,, que celeberrimum epiphonema est, Deum inventu & cognitu dif-
 ,, ficilem : ita enim in Timæo asserit : Opificem quidem & mun-
 ,, di patrem invenire difficile, & cum jam inveneris prædicare, elo-
 ,, qui vulgo impossibile est. Quod cum verissimum sit, ideo Æ-
 ,, gyptii solo silentio & cultu intrinseco venerandum pulchre per
 ,, Sigalionem Harpocratem signabant, quem nunc nudum, nunc
 ,, reticu-

„ reticulata veste indutum, digito labris impresso silentia suaden-
 „ tem exprimebant. Puer nudus pingitur, quia deus ab omni ma-
 „ teria contagione longe remotissimus in perpetuo juventutis flo-
 „ re permanet inalterabilis, silentio potius colendus quam multis
 „ verborum ampullis describendus est. Cornucopiae sinistra tenet,
 „ quia bonorum omnium in se ubertatem continet. Dum baculo
 „ upupae capite insignito, cum lituo & gnomone pingitur, osten-
 „ ditur eum totius varietatis, harmoniae & ordinis mundani au-
 „ ctorem esse. Per Crocodilum quoque elingue animal, quod
 „ sub aquarum gurgitibus latitans acute videt, a nemine visum,
 „ ostenditur nullius linguae facundia eum, prout natura ejus fert,
 „ satis describi aut exprimi posse; qui invisibilis cum sit, & in di-
 „ vinae essentiae suae caligine latitans omnia tamen videt, omnia in-
 „ tuetur & moderatur. Unde eandem ob causam Aegyptii deum
 „ (in margine, ut vocant, libri scribitur, *Harpocrates loto insidens*,
 „ adjiciturque ejusmodi imaguncula) inducunt symbolo sane ma-
 „ xime appropriato, sedentem supra lotum, aquaticam scilicet arbo-
 „ rem, teste Jamblichio lib. de Mysteriis: quo significant deum
 „ principatu suo mundanum excedere lutum, nec attingere guber-
 „ nando, sed principatum gerere intellectualem & empyreum. At-
 „ que haec omnia adicere visum fuit, ne quis forte Kircheri senten-
 „ tiam desideret; licet ea examinare nec velim nec possim: utpote
 „ qui Aegyptiorum mysteriis, ut sic loquar, cum viro erudito non
 „ sum initiatus, nec investigandis gentis superstitiosae antiquitatibus
 „ horas meas impenderim. Monendus tamen es lector Harpocratem
 „ reticulata veste indutum esse figuram eam, quam in Mensa Isiaca
 „ litteris. K K. notatam exhibet, quamque Orum esse censet doctus
 „ illius enodator; & nihil eum, ita depictum cum Sigalione com-
 „ mune habere; aliudque vulgo signum Harpocrati tribui, quam
 „ lituum, gnomonem, & baculum upupae capite insignitum: & de-
 „ nique, ut hoc adjiciam, errare valde doctum Athanasium, Tom.
 „ 1. Synt. 1. cap. 4. Nomo 9. ubi de Oro & Sigalione ita commen-
 „ tatur: Vocatur haec urbs *Antinous*, ab Arabibus *Ansena*, sive
 „ *Αντινόπολις*, Stephano teste, a quibusdam Adrianopolis: Anti-
 „ noopolis dicitur ab Antinoo armigero Jovis, in caelum transla-
 „ to, quem multi cum Horo confundunt: unde & volunt Ho-

„rum hic coli solitum sub forma Sigalionis, ita Pausanias in Co-
 „rinthiacis. Sed primo Antinous nunquam armiger Jovis fuit;
 & si quid simile a veteribus, quod tamen vix credo, dictum est,
 factum illud, ut adularetur Hadriano Imperatori, qui memoriam
 Antionoi sive Dei sive Herois impense colebat: deinde nemo ve-
 terum Antinorum cum Horo confudit, & recentiorum nulla his
 in rebus auctoritas; tandemque Pausanias nullibi narrat Horum in
 urbe Antinoo sub forma Sigalionis cultum esse. Nam in Corinthia-
 cis pag. 141. narrat ille apud Trœzenios primum Ὠρον regnasse, &
 ab eo regionem Oræam vocari; sibi tamen videri nomen *Orus*
Ægyptiacum, non autem Græcum esse: in Arcadicis Antinorum
 coli a Mantinensibus, atque in urbe *Ægypti* Antinoo, & imagi-
 nes ejus plurimas Baccho similes esse: sed ne verbo quidem eorum
 meminit, quæ Kircherus annotavit. Ut autem nihil desit, quod
 illustrando Harpocrati inservire queat, adjicere insuper visum fuit,
 quæ alio loco & quidem ex professo, ut loquuntur, de eo com-
 mentatur idem Jesuita; cujus si sententiam præferre aliquis malit;
 imo si censeat imagunculam hanc nihil cum Harpocrate commune
 habere; & Naturam rerum vel tellurem esse, nullus repugnabo.
 Eruditorum judicio stabo vel cadam; nec tam pertinax opinionis
 meæ defensor sum, ut meliora videns Colchidis exemplo deteriora
 sequar. Ita Igitur Kircherus commentatur Tom. 1. Oedipi *Ægy-*
 „ptiaci. HAPPOCRATES. Sunt autem duplicis generis Canopi,
 „quarum illi qui figuram ejus, quem supra esignavimus, refe-
 „runt, teste Goropio, in scholis *Ægyptiorum* ponebantur, una
 „cum Harpocrate: per hunc insinuantes studiosos literarum silen-
 „tium observantes esse debere; per illum symbolice totum id, quod
 „homo ab infantia usque ad extremam senectutem debeat facere,
 „indicabant: verba Goropii Becani sunt. *Hic Canopus haud ali-*
 „ter in scholis *Ægypt.* pingebatur quam Harpocrates: & ut hic Deus
 „paulatim ex hominum ignorantia evasit; ita & Canopus in errorum
 „materiam tractus, varias vulgo præbuit fabulas. Hinc ego arbitror,
 „Laur. Pignorium, virum cæteroquin in omni antiquitatis gene-
 „re eximie versatum, hujus tamen generis Canopes cum Harpo-
 „crate seu Oro Isidis filio confundendi occasionem accepisse, non
 „alia de causa quam similitudine-idolorum deceptum. Cæterum Ca-
 „nopus

„nopus ab Harpocratis statuis maxime diversos esse ex sequentibus
 „patebit. Pingebantur enim variis modis Harpocratis statuæ, non
 „secus ac Canopi; ita tamen, ut Harpocrates omnes a Canopis in
 „eo distinguerentur, quod hi crassioribus ventribus tumidi in
 „turbinatam deinde superficiem desinerent, uti ex imaginibus eo-
 „rum supra relatis liquet; illi vero instar imberbis pueri, & nudi,
 „aut super lotis residentis, ut hic; semper digito prementis la-
 „bra, aut etiam fasciis involuti, uti ex appositis his imaginibus
 „apparet, efformarentur. Fuit autem Harpocrates Deus silentii apud
 „Ægyptios in summa veneratione: ita ut nunquam ab Osir. &
 „Iside abesset: pingebatur duplici ratione: 1. imberbis puer, nu-
 „dus, qui dextræ indice digito os signabat, digito silentia suadens:
 „Sinistra vero deorsum extensa sustinebat cornucopiæ, sursum ad
 „aures pertinens, frugibus refertum, inter quas eminebat nux pi-
 „nea: Dei vero caput mitra redimiri videbatur, qua aliquantum
 „in altum erecta desinebat in duas quasi volucres. Altera ratio
 „pingendi non differebat a ratione depingendi Canopos, puer ni-
 „mirum reticulata veste indutus, vel potius involutus fasciis qui-
 „busdam cum lituo, gnomone & baculo upupæ capite insignito,
 „uti in figura apparet. Fuit vero Harpocrates filius Osiridis &
 „Isidis, quem Plutarchus scribit post mortem Osiridis ex Iside ge-
 „nitum una cum Helitomeno, imbecillemque natum membris in-
 „ferioribus; alibi tamen idem auctor negat puerum fuisse imperfe-
 „ctum, neque aliquod leguminum existimandum: sed deum Ju-
 „veniles adhuc imperfectæ atque inarticulatæ orationis præsidem &
 „moderatore: ex quo digito ori admoto ipsum effingebant, ut-
 „pote silentii & taciturnitatis symbolum: huic quoque Mense Me-
 „sori id est Augusto legumina offerentes, ita canere solebant Æ-
 „gyptii *Γλώσσα τυχή, Γλώσσα δαίμων*: Natum autem Harpocra-
 „tem circa solstitium hybernum, asserit Plutarchus lentibus & fru-
 „gum primitiis cultum. Sed & Perseam arborem ei dedicatam,
 „quod hujus arboris frondes, linguæ, fructus autem cordi fit similli-
 „mus. Sacra porro quæ huic deo puero in civitate Buto fieri so-
 „lebant, sane maxime ridicula, S. Epiphanius narrat: nam Sacer-
 „dotes illum nutrire simulabant instar nutricum, in omnibus ve-
 „ro templis ubi colebatur Isis & Serapis, uti supra diximus, si-

„ mulacrum erat digito labris impresso, quod multi interpretantur
 „ tacendum esse illos itidem mortales fuisse. Figmentum hoc por-
 „ ro totum Ægyptiacum fuit quod digito labris impresso, silen-
 „ tium significaret de diis immortalibus habendum, in quos ne li-
 „ centiosi loquendo simus, a Platone etiam monemur legibus. A-
 „ lias Harpocratis sigillum in annulis gestare solitum a veteribus ea-
 „ de causa tradit Plinius, ut silentium de agendis rebus indicarent.
 „ Angeronæ autem effigies obligato, obsignatoque ore fuit apud
 „ Romanos, ut silentio prætereundum innuerent, in cuius tutela
 „ Numinis urbs Roma esset, quodque proprium illi nomen ob eam
 „ nim. superstitionem, ne tutelares dii sacris quibusdam avocaren-
 „ tur, devoverenturque. Hinc Valerium Soranum neci traditum
 „ constat, quod arcanum hoc propalare ausus esset; eaque de causa
 „ Plin. de Roma loquens ait: *Cujus nomen alteri dicere, arcanis cæ-*
 „ *remoniarum nefas habetur*: Atque ex hoc capite Harpocrates
 „ quoque Ægyptiorum in omnibus passim templis, adytis sacrariis,
 „ aliisque locis ponebatur; silentium indicens, *Quique premit vocem,*
 „ *digitoque silentia suadens*: Silentia, inquam, eorum sacrorum,
 „ quæ tunc peragebantur, variisque cæremoniis, adjuratione dæ-
 „ monum quoque adhibita, & provocatione geniorum institue-
 „ bantur: Verum inquit Martianus, *inter sacrificandum quidam*
 „ *puer stabat, ad os compresso digito salutare silentium commonebat.*
 „ Et in 7. *At tunc oborto terrigenis mussans tibi puer ille piceus, jus-*
 „ *sus monere silentium*: ubi notandum *piceum* illum puerum sic ap-
 „ pellatum a coloratis Ægyptiis. Hucusque Kircherus; & recte
 „ quidem ille Perseam arborem Harpocrati dicatam scribit; sed pri-
 „ mo *Helitomenium* male Isidis filium facit; deinde Plinius ne ver-
 „ bo quidem causæ meminit, cur Harpocratem in annulis gestave-
 „ rint Romani, & is qui reticulata veste induitur in mensa Pignorii
 „ Isiaca nihil cum Harpocrate commune habet. Quod autem Idem
 „ Jesuita arbitratur *Harpocrates Pantheos* amuleta (*Talismans* vocant)
 „ Ægyptiorum fuisse, in eo contrarius ipsi est Baudelotius de Dair-
 „ val Tom. 2. p. 394. uti ex his ejus verbis patet: *Je ne saurois*
 „ *convenir non plus du sentiment du pere Kirker qui met au rang des Ta-*
 „ *lismans Egyptiens les Harpocrates Pantheons. Je demeure d'accord*
 „ *qu' Harpocrate est originaire d' Egypte, mais je doute qu'il doive à ce*
 „ *pais*

païs ses frequens accroissemens : & l'explication que donne ce savant Jesuite aux differens attributs des Dieux, dont ces figures sont composées la plupart du tems, me parôit plus obscure & plus éloignée que les sources du Nil. Et quanquam nec ego Kircheri explicationes probem, tamen non video cur imagines ejus, licet variorum deorum insignibus ornatae, non potuerint ab hominibus amuleti loco gestatae fuisse; maxime quia inscriptio imaginibus ejus apud Goropium supposita illud suadet & evincit omnino. Præterea ecce tibi, Lector erudite, ministras Isidis, quarum alia binas Harpocratis imagunculas vasculis vel aliis rebus insidentes, alia eundem Harpocratem & bovem gerit; quod ultimum illustrat valde Apulejus: *Sequebatur bos parentis deæ simulacrum, quod residens humeris suis præferebat unus e ministerio*: Spartianus de Commodò: *Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet & Anubin portaret*. Jacobus Sponius, Vir certe doctissimus hæc docuit atque ex ejus Miscellaneis sequentem figuram desumpsi:



Ex verbis certe Apuleji, & Spartiani constat simulacra deorum a sacerdotibus gestata solemnibus in pompis fuisse: illudque etiam Isaïæ & Procopii Gazæi verbis firmat Isaacus Casaubonus; quem tamen, ut verum fatear, non satis capio, dum scribit, simulacrum Anubidis plures simul gestasse, ceterosque bajulos præcessisse Commodum; sed eum ivisse ante simulacrum, & qui illum gestabant Isiacorum sacerdotum agmen. Nam ego quidem puto hæc verba Spartiani, *Quum Anubin portaret, capita Isiacorum graviter obrundebat ore simulacri*, nihil aliud significare, quam Commodum gestasse solum Anubidis simulacrum, & permistum fuisse Isiacis, eorumque capita Anubi suo obtudisse Cappadoces Strabo scribit lib. 4. *Ἐόρων τὰ ὀμάνε πομπέειν simulacrum Omani in Pompea circumferre*: & Eufstathius pag. 128. Ecl. Rom. memoriæ mandat, *Diospoli maximum esse Jovis templum; ex eo Æthiopes sumere Jovis simulacrum, aliorumque cum eo demonum, statoque tempore per Lybiam circumire, magnifice per duodecim dies feriari, quia totidem habebant deos*: quibus in diebus a vero haut alienum est, etiam simulacra deorum fuisse circumlata; id quod certe suspicatur Gerh. Vossius, *ἐμψυχὸν illa βιβλιοθήκην lib. 2. divini operis c. 10. Macrob. 1. Sat. c. 23. Vebitur enim simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vebuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulacra: & subeunt plerumque provincie procures raso capite, longi temporis castimonia puri: ferunturque divino spiritu, non suo arbitrariu, sed quo Deus propellit vebentes*: Dionys. Hal. lib. 7. ubi pompam ludorum Circensium describit: *τελευταία ἡ πάντων αἱ τῶν θεῶν εἰκόνας ἐπόμπεον, ὧμοις ὑπ' ἀνδρῶν φερόμενοι*: *Extremum pompæ agmen claudebant deorum simulacra, que humeris feruntur a viris*. Et hac occasione notandum eos qui deorum parvas admodum statuas portabant, ita incessisse, tanquam forent gravissimæ: Claudianus 1v. Consul. Honorii v. 572.

— sic numina Memphis

In vulgus proferre solet: penetrabilibus exit

Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra

Limiger imposta suspirans veete sacerdos

Testatur sudore deum: —

Qui

Qui eleganter hac comparatione utitur, ut significaret grave etiam onus portaturos illos, qui novum consulem Honorium gestarent. cui *siderem* id est divinum vel ad instar deorum *onus* tribuit:

*Atque inter niveas alte veherere cohortes
Obnixisque simul pubes electa lacertis
Siderem gestaret onus —*

Et exstat hujus superstitionis insigne exemplum apud Pausaniam lib. 3. narratque cum pueri ad Dianæ Orthiæ aram cæduntur, sacerdotem fœminam ἔχειν τὸ ἕθρον', illud esse ἀλλῶς μὲν κέρρον ἢ τὸ συμφορτικόν, leve admodum propter brevitatem; sed tam grave fieri, ut sacerdos sub onere quasi succumbat, si quis ephœborum vel ob pulchritudinem vel ob natalium claritatem parcius cederetur. Et ita de Domitiani statua loquitur Papinius Statius,

*Vix sola sufficiunt, infessaque pondere tanto
Subter anhelat humus: nec ferro aut ære laborat
Sed Genio —*

uti recte hunc locum interpretatur Adrian. Behotius lib. 1. cap. ix. Apophor. qui potest vidèri. Inde est quod *pondus* diis soleat tribui, ut Baccho ab Ovid. 3. Met. 621.

*Non tamen hanc SACRO violari PONDERE pinum
Perpetiar. dixi:*

id est non patiar navem meam violari, nec Baccho vel puero illi, in quo numen esse cerno, injurias inferri. Jovi ab eodem 3. Fast. 330.

*Constat Aventinæ tremuisse cacumina sylvæ
Terraque subsedit PONDERE pressa Jovis.*

Idem lib. 4. v. 448. fingit limen regiæ Ditis ingemuisse, simul premeretur a sacro Junonis corpore: & lib. 15, v. 693. describens

bens Æsculapii sub serpentis forma ingressum in navem Romanorum :

*Corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa
Sensit onus : pressaque Dei gravitate carina
Æneade gaudent ———*

Et ita Homerus Il. N. v. 18. fingit, montes magnos & sylvas,
ἔρεα μακροὶ καὶ ὕλην tremuisse

Ποσειδὸν ὑπ' ἀθανάτοισι ποσειδάων ἰόντων.

Petronius quoque *pondus* diis tribuit in Carmine de bello civili:

*Sentit terra deos ; nudataque sidera pondus
Quæsiere suum ———*

id est sidera diis suis orbata, a diis relicta, uti doctissime hæc explicat Gronovius pater lib. Observ. 3. cap. 1. quærebant quasi gravitatem suam vel pondera, quæ sentiebant, cum dii in illis essent: & terra itidem *sentit deos* propter eandem gravitatem: quam loquendi formam eleganter ad Christum Dominum Deumque nostrum, si fas facerem rebus gentilium somnia miscere, transfert Sedulius lib. 2.

*Senserunt elementa Deum, mare fugit, & ipse
Jordanis refluas cursum convertit in undas.*

Et hinc tandem lucem capiet Ovid. 1. Fast. 82. ubi de initio Januarii & novis Coss. agit:

*Famque novi præeunt fascos; nova purpura fulget:
Et nova conspicuum PONDERA sentit ebur.*

tanquam scilicet dii forent, & majestate præditi. Nummis quoque Harpocratis effigies impressa est, quos recensere operæ pretium duxi, ne quis merito illos hic desideret.

Carolus Patinus in libro, quem inscripsit, Numismata Romanorum

norum Impp. ex ære, mediæ & minimæ formæ, Hadriani nummum vulgavit, in quo cernitur Harpocrates proboscide, ut arbitratur, ornatus : capiti imponitur solenne Ægyptiorum numinum insigne, & post tergum cernitur clava, cui aquila vel upupa, vel alia avis insistit. Ectypum apponere, fuit visum, non secus ac nummi Antonini Pii, qui apud Tristanum exstat;



35



Notandum præterea Plutarchum, non tradere Harpocratem, præfidem ac moderatorem esse imperfectæ & inarticulatæ orationis : verum, τὸν Ἀρποκρατίην εἶτε θεῶν ἀτελεῖ καὶ νήπιον, εἶτε χειροπῶν τινα νομισίον, ἀλλὰ τὸ πρὸς θεῶν ἐν ἀνθρώποις λόγῳ νεαρῷ καὶ ἀτελεῖ καὶ ἀδιδραστήτε προσάτιλῳ καὶ σωφρονιστῷ ; *Harpocratem neque deum imperfectum, & infantem, neque ullum leguminum esse existimari debere; sed præfidem & correctorem imperfecti & non intellecti hominum de diis sermonis.* Quæ quantum a se invicem discrepent, fatis superque patet.

Cernitur idem *Harpocrates* loto insidens in Antonini nummo apud Tristanum Tom. 1. cujus ectypum in ipsa dissertatione exhibui pag.

In Hadriani numismate apud Patinum Virum multis Antiquitatibus editis illustrem in Thesauro Mauroceni, *Harpocrates* stat inter Serapidis & Isis capita, volitante super ipsum aquila. In alio ejusdem Principis caput ejusdem dei cernitur, non secus ac in alio Antonini Pii : quorum ultimos uti arbitror eosdem esse

esse quos delineandos curavi, ita primus forte idem cum eo, quem ex Choulio exhibui in Dissertatione ipsa.

In ΠΡΟΖΩΠΙΤΩΝ. *Prosopitarum* laudati Thesauri nummo occurrit figura sedens dextram ori admovens; quam Patinus arbitratum Harpocratem esse, idque eo magis, quia est in Hadriani honorem signatus.

In nummo Veri duo sunt Canopi, intermedio *Harpocrate*, & infra cum aquila, teste eodem.

MENEΛΑΙΤΩΝ in M. Aurelii honorem percussus existat nummus, cum *Harpocratis* icone, in Gaza Regia. *Menelaites* in *Aegypto* nomos apud Plinium lib. 5. sect. 9. Stephano: Μενελαῖος, πόλις Αιγύπτου... Ἐιδνικόν, Μενελαΐτης: uti Harduinus testatur.

In nummi Σευθίων, *perinthiorum* parte una Serapis & Isis, in altera *Harpocrates* in Gaza Regia, teste eodem occurrunt.

ΟΕΥΡΥΓΧΙΤΩΝ, Antonini Pii nummo apud Ligorium sunt Osiridis, Isis, Harpocratisque insculptæ imagines: uti idem memoriæ mandat.

In ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ nummo, quem Caracallæ dicunt Cupido alatus tedæ inversæ innititur in Gaza Regia: Alter ejusdem Principis Harpocratem exhibet: digitum is ori admovet, læva copiæ cornu gerit: ut monet idem. Cum autem non absque ratione existimarem, ectypos horum nummorum illustratos valde hanc qualemcunque meam curam, rogavi perillustrem Virum, quem num magis illustret præclara eruditio, an singularis humanitas, an vero Amplissima dignitas incertum, Ezech. Spanhemium, ut ad me eos delineatos mittere vellet. Dedit hoc mihi illustris Legatus, fecitque ut Morellius, sollers ille enodator & delineator numismatum, quemadmodum laudatissimum ejus Specimen ostendit, mihi ex Gazæ Regiæ præclaris nummis Sigalionis signa formaret: addiditque aliam ejusdem numinis imaginem expressam e veteri onyche, quam possidet Bisotius, eruditionis præstantis Abbas; quo nomine certe plurima me & Spanhemio, & Bisotio, & Morellio debere fateor lubens merito.



ΑΥΤ. ΚΑΙ ΤΑΙΑ. ΑΔΡΑΝ.
ΤΩΝΕΙΝΟC ΕΥCΕΒ. Caput
Antonini p̄i laureatum.



ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. Caput
Trajani laureatum.



Μ. ΑΥΡΗΑΙΟC ΚΑΙCΑΡ.
Caput M. Aurelij juvenile opertum.



ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ.
ΔΑΚΙΚ. Caput Trajani
laureatum.



ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙΑΝ.
ΑΔΡΙΑ. CΕΒ. Caput
Hadriani laureatum.



ΑΥΤ. ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝ.
Caput Hadriani laureatum.



idem.



Α.Κ.Μ. ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟC
ΕΥCΕΒ. Caput Philippi P.
Nimphus serpente consutus
distinctam delineationem non ad-
mittit.



Caput Antonini p̄i laureatum.



ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ.
ΑΝΤΩΝΙΝΟC.
Caput Caracallae.



Agath. Onyx de Non-
fleur l'Abbe Desot.

Præcipue autem signa observanda sunt bina, quæ in nescio quod monstrum, vel avem vel serpentem cujus cauda in terram vergit

git, desinunt, mirus barbaricusque capitis ornatus, qui in Onyche Illustris Bisotii cernitur; & denique aries, qui comitatur in nummo Adriani Harpocratem, vel forte Antinoum Harpocrati assimilatum.

ΠΕCCINOYNTIΩΝ Faustinae Junioris nummus e Museo S. Genovesæ, cum Harpocratis icone, digitum admoventis ori, læva copiae cornu gestantis, qua forma & in icuncula ænea expressum vidimus. Colebatur is silentii deus ab Ægyptiis imprimis cum Iside ac Serapide, ut refert August. lib. 18. de Civ. Dei cap. v. Hujus Naso meminit, tacito nomine cum Ægyptia numina recenset lib. ix. Metam. v. 692.

*Santaque Bubastis, variisque coloribus Apis
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet.*

Est autem is & in Pessinuntiorum nummis, quod Græcum ajunt Philosophum hunc fuisse, qui silentium & suis præciperet, & rebus omnibus anteferebat, Idem. Sed quod de Harpocrate philosopho Græco notat, non memini me apud ullum veterem legere; & videtur secutus esse vel Calepinum; vel Guiell. LLOYDIUM Harduinus, qui similia tradunt in Lexico dictionario Historico. Mihi equidem ne dubitandum quidem videtur HARPOCRATEM in Pessinuntiorum nummo cerni, quia illi exemplo tot populorum Ægyptia numina receperant, & adorabant. Quo pertinet ne vel nummos vel inscriptiones in medium adferam, Plutarchum in libro de Iside & Osiride notare, ἴσιν καὶ τὰς ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ habere & cognoscere omnes, & nonnullos ἢ πάλαι τοῖς παρ' Αἰγυπτίων ὀνόμασι didicisse eos appellare, licet jam inde ab initio illorum vim cognoverint, atque honoraverint. Quibus significat philosophus omnes populos, aliis licet nominibus, Isidem & Ægyptios deos, Osirim, puta, Sarapin, Oorum, Harpocratem coluisse; sed suo tempore etiam ipsis nominibus Ægyptiis deos appellare, vel Ægyptiorum numina veris germanisque nominibus coluisse. Quod si talia aliis excidissent, illius certe se ludibrio & contemptu jactasset Harduinus, id quod eum variis in locis facere animadverti: & eorum ex numero cum ipse

ipse sim , recte me facturum existimavi , si aliquot exemplis doceam , quam graviter ille se alienis plumis exornare queat . In nummo igitur Philippi patris pag. 192. non conspiciatur , uti Trifanum sequutus existimavi , *Jupiter Optimus Maximus Helvius* , sed *Heliopolitanus* ; in Domitiani $\kappa\omicron\delta\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ non sit nomen viri , sed ex integrioribus numismatis legatur $\delta\eta\ \nu\epsilon\omicron\kappa\upsilon\delta\epsilon$. $\Theta\alpha\sigma\iota\omega\nu$; in Herennii Etrusci itidem ex integrioribus $\epsilon\alpha\lambda\iota\tau\omicron\nu$ pro $\kappa\alpha\lambda\iota\tau\omicron\nu$; in Alexandri Severi COL. AUR. PIA. pro COLONIA AUGUSTA PIA : an continuo *falsitas* mihi objici a viro industrio quidem , sed confidentis precipitisque ingenii potest ? Ego nummos editos sequutus sum ; cumque alios inspicere integriores his in terris fere negatum sit , nullo jure nec culpari persuasum arbitror habebunt ii , quibus de meliore luto . Quin imo de Jove Heliopolitano dubituros nonnullos persuasus sum , qui in Thesauro Mauroceni invenient in Septimii Severi numismate , COLONIA HELVIA I. O. M. Helvio ; & in Juliae Domnae , COL. HELVIA ; quae certe ad Heliopolitanum referri nequaquam possunt : & ratio quam affert ad refellendos Salitas Pannoniae non satis firma videtur quia & Daci Graeca usi sunt lingua , in his monumentis : uti patet ex iis , quibus inscribitur $\tau\rho\alpha\iota\alpha\nu\eta\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma\tau\eta\varsigma$, quos ipse Harduinus refert ad Coloniam Dacicam Sarmiz . Nec certe haec attigissem loco alieno , nisi liberali adferere causa manu deberem , quae vel a me inventa primum , vel occupata sunt , quaeque nuperus scriptor , reddo illi verba sua , sibi vindicat ; ut quae pag. 259. de nummo , in quo $\epsilon\kappa\omicron\rho\alpha\upsilon$ legebatur . de altero pag. 278. in quo $\kappa\omicron\iota\omega\nu\ \mu\epsilon\iota\alpha\eta\varsigma\iota\omega\nu$: quae pag. 281. de *cultris Lampfaciis* ; quae pag. 337. de *Sabina Augusta Nova Cere* : quae pag. 360. de *Novio Ruso* : quae pag. 420. de Claudii nummo apud Seguinum , in quo scribitur $\kappa\lambda\alpha\upsilon\delta\iota\omicron\upsilon\ \varsigma\epsilon\beta\alpha\varsigma\tau\omicron\upsilon\ \gamma\eta\epsilon\iota\rho\nu$. quae pag. 425 , & 427. de nummo Commodi , in quo legitur $\rho\omega\mu\alpha\iota\omega\nu\ \eta\rho\alpha\upsilon\lambda\epsilon\iota\omega\nu$; quae pag. 432. de Dorylao praetore , & de Hyrcaniae populis , quod nunquam nummos percusserint in honorem Imperatorum Romanorum : quae pag. 441. de posteriore capitis parte tecta eorum , qui inter deos sunt relati : quae pag. 463. de Creschio Philopatore : quae

pag. 464, de concordia Mileſiorum & Smyrnæorum : quæ pag. 476. de Concordia Doriensium & Jonum : quæ pag. 497. de præterveſtione Maleæ : quæ pag. 523. de Hircanis Lydiæ : quæ pag. 527. de Deo Marino : quæ de errore Ludov. Nonnii in explicando Athenienſium numiſmate ; & tandem quæ pag. 598. de Conſtantiniana Daphne monet. Hæc omnia , præterquam quod *præterveſtionem Maleæ*, etiam notaverit eruditiffimus Oxoniensium Marmorum poſt Seldenum Interpres , mihi obſervata ſunt , antequam Harduinus librum ſuum luce donaret publica. Et quanquam eadem ipſi in mentem venire potuerint , id quod , ut puto , nemini perſuaderi poterit , tamen communia ſtudia & ipſum illud humanitatis nomen videntur flagitare , ne talia celentur ; maxime , quando leviora errata & quæ ex corruptis nummis oriuntur , additis virorum eruditorum nominibus carpuntur ; & quæ ab iſdem bene notata ſunt vel curis inferuntur ſecundis , vel addendis ; id quod cum viſum fuerit facere Harduino , certe nemo credet nunquam , eum ante lectas curas meas , hæc obſervaffe ; cum proculdubio libro ipſi ea inferuiſſet. Sed fruatur ille ingenio ſuo ; ego hæc monenda eſſe perneceſſarium duxi ; uti videant eruditi , quam male mecum actum ſit. Certe ſi otii abunde foret ad totum librum diligenter examinandum ; vel ſi daretur occaſio ipſos nummos inſpiciendi , nullus dubito , quin graviores frequentioreſque errores deprehenderem : quam provinciam uti audio ſuſcipere viros in Galliis doctiſſimos , ita eam illis libenter permitto. Videant tamen iidem ; an non in nummo Hadriani pag. 249. ΠΡΟΝΟΙΑ. Κ. Β. debeat explicari , Κοῖνον Βετθονίας , προκιλικίας δευτέρως , quod Harduino placet ; cum in aliis ejuſdem Principis nummis occurrat Κοῖνον Βετθονίας , & ipſe geminum Κ. explicet , Κοῖνον κιλικίας ? an non in nummo , cui inſcribitur VEHICULATIONE ITALIAE REMISSA conſpiciantur potius *equi* , vel *muli* quibus curſus publicus peragebatur , *paſcentes* , quam *aſini* ? an non EXERCITUS SARMATICUS dicatur potius ille , qui adverſus Sarmatas excubabat ; quam qui e Sarmatis conſtabat ; cum & ita *Dacicus* ex *Dacis* , RHAETICUS ex *Rhoetis* ,
BRI-

BRITANNICUS ex Britannis, MAURETANICUS ex Mauritanis, SYRIACUS ex Syris debuisset esse compositus; quod a ratione plane alienum est? & num ex his Spartiani verbis, *Legatus in Pannoniam inferiorem missus, Sarmatas compressit, disciplinam militarem tenuit*: unquam probari poterit, Hadrianum Imperatorem factum, e Sarmatis, quos Trajani principatu devicerat, exercitum confasse? an non in veteri inscriptione hæc verba: SESTERTIUM NOVIES MILLIES CENTENA MILLIA N. exponi debeant NUMMUM, pro *Numero*? certe ita Romani loqui solebant: alia Inf. apud Sponium p. 296. SESTERTIA CENT. MILIA. NUMMUM. & rursus pag. 292. DONATIONIS CAUSA MANCIPIO ACCEPIT Hs. XI. UNO, id est, sestertio nummo uno, an non in Perperinorum nummis panthera potius, quam canis Bacchum comitetur? an non in nummo quem ad Lenæos refert Holstenius, & Harduinus ad Mitylenæos, pro ΓΑΜΟΥ. scribi oporteat ΓΑΛΛΟΥ. ita ut strategus hic fuerit vocatus *Gallus Epimachus*, si modo ultima vox incorrupta est? & denique num tandem credibile sit Romanos Imperatores, qui majestatis jura tam sollicitè conservabant, passuros fuisse, ut urbes vel provinciæ in nummis testarentur, sese monumentum illud pro consulibus posuisse; id quod pag. 220. & 274. traditur? cum mihi longe verisimilius videatur numismata illa signata esse *proconsule Volosenna, & Proconsule Eprio Marcello*; quod cum & aliis eruditis placuerit, nescio quare ab iis in alia omnia ierit vir eruditus: qui saltem cogitare debuisset, capitale fuisse nummos vultibus suis signare & propterea neminem proconsulum facile passuros, ut urbes ipsis nummos veluti monumentum ponerent, & quasi sacrarent. Unde nec puto, quod nonnullis tamen Antiquariis videbatur, in Smyrnæorum nummo cerni proconsulem Frontinum, sed potius Jovem ibi cultum, licet caput ejus nullo insigni cingatur, addaturque ΑΝΘΥ. ΦΟΝΤΕΙΝΟC; quanquam non diffitear alteri opinioni facere casum nominativum, ut vocant. Considerent præterea Eruditi, an *Arcadia, Ægypti* pars ita vocata sit, quod

quod ut Achajæ umbilicus Arcadia est, mediterraneaque tota regio sit tractus ille, medium in Ægypto obtinet situm? & an Eustathius ad Dionysii perægesin commentetur, illud nomen datum esse Heptapoli vel Heptanomiæ, *ab Arcadio rege quodam*, vel *ab Arcade rege*, uti scribit p. 370, & 482? Certe mihi longe verisimilius videtur & urbem Ægypti *Arcadium*, memoratam Stephano, & regionem ejusdem nominis ab Arcadio Imperatore nomen accepisse; nec existimo alia tradere Eustathium ad Dionysium: Ὅτι, ait, ἡ κατ' Αἴγυπτον ἐπὶ ἑπταπόλις, καὶ Ἀρκαδία, εἰς, ἀπὸ τῆ βασιλείας Ἀρκαδία, ὑπερον ἐκκληθήσθην. Πρὸ ᾧ τῆς καὶ ἐπτανόμου καὶ ἐπτανομία ὠνομάσθη. καὶ τῆς μὲν ἐκαλείτο δὲ τὸ ἑπτά ἔχει νόμους. Nullibi in his Eustathii verbis *quidam rex* occurrit, qua additione videtur Harduinus indicare, Arcadium hunc quendam Regem Ægypti fuisse; nullibi *Arcas rex*; sed tantum *Ἀρκαδίου βασιλεύς*, qui certe nullus alius est quam Arcadius Imperator, qui Orientem obtinuit; cui Ægyptus attribuebatur, uti notissimum est, constatque satis ex Notitia utriusque imperii, in qua etiam provinciæ *Arcadia* in Ægypto fit mentio. Observandumque hanc vocem de regionis istius præfectura non occurrere, nisi apud auctores Arcadio & Honorio posteriores, quod non leve argumentum est, a priore Heptapolin nomen illud accepisse. Examinent Eruditi, num verisimile sit Pontificem Aurelium Chryso-
gonum etiam *Viatorem* fuisse? Attamen hoc docet Vir eruditionis haud vulgaris pag. 536, ex nummo, in quo legitur: ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΧΡΥΣΟΓΟΝΟΥ. ΟΔΕΥΤΟΥ. ΧΙΩΝ. *Sub Pontifice Aurelio Chrysogono Viatore Chiorum*: additque, *Viatoris officium quodnam fuerit*, aut quæ dignitas ex Inscriptionibus Gruteri intelligi posse, easque consuli debere. Certe ex illis inscriptionibus luce meridiana clarius constat, *Viatores* apparuisse Magistratibus, Consulibus, Prætoribus, Ædilibus, Quæstoribus, Tribunis, atque adeo ipsis Cæsaribus, imo & collegiis; ex quibus omnibus nihil aliud conficitur, quam hos homines fuisse vilioris conditionis, nec melioris, quam eos, quos describit Columella in præfat: *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, a villis ac-*
cer-

cersebantur in Senatum. Ex quo qui eos evocabant VIATORES nominati sunt : qualia etiam apud Festum & alios legere licet. Et quamvis Viatores postea ejusmodi munia non obierint, constat tamen eos apparuisse & præsto fuisse iis, quorum Viatores erant; & propterea verisimile nequaquam esse Αγχιερέα illud munus obiisse. His adde Græcis Viatorem, vel qui iter facit, vocari quidem ὀδίτω, ὀδευτῶ, & ab ὀδεία deduci posse ὀδείτω; sed nullo auctore probari Viatorem, qui Magistratibus apparet, ita appellatum fuisse unquam. Quod si mihi igitur licet post virum doctissimum aliquid conari; putarem Pontificem vel Αγχιερέα hunc vocatum esse Aurelium Chrysogonum Odeiten vel Oditen; quo nomine etiam Centaurus fuit, quem Mopsus apud Ovid. l. 12. Met. v. 457. occidit

—— Mopso jaculante bisformis

Occubuit, frustra que loqui tentavit Odites.

Et ut apud Græcos ὀδίτης vel ὀδείτης (sæpe enim hæc promiscue in nummis scribuntur) nomen proprium fuit; ita etiam Viator apud Latinos, quibus etiam Viatorina nomen est muliebri, uti ex Inscriptionibus Gruteri, quæ consuli possunt, patet. Constatque non modo ex variis monumentis illius ævi Græcos habuisse cognomina, verum etiam ex App. Alexandrini in Bella Punica præfatione: qui ita loquitur: *Ceterum nomen olim cuique Romano unum erat, ut hominibus omnibus: post accessit alterum: nec ita dudum etiam tertium ceptum est addi quibusdam, quo magis agnoscerentur ex aliqua virtute animi aut corporis nota: κατὰ γὰρ τῶν Ἑλλήνων πᾶν ὅτι τὰ ὀνόματα ἦσαν ὀπι- κλήσεις; quemadmodum & Græcorum nonnullis præter nomina erant cognomina.* Videant tandem doctrinæ præstantis viri, an quicquam ad rem faciat, quando de Apollonia urbe Joniæ agens, addit; esse & alteram quidem Ἀπολλωνίαν τῆς Ἰωνῶν in Thracia, auctore Stephano; negatque fidenter aliquam Thraciæ regionem Joniam dictam esse? Certe Jonia nunquam Thraciæ pars vocata est, & tamen hi Jones, non sunt alibi quam in Thracia quaerendi. Nam Græci multas eo colonias deduxerunt: Apud Polyb.

lyb. lib. 9. c. 22. Chlæneas Ætolus memorat inter Græcos qui Thraciam colebant, τῆ δὲ ἐπὶ Θράκης Ἑλλάνων, fuisse corpus veluti quoddam & Rempub. coloniarum ab Atheniensibus & Chalcidensibus eo deductarum; interque eas primas tulisse Olynthum. Idemque etiam Jones fecisse, & Milesios (quorum urbis Joniæ quondam totius, teste Mela, belli pacisque artibus princeps, Apolloniam colonos misit) docet nos auctor anonymus in periplo Ponti Euxinii quem Isaacus Vossius, magni patris magnus filius edidit, quemque nonnulli male *Scylacem* appellant: Ἐὐπίω πάλυ Ἀπολλωνίαν πόλιν κτίξουσιν εἰς τὰς τόπας ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι πρὸ πενήκοντα ἐτῶν τῆς Κύρου βασιλείας· πλοῖσας γὰρ ἀποικίας ἐξ Ἰωνίας ἐσείδεν εἰς τὸν Πόντον τὸν πρὶν ἀξένον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων, προσηγορίας ἐποιήσαν Ἐυξείνῃ τυχεῖν: i. e. *Hanc urbem Apolloniam condidere Milesii, cum in hac loca devenissent annis ante Cyri regnum quinquaginta. Plurimas enim colonias deduxerunt ex Jonia in Pontum: cui prius Axeno, propter barbarorum irruptiones dicto, cognomen Euxini imposuerunt*: Stephanus Apolloniam sitam ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμύδασῳ, quæ eadem cum nostra, facit ἀποικίαν Μιλησίων καὶ Ροδίων: quam urbem Demosthenes vocavit Ἀπολλωνίαν τῆ δὲ ἐπὶ Θράκης Ἰώνων, propter coloniam ab Jonibus eò deductam: quæ nequaquam, ut facit ille, a priori distinguenda, sed cum ea una eademque est: Et Vir eruditus Cardinalis Carpegnæ nummum arbitratur inscribi, Ἐυξείνων Ἰώνων νεοκόρων, quia in Thraciam Jones colonos deduxerunt: quanquam non ignorem ejusmodi inscriptiones aliter interpretari posse. Has autem Jonum colonias celebrat Ovidius lib. 3. Trist. Eleg. 9.

*Hic quoque sunt igitur Graia (quis crederet) urbes
Inter inhumana nomina barbarie
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Grajas constituere domos.*

Sed occasione urbium in Thracia conditarum, examinare placet

cet Hygini verba Fab. 186. *Jam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem, & indicant ei perfidiam Theanus. Post qua Metapontus duxit conjugio Menalippen, eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt, Bæotus Bæotiam, Æolus Æoliam.* Primo ibi legendum videtur esse *Italiam*: non secus ac in alio ejusdem capituli loco, quia mentio fit *Dianæ Metapontinæ*, quam a Metapontinis Italiæ incolis cultam fuisse docet insuper Justinus l. 20; & quia urbs ea a Metaponto, quem barbari *Μετῶπον* vocabant, Sisyphi filio nomen suum accepit, teste Stephano. Deinde ne mirum alicui appareat, Bæotiam ad Propontidem collocari, observandum, non intelligi hic regionem, quam tamen alii a Bæoto nostro nomen accepisse scribunt, sed urbem eo nomine Thraciæ, quæ ad Propontidem sita fuit; cuius urbis meminit Stephanus: *Ἔστι ἡ καὶ Βοιωτία ἐν Θρακίῃ, ἡ Ἐθνητῶν ὁμοίον Βοιωτός;* ubi male eruditus Judæus rescribit *Βοττία*: præterea Æoliam videtur Propontidi adscribere Hyginus, cum tamen regio illa sita fuerit ad mare Ægeum; sed videant eruditi num rescribi debeat *Æolium*; quo nomine urbs vel πόλις fuit τῆς Θρακίας χερρονήσου; teste Stephano: qui mox hæc verba Theopompi addit: *Θεοπόμπῃ ἐν Φιλιππηνοῖς εἰκοστῇ τεύτῃ. Επορεύθην εἰς πόλιν Αἰόλιον τῆς Ἀττικῆς μὲν ἔσθ' ἐστὶν, πολιτευομένην ἢ μετὰ τῶν χολκιδέων: Theopompus philippicorum vigesimo tertio: Profectus sum in Æolium Attica urbem, sed qua legibus Chalcidensium utitur: ubi legi debere τῆς Θρακίας existimo, in qua urbem eam sitam esse, ipse Stephanus scribit: Plinius tamen peninsulæ illius extremam frontem, l. 4, c. 11. ita appellat *Turris & delubrum Protefilai*: & in extrema Cherronesi fronte, quæ vocatur *Æolium*, oppidum *Eleus*: & si idem designatur locus, *Æolium* non in illa Cherronesi parte, quæ propontidi adjacet, sed quæ mari Ægæo, sita fuit. Inficias etiam ire nolim in Epigrammate, quod ex bibliotheca Vaticana edidit præstantiss. Holstenius *Æolium & Bæotum Neptuni & Menalippes filios dici, & hoc carmine celebrari;**

Τένεκα γδ καὶ πεφόντατε ἀλκιμοὶ ἄνδρες
Ὅς μὲν ἀπ' Αἰολίης, ὅς δ' ἀπὸ Βοιωτίας.

Ubi licet *Aeolia* & *Boeotia*, regiones, debeant intelligi, non tamen ullo modo de iis Hyginus potest exponi; quippe qui diferte *Propontidem* memoret.

F I N I S.



GISBER.

GISBERTI

CUPERI

MONUMENTA ANTIQUA



INEDITA.


GISBERTI

CUPERI

MONUMENTA ANTIQVA

INEDITA






MERCVRI
RECTVS VE
FORVM
DIEBVS
DIEBVS
V. S. J. M.



○ ВЕСИ

ИТАР

МЕРС





GISBERTI CUPERI
MONUMENTA ANTIQUA
I N E D I T A.



Monumenta Antiqua haud poenitendam, imo praecipuam Philologici studii partem esse, plurimos summæ etiam dignitatis viros illorum amore duci, eosdemque nihil antiquius habere, quam veteris ævi reliquias conquirere, neminem, nisi cui mens tarda plane, & qui harum deliciarum ignarus vivit, arbitror dubitaturum. Atque hinc consilium mihi natum, Inscriptiones, Statuas, Nummos edere, & HARPOCRATI adjicere; idque eo magis, quia omnia nova plane & *avéudoæ*, habiturique Palæstram eruditi, in qua bona fide sese exercere queant. Agmen eorum ducent veteris superstitionis reliquias, apud Noviomagum repertæ, quibus feliciter Cimeliarchium suum, nummis elegantissimis aliisque rebus refertum non ita pridem exornavit, Natalibus & meritis insignis Dominus Baro de Heekeren, Comitatus Zutphaniensis Præfectus, & ad Collegium Perillustrium Fœderatæ Belgicæ Ordinum Equestris Ordinis nomine Delegatus. Et lapis quidem notatus littera A. crassus est duos, & altus tres pollices cum dimidio mensuræ Rhénolandicæ. Capita humanum, caninum & alterius bestię ex ære sunt, & lapidi inserta, ita tamen
ut

ut eximi inde non possint. Quid autem hæc sibi velint, aut quomodo interpretari debeant, malo me fateri ignorare, quam frivolis conjecturis indulgere. Litteræ O. M. videntur suadere extritum esse I. ita ut sit JOVI OPTUMO MAXIMO. & nomen viri, qui hoc monumentum posuit erit, JULIUS. LUCIUS. VILO. Nam licet initio apud Romanos *Julius* fuerit nomen gentis, postea tamen prænomen factum est, uti ex variis apud Gruterum & Reinesium Inscriptionibus patet. Ad quem vultus juvenilis debeat referri incertum plane mihi est. Nihil certe cum Jove simile habet; videturque potius esse vel *Vilonis*, vel consanguinei ipsius, cujus vultum ille Jovi vel alteri deo, quia sanitati restitutus, morsus forte a cane, fuit, sive aliam ob causam, dedicavit. Neque tamen *Optimi Maximi* cognomen soli Jovi tribuitur: tulitque idem *Penninus Deus* teste inscriptione, quæ legitur in monte S. Bernardi

LUCIUS. LUCILIUS
DEO. PENNINO
OPTUMO
MAXUMO
DONUM. DEDIT.

cujus dei statuæ dejectæ alteram Jovis substituissè Augustum Antiquarii observarunt. Sic etiam MAXIMUS aliorum numinum epitheton est. MERCURIUS MAXIMUS occurrit in lapide veteri apud Tomasinum lib. de Donariis & Sponium: Juno se *maximam* vocat apud Ovid. lib. 3. Metam. Pausanias in Achaicis memorat fanum *μεγίστων καλυμμένων θεῶν*; & Inscriptio apud Transylvanos reperta, posita est DEO. QUI. EST. MAXIMUS, Lazio teste. Sed edita nuper est inscriptio, quæ bina illa Jovis cognomina servat, quam illustrare hac occasione conabor:

JOVI. O. M. ET
FIDEI. CAND. SACR.

Vir præstantissimus, qui rebus humanis jam exemptus est, & plurima de Rep. Litteraria meruit, ingeniose arbitratur sese *Fidem Candidatorum* repperisse: sed mihi FIDES cognominatur CANDIDA; quippe quam S. Rufus & Victor in regione Urbis octava memorant, & quæ illud nomen forte habuit a vestitu candido: Horatius,

Te

Te spes & albo rara Fides colit

Velata panno —

Urna sepulchralis una cum basi notata littera B. est undecim pollicum altitudine; figulina, coloris albicantis; ut multæ similes in ripa Rheni & Vahalis Gallica inveniuntur; basis, quam ea qua est magnitudine, etiam exhibeo, est lapis quadratus ex monte excisus, & tam firmiter urnæ materia quadam affixus, ut post tantum temporis spatium avulsa non sit. Ab uno latere legitur, uti clarissime apparet,

MERCURO
ET. REGIS. FIL.

Mercurium a Gallis præcipua religione cultum esse, docet Julius Cæsar lib. 6. de Bel. Gal. c. 17. *Deum maxime Mercurium colunt: hujus sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium faciunt: hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad questus pecuniæ, mercaturasque habere vim maximam arbitrantur: Germanos Gallorum vicinos idem numen coluisse testis est Tacitus in Germania; apud quem etiam in Annalibus, Victores diversam aciem Marti & Mercurio sacrant, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Sed hæc non est præcipua causa, quare nomen ejus legatur in urnæ sepulchralis basi; verum quia ut Claudianus canit,

— Commune profundis

Et superis numen, qui fas per limen utrumque

Solus habet, geminoque facit commercia mundo.

& quia tam inter deos superos quam inferos numerabatur. Uti enim notissimum est, mortuos fingitur deduxisse; atque ob id Πομπῆς & χθόνιου, ἑμίας ἢ ψυχῶν ψυχαγωγός imo & Ἐρχό-
νιου, teste Auct. Magni Etym. appellatus fuit. Inde scribit Artemidorus lib. 2, c. 42. Mercurium in somnis ab ægrotantibus visum portendere mortem, quia animarum deductor est: νοσητάς ὃ ἀναρεῖ, ἡ δὲ τῆ ψυχόπομπου νενομίσθαι. Eos qui campos Elyfios ingrediebantur, ducebat ardentem facem manibus gestans; Val. Flaccus lib. 1. extremo :

Quos omnes lenis plantis, & lampada quassans

Progenies Atlantis agit. Lucet via late

Igne dei: donec sylvas & amena piorum

Deveniant, camposque, ubi sol, totumque per annum

A a

Durae

*Durat aprica dies, thyasique chorique virorum,
Carminaque, & quorum populorum nulla cupido.*

Virgam illi tribuit Virgilius, ejusque exemplo Horatius,
*Tu pias letis animas reponis
Sedibus, virgaque levem coërces
Aurea turbam* ———

Ut igitur *Diis Manibus*, *Deoīs κατὰξ Δοῖοις*, *Plutoni*, *Proserpinae* sepulchra inscribebant, iisque quasi mortuorum eorumque cineres commendabant; ita idem honor habetur *Mercurio*; atque apud Boiffardum deus hic sepulchrum videtur aperire, addita inscriptione; ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ. Sed quid erit.

ET. REGIS. FILIO?

an dicemus barbari cujusdam Reguli filii reliquias hac urna conditas, & Mercurio deductori animarum commendatas fuisse; sed obstat urnæ materia, quæ fictilis, nec ullo pacto regio sanguini digna est: an potius exponenda scriptura hæc erit ET. REGISONIS. FILIO, ita ut hujus cineres fuerint in urna conditi? Certe REGISO, monumentum, quod notatur Lit. BB. Mercurio dedicavit: illudque eodem in loco inventum fuit. Quæ conjectura si alicui placet, lapis notatus Lit. C. exponi posset MERCURIO REGISONIS FILIO; ita ut particula copulativa omiſſa sit; ara autem signata Lit. D. MERCURIO REGISONIS, ita ut deus cognomen a cultu Regisonis acceperit: quod non infrequens esse clarissimis exemplis constat. DIANA RAESIANA nomen habet a familia Ræſianorum: CERES ORCILIANA ab Orcilia: FORTUNA TORQUATIANA a Torquati apud eruditissimum Sponium in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis. Similiter in marmoribus occurrunt, FORTUNA FLAVIA, PLUTO NERVIANUS, HERCULES AELIANUS, quemadmodum docet Raphaël Fabrettus cap. 8. eruditissimi Syntagmatis De Columna Trajana; ubi & idem apud Græcos obtinuisse ostendit. Et DEUS MERCURIUS CISSONIUS, nec non JUNO CISSONIA, uti me docuit Baudelotius elegantis ingenii vir; quippe qui Dii nomen habere videntur a familia vel gente Cissonia, ex qua fuit Q. CISSONIUS Q. F. HOR. APRILIS ARCHITECTUS AUGUSTORUM memoratus Grutero; qui in tribum *Horatiam* relatus, non autem dictus fuit *Horapri-*
lis.

lis. Ex his certe clarissime patet diis, hominum cognomina fuisse inedita; quam in classem tamen num referre *Jovem Agamemnonem*, & *Stratonicida Venerem* debeamus equidem dubito. Neque enim Jupiter vocatus *Agamemnon*, sed rex ille regum & dux ducum post mortem consecratus & Jupiter appellatus videtur esse: Athenagoras; ὁ δὲ λακεδαιμόνιοι Ἀγαμέμνονα Δία σέβει: Clytemnestra apud Lycophronem,

Meus vero maritus captiva dominus sponsa

Ζεὺς Σπαρτιάταις αἰμύλοισι κληθήσεσθαι

Summos honores ab Oebali filii consecutus:

ubi Tzetzes notat: Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἰδρύοντες Ἀγαμέμνονα Διὸς ἱερὸν εἰς τιμὴν τῆς Ἡρώ; quod idem de Venere Stratonicide Antiochi Soteris uxore apud Tacitum, & in Marmor. Arundellianis judicandum est. Quæ reliqua basis latera cingunt voces atque litteræ explicari plane nequeunt, maloque hæc aliis relinquere, quam incertis conjecturis tempus atque otium perdere. Notandum autem scribi MERCURO, non *Mercurio*; sed cum in lapide, quem explico, secundum R. sit reliquis litteris longemajus, certe hinc colligitur, litteram I. etiam more solenni eo contineri: quam scribendi rationem similia exempla firmant; In Thesauro Palatino Mercurius elegans admodum cernitur, illique subscribitur,

MERCURO
TIMONIA
VITTUO

In altero lapide, quem exhibeo, occurrit MERCURO, lineaque supra ducta notat litteram I. omissam esse: quanquam inficias ire nolim in priore inscriptione apud Freherum in Organibus Palatinis legi MERCURIO: atque ita in Inf. apud Gruterum EX MONIT. est *monitu*. In lapide altero, qui signatur Lit. C. omnes litteræ, ejusdem magnitudinis sunt, & uti apparet, legitur in eo,

MERCU
RO RF.

Monui hic omissam esse particulam copulativam, & exponi lapidem posse, MERCURIO REGISONIS FILIO: ita ut positus sit Mercurio & Regisonis cujusdam filio. Quod si quis interpretari velit: MERCURIO REGI FECIT; vel MER-

CURIO REGISO FECIT; vel MERCURIO REGISONIS FECIT; imo si quis censcat, Regisonis filium *Mercurium* fuisse dictum, nullus ego equidem vetabo. Nec quenquam ab interpretatio ne ultima amplectenda, arcere debet, quod homini tribuitur nomen dei. Nam illud non inusitatum fuisse olim ex scriptis veterum constat; libetque adjicere, quæ mihi hanc in rem notata sunt; quia non injucundum argumentum fore persuasus sum. Lucianus lib: extremo de Imaginibus ita loquitur: *Ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτῶν, πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσοι καὶ Ἡφαιστῖνες, καὶ Ζήνους, καὶ Ποσειδῶνιοι, καὶ Ἑρμῆοι προαγορευόμενοι; Ἀπὸ ἧ γυνὴ τις ἐγένετο Εὐαγόρα τῆς Κυπρίου βασιλέως καὶ ὅμως ἐκ ἠρανάκτησεν ἡ θεός, δυναμὴν λίθου αὐτῆν ὡσπερ τῆν Νιοβῆν ἀπεργάσατο. Ἐὼ γὰρ τὰς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονεστάτοι εἰσι πάντων, ἔμιμῃ τοῖς θεοῖς ὀνόμασιν, εἰς πόρον ὀπρῶν ἀδύνατοι. Ἐξ ὧν γὰρ τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ ἑρανῆ ἔστιν: Verum quo numero illi comprehendendi sunt, qui deorum nomina imitati, & Dionysii, Hephestiones, Zenones, Posidonii, & Mercuriales vocati sunt. Fuit quaedam Latona Euagora Cypriorum regis uxor, nec tamen dea indignata est, quamvis illam in lapidem, non secus ac Nioben, posset convertere. Ut silentio preteream Ægyptios, qui quamvis omnium sint supersticiosissimi (male Obsopæus vertit, qui tamen ex omnibus gentibus deos habeant infelicissimos) divinis tamen nominibus ad satietatem usque utuntur, plurima enim fere pars ipsis ex cælo tracta est. Quibus ex verbis constat Ægyptios frequentissime nomina deorum assumpsisse, Euagoræ regis uxorem *Latonam* dictam, & Græcos deorum nomina imitatos esse; haud vanum indicium, Luciani tempore, nondum fuisse usitatum admodum solidis & veris deorum nominibus appellari; adeo ut etiam magnus Salmasius in epistola ad Menagium V. Cl. scribat; infinita nomina hominum apud Græcos reperiri ex deorum nominibus composita, pauca imo fere nulla, quæ sola solidaque dei appellatione censiantur; multos esse *Ἀπολλοδότους* & *Ἀπολλοδώρας*, neminem *Ἀπολλινεμ*; multas *Ἡροδώρας*, nullas *Ἡρας* vel *Ἥρονες*, *Ἡλιοδώρας*, *Ἡλιοδότους* dictos aliquos, nullos *Ἡλίους*; *Ἀφροδίσιον* mulieris esse nomen, nullam *Ἀφροδίτην* vocari. Incautius Salmasium loqui arbitratur Vir illustris, quia Clemens Alexandrinus docet reges & privatos olim vocatos esse deorum nominibus. De prioribus idem tradit Servius ad l. 7. *Æn.*,*

& copiosa veterum monumentorum supellex fatis superque ad id probandum sufficiunt. Sed non debebant Viri præstantissimi ad elucidandum Lucianum Romanis exemplis uti, nec Græcis ætatem ejus sequentibus; imo nec Imp. Romanorum, Græcorumve, qui ante eum alia nomina obtinerent, per arrogantiam deorum nominibus appellari voluerunt; cum tantum agatur de nomine, quod die lustrico alicui impositum est. Præterea Lucianus non dicit Græcorum aliquos, deorum nomina habuisse, sed imitatos esse; & *Dionysios*, non *Dionysos*: *Hephestiones* non *Hephestos*: *Zenones*, non *Zenas*, sive Joves; *Posidonios*, non *Posidones* & denique *Hermæos* vel Mercuriales, non *Hermas* vel Mercurios dictos esse: adeo ut ex auctoris illius verbis male probare conetur V. Cl. Thomas Reinesius Ep. 69. & ad Inscript. pag. 88. nec non Valesius ad Amm. Marcell. lib. 19. c. 12. moris fuisse apud Græcos, Barbaros & Romanos (de quibus ne quidem loquitur) nomina Numinum sibi in cognomen adsciscere, tam mures quam fœminas; arbitrorque ex iisdem verbis doceri nequaquam posse, deorum appellationes ab hominibus esse petitas, ejusque rei exemplo esse *Dionysos* (imo *Dionysios*) *Hephestiones*, *Zenones*, *Posidonios*. Nam Lucianus tradit homines deos imitatos esse; nec de solidis deorum nominibus loquitur, ut Jove, Mercurio, Marte, sed de derivatis; id quod etiam argumentum efflagitat, quia eos defendit, qui aliquem dicebant *θεῶν ἑοικέναι*, i. e. *deo similem esse*; quod longe aliud est, quam deum esse; non secus ac vocari *Mercurium* & *Mercurialem*. Atque hoc est quod apud Euseb. lib. 5. præparat. tradit Plutarchus; dæmonum unumquemque, a deo, cui conjunctus est, solere nominari; quemadmodum ex hominibus ὁ πρὸ τῆς ἑστὶ Διῶ, ὁ Ἰὴν Ἀπολλωνίῳ, ὁ Ἰὴν Ἀπολλωνίῳ, ἢ Διονύσιῳ, ἢ Ἑρμῶν, hic quidem vocatur *Jovius*, hic *Minervius*, vel *Apollonius*, vel *Dionysius* vel *Mercurialis*. Fuere tamen ante Lucianum, præter uxorem Cyprii Regis & Ægyptios, qui deorum solidis verisque nominibus fuerunt insignes. Alexander Magnus filium suum ex Barse natum *Herculem* appellavit, teste Justino l. 11. c. 10. *Nicagoras* Ἐρμῆς laudatur Eusebio lib. 15. præp. c. 2. *Mithras* procurator Lysimachi Diogeni Laërtio lib. 10. φοῖβον, id est, *Luna*, Ἐρμῆς *Mercurius* B. Apostolo Paulo in Epistola ad Romanos; quos omnes ante Lucianum vixisse constat, non modo, verum etiam

hic docet, gentiles Christianos factos talia nomina non deposuisse, licet anilis superstitionis forent hostes insensissimi; neque Apostolos veritos fuisse nomina deorum usurpare, quando aberat superstitio, quod tamen sequentibus sæculis nonnullos improbasse constat ex Tertull. c. 20. de Idolol. *Deos Nationum nominari lex prohibet, non utique ne nomina eorum pronunciemus, quæ nobis ut dicamus conversatio extorquet. Nam id plerumque dicendum est, in templo Esculapii illum habes, & vico Isidis habito, & sacerdos Jovis factus est, & multa alia in hunc modum, quando & hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neque enim Saturnum honoro, si quem ita vocavero suo nomine: tam non honoro quam Marcum, si vocavero Marcum; sed ait: Nomen aliorum deorum neque commemorabitur, neque audietur de ore tuo. Hoc præcepit, ut deos vocemus illos.* Nam primo iis ex verbis patet nonnullos arbitratos fuisse, sese peccare, si vel pronuntiarent deorum gentilium nomina; deinde non insolitum tunc temporis fuisse deorum nomina hominibus, ut puto, Christianis dari. Sic *Mars* diaconus in Gestis apud Baluz. Tom. 2. Miscellan. pag. 92. *Mercurius* Presbyter initio Actorum Synodi Romani sub Bonifacio: *Ammon* metropolita apud Palladium in vita Chrysostomi, quam Bigotio, Viro præclaro & illustri debemus; quod cognomen etiam tulit Hipponicus Calliæ filius apud Athenæum lib. 12. & in monumento veteri apud Gruterum, quod correctius longe edidit Sponius in Itinerario, mulier Christiana *Afrodite* appellatur,

Amplificam sequitur vitam dum casta Afrodite

Fecit ad astra viam, Christi modo gaudet in aula.

Sed ut ad gentiles redeam, *Minerva*, *Phœbus*, *Diana*, *Nemesis*, *Jacobus*, *Quirinus*, in Inscriptionibus, & *Cybele* apud Heliodorum lib. 7. nomina vel cognomina sunt virorum & sceminarum; & *Epans* ea significatione occurrit in nummo Gordiani tertii apud Tritanum & Patinum; *Mercurius* in Inf. apud Reinesium atque apud Amm. Marcell. lib. 15. c. 2. & *Aurelius Mercurius* in alio apud Falconerium lapide. Male autem in hanc classem Vir doctissimus refert *Mercurialem*, *Phabionem*, *Phabianum*, *Phabadium*, *Phabitium*, *Anubionem*, *Appionem*, *Isiadem*, *Lucinillam*, *Aprodiciam*, *Herain*, *Serapiam*, *Phebadem*, & Ant. Augustinus Dial. 6. *Zenonem*; quippe quæ non pura deorum dearumque nomina sunt, sed

sed inflexa & derivata. Sed operæ pretium est audire de hoc mar-
 ,, more Illustrem Spanhemium. Ad postremas, ait, tuas me tan-
 ,, dem revoco, & quam ibidem refers inscriptionem in ripa Va-
 ,, halis ad Batavorum oppidum repertam MERCURIO ET
 ,, REGIS FIL. de qua uti ingenue fateor, nihil quod Te mo-
 ,, neam, aut me abunde explet, occurrit. Mercurium *Regem*
 ,, dictum & cultum in illo tractu, si per alia liceret, haud mirari
 ,, quisquam posset, qui norit tutelare illud Gallorum & Germa-
 ,, norum numen, positasque illi, quod observat etiam in Syntag-
 ,, mate suo Reinesius p. 114. diversis Germaniæ ad Danubium &
 ,, Rhenum locis statuas, sicuti autem Græcis βασιλεῖς & ἀνακτες,
 ,, sic Romanis aliisque *Reges & Regina* dicti passim gentium Dii,
 ,, eoque nomine fanis, statuis, aliisque monumentis, quod nihil
 ,, Regum majestate in terris augustius, culti. Sed cum integrum
 ,, nomen aperte legatur in alia Inscriptione, quam tuæ memorant,
 ,, ejusdem tractus, haud dubie prior illa ad eandem normam le-
 ,, genda, utraque vero de duobus loci illius Dynastis patre & fi-
 ,, lio, ita appellatis, aut vero de Mercurio loci numine, & cui
 ,, ara erecta, & *Regisone*, cujus cineres ibidem conditi, explican-
 ,, da videtur. Priori quidem interpretationi favere posset, quod
 ,, sicuti plures apud Græcos *Hermas* aut *Hermetas* dictos nosti, ita
 ,, haud infrequens *Mercurii* nomen gentilium, & *Mercuriorum*
 ,, mentio in antiquis lapidum monumentis, & cujusmodi apud
 ,, Gruterum cxvi, 2. *Q. Clodius Jason & Mercurius filius* & apud
 ,, Reinesium p. 119. *Mercurio Fratri* inter alia legitur. Nec alia
 fere sentit doctissimus Raphaël Fabretus, cujus verba supponere
 non gravabor, quæ ad me misit Februario mense anni MDCLXXXVI:
 ,, De priori inscriptione sepulchrali dicam quod sentio: Mercurium
 ,, scilicet in lapide quo urna tegebatur expressum, non numen illud
 ,, ex majoribus significare, sed nomen viri alicujus, Regisonis,
 ,, quem in alio lapide invenisti filium: non enim insuetum erat,
 ,, divorum nomina ab hominibus usurpata fuisse; ut pluribus pro-
 ,, bare possem si cum alio, quam cum viro eruditissimo mihi res
 ,, foret. Litteræ vero circumstantes, notæ ac siglæ videntur esse,
 ,, quia nullus ex iis sensus resultat, qui latinitatem duarum illarum
 ,, linearum adæquet. Pari ratione sepulchralem dicemus secundam
 ,, MERCURO. R. F. quamvis aræ insculptam: passim enim in
 ,, ararum

„ ararum formam cippi ejusmodi constituebantur, addita etiam fu-
 „ perne cavitate quam cespitate replerent, dum super ea funebres li-
 „ bationes & sacrificia instaurarent, eamque aram Mercurio Regi-
 „ sonis filio positam dixerim. Recurrit idem Regiso in tertia,
 „ quapropter tuæ conjecturæ posteriori adhæreo, ut funebria sint
 „ non sacra ista monumenta. Lapis signatus litteris BB. nobis *Mer-*
curium, & *Regisonem* memorat; &, quod notandum diligenter,
 alterius, qui arulæ formam habet notaturque littera C. basis ita
 hujus magnitudini respondet, ut illi impositus fuisse videatur.
 Mercurius GRATIUS appellatur, quod cognomen uti apud alios
 non invenitur, ita incertum an a *Gratiis*, an a loco quodam, an
 aliunde deducendum sit. Certe apud Samios *χαερόνς* cognomi-
 natus fuit, teste Plutarcho in Quæst. Græcis; & Lycophroni di-
 citur *φαιδρός θεός* *hilaris deus*, vel *luculentus*, uti Apulejo appel-
 latur. Sed tamen vix puto talia in ripa Vahalis quærenda esse, fe-
 licioribusque ingeniis relinquo explicandum, unde id cognomen
 Mercurio datum esse potuit. Litteræ A. G. V. M. nihil aliud si-
 gnificant, quam *animo grato vocit merito*: qualia multa in Inscri-
 ptionibus occurrunt.

Ara notata littera D. est alta xx. pollices, larga undecim, &
 crassa quatuor cum dimidio. MERCURIO REGIS exponi,
 ut memini me monere, posset *Mercurio Regisonis*, ita ut cogno-
 men deus a Regisone habeat: vel, *Mercurio Regi Sacrum*, quia
 non infrequens, uti postea docebo, deos *Reges* vocatos esse: vel
Mercurio Regiso, *Ve. Fortune Blesio*; ita ut Regiso & Blesio filii
 fuerint Burgionis, illeque votum solverit Mercurio, hic Fortu-
 næ. Quid autem sibi velint litteræ VE. æque incertum mihi est.
 Posset aliquis suspicari latere hic vel nomen *Veneris* vel *Vesta*, vel
 cognomen *Veteris*, quod tamen alibi mihi non lectum, *Fortuna*.
 Sed optimum est inde facere *Veteranus*; inscriptionemque hoc mo-
 do interpretari: *Mercurio Regiso Veteranus Fortune Blesio Burgionis*
filius votum solverunt libentes merito: quam tamen sententiam si alius
 etiam probare nolit, nullus certe repugnabo; cum sciam optimo
 conjectori palmam in his ænigmatibus interpretandis deberi. Sim-
 plex autem E. pro AE. positum est; quæ scribendi ratio non modo
 in lapidibus verum etiam in nummis vetustis occurrit, quemadmo-
 dum probarunt eruditione præstantes viri. BLESIO nomen est
 five

sive Gallicum sive Germanum, quæ sæpe in O. desinere solebant; sic *Regiso*, *Surio*, *Burgio*, *Bato*, & alia occurrunt; neque tamen iis repugnaverim, qui forte illud deducant a *Blafis*; quod cognomen Junii, Peditis, Sempronii & Velleiis datum est; vel *Blafionibus*, quod datum est cuidam ex gente Cornelia, & Helvia, quemadmodum ex Glandorpio constat. Atque hæc quidem interservient his monumentis illustrandis; quæ si alius feliciter & melius doctiusque explicare potest, magnam ille apud me gratiam inibit. Sed quia inscriptiones hæc plane novæ sunt, & alibi non obviæ, exorientur forte nonnulli, qui eruditam fraudem subesse judicabunt, & propterea gratis nos in verum illarum sensum inquirere. Verum mihi rationes gravissimæ sunt, cur omnem doli suspensionem longe removendam censeam. Nam primo lapides notati litteris, B. C. D. omnes inventi sunt in ripa Vahalis, quando aquæ multum hac æstate recesserant; eodemque simul loco ab operariis urna effossa fuit. Judæus hæc omnia sibi comparavit, & vendidit; cujus fidem si quis suspectam habere velit, næ illo toto erraret cælo! Unde enim Judæo Latinæ linguæ ignaro plane, Romanarum antiquitatum cognitio? unde ipsi in mentem venisset *Mercurii* nomen, ejusque cognomen *Gratii*? Et quod notandum valde, ara signata Lit. D. eodem in loco inventa est, & per aliquot annos non animadversa stetit in agro vicino. Ipse præterea monumenta hæc manibus tractavi, & omnibus fidem facere possum; nihil me suppositii diligentissime etiam inspicientem ea, & examinantem vel suspicari potuisse. Non continuo certe, spuria judicanda sunt quæ apud alios nullibi exstant, & quæ raritate sua notabilia sunt. Hanc enim regulam si sequeremur, quot non inscriptiones, in quibus vel deorum nomina incognita plane, vel aliæ res inauditæ & nusquam obviæ conspiciuntur & leguntur, rejiciendæ forent? cum tamen æquis rerum æstimatoribus earum antiquitas constet, & summa cum voluptate animi probetur. Quid quod & vilissimum, quo Judæus illa vendidit pretium, facile omnem rejiciunt fraudis suspensionem; cum plus longe operæ insumpsisset lapidibus formandis, litterisque in iis scribendis, quam leve valeret lucellum: a qua re quantum homines isti, abhorreant notum satis superque. Sed quia *Mercurii* toties mentio occurrit, non ingratum me Lecturo facturum arbitror, si adjiciam dei illius imaginem, quam servat Antiquitatis

Studiofissimus Vir Joannes Smetius, quæque refert, uti apparet, barbatum eum & galeatum.



Exstat hic, quem ipse manibus tractavi, MERCURIUS in argenteo orbe, protuberante, & cujus proinde altera pars concava est, qualibus fere ornamentis hodie lupatorum extremitates exornari solent. Et primo quidem Galea Mercurii digna observatu est, Illam certe eidem deo tribuit Zenob. Cent. I, prov. xli. Καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς (Perseus ab interfecta reversus Medusa) ἔπι Σεείφε Βασίλεα Διόν, πλὴν κεφαλῶν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾶ δίδωσι, πλὴν ἃ κυνῶν Ἑρμῆ, ὡσαύτως ἃ καὶ τὰ πέδιλα καὶ πλὴν κίβισιν : Constituto autem Seriphi Rege Ducii, Gorgonis caput Palladi donavit, galeam vero Mercurio, ut ἔσ' talaria ἔσ' peram. Apud Eleos, teste Pausania Lib. 6. fuit Mercurius τὸν κειὸν φέρων ὑπὸ μαχαλῆ, καὶ ἔπι κείμειν τῆ κεφαλῆ κυνῶν, arietem sub brachii ala gerens, ἔσ' galea caput armatus. Verba horum auctorum clara sunt, & eruditi interpretes per galeas ea reddunt; nisi tamen potius vox Græca petasum designet; quomodo illam interpretatur Suidas : κυνῆ ἃ ἔστι ἔχει περικεφαλαίαν, τὸν πέδαθον, ὡς ὁ Ἑρμῆς ἀγχιεῖ ὦν, καὶ οἱ πέλοπις ἃ κυνῶν τὸν πετάθον φασί : Galea vero dixit, quia (Iris) habebat galeam, id est, petasum, uti Mercurius nuntius; ἔσ' Peloponnesii (ita vertit Portus) petasum vocant κυνῶν vel galeam : qualia etiam leguntur apud Scholiastem Aristophanis pag. 598. qui potest videri. Sed licet statuamus veram & genuinam galeam Mercurio tribuere Plutarchum & Zenobium, tamen male me habet, quod facies nihil commune habeat cum deo, qui ut juvenis vel puer depingi solebat. Sed & Mercurium senem & barbatum effictum fuisse puto me ex marmore antiquo, & Pausania in HARPOCRATE docuisse. Quin & Eustathius ad Iliad. φ. pag. 1249. Ed. Romanæ memoriæ mandat a Pelasgis senes Mercurios fuisse effictos :

Ἑλληνικὸς

Εἰρηνικός, ait, ὁ Ἑρμῆς, ὁθεν καὶ ἀνείκει καὶ μίξεν φιλεῖ καὶ ἐν Ὀδυσσεύῃ ἢ σιωπεδίδωσι τῇ Ἀφροδίτῃ ἐθέλει, ἢ τῷ ἑὶ φιλοκάλων Ῥητόρων, ὡς εἰὸς ἐπαφροδίτην ἐν γραφαῖς καὶ ἐπίχρασι. διὸ καὶ οἱ πελασγοὶ κατὰ πᾶν ἰσοεῖαν ἐντεταμένον τὸν Ἑρμῆν ἢ τῷ ὀρθιάζοντι ἰδρύνουσι. καὶ μάλιστα τὰς γε γέροντας, γονιμωτέρους ἢ τῷ ἑτι νεαζόντων καὶ ἐτῶν χρόνον ὀπισθημόνων: ex quibus verbis docemur, Mercurium Pacis & Veneris amantem Deum esse, & Pelasgos ipsum finxisse tensis genitalibus, & maxime senes Mercurios, quia illi aptiores gignendo, quam juvenes. Similia tradit Cornutus cap. xvi. de Diis: Οἱ δὲ ἀρχαῖοι τὰς μὲν ἀσθενετέρας καὶ γεννώσας ἢ Ἑρμῆν, ὄρθα ἵποισεν τὰ αἰδοῖα ἔχοντες. τὰς δὲ νεωτέρας καὶ ἀγενεῖς, ἀνειμένους. παρρησιώτες ὅτι ἐν τῷ ἀσθενετικῷ τῷ ἡλικίῃς γονιμῶν ὁ λόγος καὶ τέλει ἔστιν: quo in loco scribendum τὰς Ἑρμῆς, vel τῷ Ἑρμῆ; quod cum non videret interpres, parentes Mercurii, hic sese putat invenisse. *Veteres Mercurii parentes natu grandiores pingunt, habentes testiculos sursum tractos & erectos. Juniores autem imberbes formantur & remissis pudendis; significantes in iis, qui provecctioris ætatis sunt, rationem sæcundam & perfectam esse: quod certe a ratione & mente auctoris alienum plane est. Dubito tamen valde, num Eustathius & Cornutus describant Mercurium senem, & simul toto corpore hominem referentem; an vero Hermas sive quadratas formas, quibus capita vel Mercurii vel hominum senilia & barbata imponuntur. Ultimum certe verissimum esse docet præter marmora apud Antiquarios obvia, Macrobius Lib. 1. Sat. c. 9. Pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita & virilibus erectis: atque hoc plane firmat Plutarchus in libello, An seni sit gerenda Respub. disertis clarisque verbis: De facultate, (Latina tantum appono) obeundorum ministeriorum, non tantum nobis detraxit senectus, quantum civili & gubernatrici adjecit. Eam ob causam etiam Mercurios seniores sine manibus & pedibus erecto fascino fingunt: hoc enigmate indicantes, minime hoc a senioribus requiri, ut corpora servitia obeant, modo iis ratio, ut æquum est, sit efficax & sæcunda: firmat id tandem Artemidorus Lib. 2. Oneirocr. cap. 42. Ἑρμῆς τετραγώνος ὁ σφιννοπώγων φιλολόγοις μόνις συμφέρεται. ὁ δὲ τετραγώνος καὶ ἀγενεῖς; ἐδὲν τῷ τῷ συμφέρεται: Mercurius quadrangularis acutam barbam habens, solis Philosophis conducit; in somnis n. visus; verum quadrangularis*

et imberbis nihil his conducit. Atque hæc quidem loca statuas Mercurii τετραγώνες senili ætate & barba insignes fuisse testantur aperte; eoque etiam referendum ejusdem simulacrum, cui σχῆμα erat τετραγώνον, quod γένεια ἔχει ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πῖλον εἰρδασμῶνον habebat, Pausania lib. VI. teste. Adeo ut pro certo asseverare nolum egypto nostro quicquam cum ejusmodi statuis commune esse; præcipue cum barba vix appareat, licet senior vultus sit. Quod igitur mihi in laudatis antiquis marmoribus evenit, idem & nunc experior; fateorque lubens libens, etiam κειμήλιον difficultates suas habere, aliosque ingentem gratiam apud me inituros testor, qui hæc omnia clarius elucidabunt olim. Neque tamen dimittendus Mercurius est; sed quia Ægyptiorum sacra in Harpocrate explicare conatus fui, examinabo elegantem Horapollinis locum, qui exstat lib. I. cap. 10. τρίτη ὁ μονόκερος, καὶ ἰδιόμορφος. ὡς Ἑρμῆς δὲ φέρει ἐνόμισεν. καὶ ἡ Ἰβίς τὸ ὄρνειον: Tertium (scarabæorum genus) unicornis est: & sue peculiaris formæ, quod & Mercurio sacrum esse, ut etiam est Ibis avis, existimant. Ex Juvenali constat Ægyptios coluisse saturam serpentibus Ibin; Plinius lib. 10, c. 28. scribit eos Ibin invocasse contra serpentium adventum, & Ælian. lib. 10, c. 29. eam Mercurio τὰ πατρί τῶν λόγων φιλεῖσθαι, vel in amore esse, qualia etiam tradit Horapollo lib. I. cap. 36. Hierogl. Ibis igitur Mercurio sacra; sed quid hoc ad scarabæum, aut cur illi adjungitur avis hujus exemplum, cum nulla inter scarabæum & Ibin sit similitudo? Ante dixerat unum scarabæorum genus esse αἰλινόμορφον, quod Soli dicarunt, quia αἰλινός vel felis manus pupillas cum solis cursibus mutabat. Et sic puto tertium genus Mercurio dicari, quia Ibin putabatur referre; & rescribo ἰβιόμορφος. Nihil enim est sue peculiaris formæ; cum & alia suam sibi habuerint: & ita secundum genus, vel δεύτερα γένεα dicitur esse δικέρος καὶ ταυροειδής; & propterea Lunæ dicari, non secus ac taurus inter sidera relatus, quem Ægyptii ὕψωμα esse dicebant τῆς θεῆς Τύτης. Quæ sequuntur binæ statuæ, humanitati debentur Witziorum fratrum, quorum alter summis in Rep. honoribus gestis, Consulatu Amstelodamensi & eruditione; alter præfectura militis urbani clarus habetur; quique possident Cimelæarchium magnis non modo sumptibus collectum, verum etiam optimæ notæ integerrimisque aureis, argenteis, æreis numismatis, operis antiqui gemmis & statuis, aliisque

286 .






aliisque præclaris rebus ornatissimum. Quam deam imago referat, fateor me ignorare. An erit *Mana Geneta*, cui Romani; an *Hecate*, cui Græci; an *Ειλισία*, (*Lucinam* vertit interpres, adeo ut videatur legisse *Ειλιδία*) cui Argivi, teste Plutarcho in *Quest. Romanis*, canem immolabant? an *Enodia* ἢ *Ενόδι* vel *Ε'νοδία*, quod *Hecates* est cognomen uti patet ex *Artemid.* 2, 42, cui nigrum catulum *μέλαιναν σκύλακα* offerebant *Colophonii*, uti tradit *Pausanias lib. 3*? an *Diana* cui canem sacrum facit *Plut. lib. de Iside*? An potius *Cybele*, quam eandem faciebant cum *Hecate*; quæ canibus oblectabatur, unde *Hesychius canes* vocatos scribit *Εκώτης ἀγαλμα*, id est *oblectamentum, gaudium Hecates*, quod valde *marmor* nostro convenit; quia dea quasi cum cane ludit, & vox *ἀγαλμα* non modo statuum, verum etiam rem omnem denotat, quæ alicui in deliciis est; πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, ἢ χαίρει πάντε ἡμάτων ἢ, πάντε εἰκόν; uti loquitur *Grammaticus anonymus* apud *Vossium*, virum certe præclarissimum, ad *Pomp. Melam*; quibus addi possunt *Hesychius*, *Scholias* *Homeri*, aliique. Præterea *Hecate* ad omnes deas referebatur; uti patet ex iis quæ apud *Apulejum* *Isis* pronuntiat; *me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant deum Matrem: hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam: illic fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynniam Dianam: Siculi trilingues Stygiam Proserpinam: Eleusini vetustam Deam Cererem: Funonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten, Rhannusiam alii; & qui nascentis dei solis inchoantibus radiis illustrantur Æthiopes, Ariique, priscaque doctrina pollentes Ægyptii, ceremoniis me prorsus propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem.* Ubi legendum forte *Afrigue*, cum *Arii* *Persia* populi hic locum habere vix possint; nec credibile sit auctorem *Arios*, quos *Arabia* adscribit *Plin. l. 6, c. 28.* intelligere; verum potius *Afros*, quorum proculdubio magna pars, utpote vicina *Ægypto* *Isidem* coluit. Obstant tamen, ut verum fatear, *inchoantes nascentis dei radii*; illique suadere videntur non *Æthiopes* *Africa*, verum *Asia* & quidem *Indo* proximi, cum *Ariis*, quo nomine comprehendunt eruditi varios populos, debere intelligi: quod si verum, illustre certe testimonium habemus *Isidem* etiam in interiore *Asia* cultam fuisse. Et licet dea hæc caput turrata non habeat corona cinctum; neque etiam leones adsint; ipsa *tympanum* tamen, quod ma-

nu sinistra tenet, omnino suadet eam *Cybelem* esse; quæ eadem cum *Diana* & *Hecate*, quibusque canis vel sacer erat vel immolabatur: imo quarum hæc canino capite fingebatur, teste *Hesychio* in v. *Ἀγάλμα Ἐκάτης*. Nec certe alia sentit *Illustris Spanhemius*, cujus verba apponere in gratiam, *Lector*, tuam, non gravabor: *Deæ* vero sedentis, ait, cum, tympano & cane ad genua, quod penes te esse memoras, signum, haud aliam, mea quidem sententia, quam *Cybelem* notat. Neque enim canes unius *Hecates* *Κυνοκεφαλῆ* symbolum, unde *Hecates signum* de canibus dictum observante *Hesychio*, *Ἐκάτης ἀγάλμα, τὰς κύνας ἔτω φασί*. Quod vero dubitas an *Canes* ad *Cybelen* referri itidem possint, omnem dubitandi ansam præripiet observatus a me *Tzetis* ad *Lycophronem* locus, ubi apud *Thracas*, canes non *Hecate* solum, sed *Rheæ* quoque immolatos e *Sophrone* nos docet, ad v. nempe 77. *Ζήειν-θον ἀντρον τῆς Κυνοσφαγῆς θεᾶς*: ubi *Schol.* καὶ ἡ Ρέα λέγεται ἐπο-χρημένη, ἐν ἡ Ἐκάτη ξενοφυῆς ἔστω φοβερά. *θύσει ὃ αὐταῖς κύνας, ὡς φασὶ Σάφρων ἐν Μίμοις*. Quo commode etiam referas *ὑλάσσειν* & *ὑλαγμόν* vulgo de latratu canum, de *Cybeles* sacerdotibus dictum, ut apud *Nicand. Alex.* p. 144.

— Οἱ ὃ τρέσσειν

Ἰδαίης ῥιγλόν, ὅτ' εἰαῖωσιν ὑλαγμόν

Immo præter terribiles has *Deas*, haud minus tremendo *Numini*, *Marti* n. canum catulos a *Spartanis* & *Colophonis* immolari solitos e *Pausania* didici lib. 3. p. 181. Ut jam mittam canem *Dianæ*, *ἀγροτέρας* n. assiduum ferme in nummis antiquis comitem: unde etiam *Hecate*, quæ eadem n. cum *Diana*, tribui observat *Plutar.* lib. de *Ifide* p. 370. *Ed. Paris.* καὶ τὸν κύνα τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς *Ευριπίδης*, *Ἐκάτης ἀγάλμα φωσφόρα, κύων ἔστιν*. Ad quem *Euripidis* locum respexit proinde *Hesychius* loco modo adlato. Quin nonnunquam etiam *Mercurii* *Ἐνοσίε* n. canis assecla, in veteribus lapidum nummorumve monumentis. Quibus addi possunt quæ in explicato *Harpocrate* mihi ante acceptas a *Viro* præstantissimo literas notata sunt. Atque ut hoc obiter adjiciam, *Hecatē* vocarunt *Deam* *κυνοσφαγῆν*, quia illi canes offerebantur, diique se sacrificiis alere, & proinde ea edere putabantur: quomodo *Lacedæmonii* *Junonem* *Ἀγροφάγον*, *Sami* *Dianam* *Καπροφάγον*, & alii *Mercurium*, ni fallor, *Κελοφάγον* vocarunt; de quibus alibi. Quin &





& Diana a Libanio Orat. 32. Tom. 2, dicitur per canem deduxisse coloniam in Joniam : Καὶ παρέπεμψε μὲν εἰς κύνες τὴν δαμοκίαν εἰς Ἰωνίαν : asterisco tamen eruditus interpres locum notat, tanquam male fanus, vel mancus foret; nec, uti arbitror, immerito. Nam licet Chalcidensium classis cursus directus sit *antecedentis columbae volatu*, teste Vellejo lib. 1. c. 4. licet Delphinus Castalio Cretensi viam monstraverit apud Tzetzem; & columba Argonautis, apud Hygin. fab. 19. nihil tamen de *canem* duce memini me legere. Jonum classem Musas sub apum specie deduxisse testis est Philostratus, eamque ob causam Ephesios animalculo illo nummos signasse observarunt eruditi; sed hoc nihil ad Libanium illustrandum facit; apud quem forte rescribi debet Ἰωνῶν vel Νηλέως ita ut dicat, Dianam Jonem vel Neleum instigasse, ad coloniam deducendam; quomodo mox dicit eandem deam Alexandro consilium dedisse. Altera statua æque notabilis est; & si qua historia a veteribus posteritati consecrata locum habere potest, erit forte decantatissima illa *Helles*; quam ariete vectam vellere aureo notabili in ejusdem nominis mare decidisse produunt Græci & Latini. Sed vix ut affirmare quicquam ausim, facit cum mulier post arietem stans, tum altera & senex in genua procumbentes gallumque & gallinam observantes diligenter; tanquam ex iis auspiciam capere vellent, num felix faustumque futurum sit, quod suscipere & facere animum induxerunt; vel num bene Helle fuga, si modo historia illa quadrat, successura sit. Et Fabrettus pro singulari sua humanitate misit, ingeniose quidem me de Helle arieti insidente opinari, sed nec puellam pone sequentem, nec gallum & gallinam, virumque & mulierem procumbentes quicquam ad Hellen facere; inde se ἐπέχειν, divinare tamen, duos illos procumbentes parentes fuisse, qui gallum & gallinam Æsculapio & Hygeiæ afferrent pro filia salute, eamque arieti insidere, quod hoc ipsum animal sit catharticum & lustrale, uti ostendit p. 162. de Col. Trajana. Certe ex pullis auguria capta esse satis superque Romanorum superstitio docet; quorum Duces eos per pullarios consulebant. Si celeriter accurrentes vorarent, & præcipue si avide pascentibus aliquid ex ore excideret, & solo illisum resiliiret, quod vocabant *tripudium solistimum*, erat signum boni eventus; si vero edere nollent, infortunii; quemadmodum ex Cicerone, Livio, Floro, Festo, Minutio Felice, aliisque constat. Per pullos autem gallos gallina-

ceos intelligendos esse utique constat, unde Phædrus *pullum gallinaceum* dixit; quam loquendi rationem etiam recentiores observasse ad Ammianum Marcelli lib. 20. c. 4. docuit Valeſius, magnum, cum viveret, Litterarum columen. In nummo *Marci Antonii Auguris & Lepidi*; nec non in annulo, qui Julii Cæſaris caput præſentat apud Gorlæum, gallus gallinaceus, (avis ſcilicet erat auguralis) conſpicitur. Quin & unaquæque legio *pullarium* videtur habuiſſe: certe in Inf. 36. Cl. 6. Reineſii celebratur,

T. CORUNCANIUS. T. F. VAGONTIUS
VI. VIR. AUGUST. AUGUR. PUL
LARIUS LEG. V.

& ex Livii lib. 10, c. 41. conſtat plures *pullarios* in exercitu fuiſſe, ſimulque auſpicium ex pullis cepiſſe. Neque enim video quomodo aliter inter eos *altercatio de auſpicio ejus diei* oriri potuiſſet. Miror autem, unde Joannes Sarisberienſis lib. 1. cap. 13. expiſcatus ſit *columbas* ſuas: *In expeditionem miſſus Conſul Romanorum, dum nullius boni ominis ſortiretur auſpicium, COLUMBAS jejunio confeſtas, granis ſparſis triticeis in via, qua iturus erat, præferri juſſit, ut vel earum omine auſpicii duritiam ſublevaret. Quæ cum diligentius a cibus abſtinerent, eas præcipitari juſſit in fluviũ, ut ſaltem biberent; ſubmerſæque in flumine, docuerunt Conſulem cum exercitu ſubmergendum. Hic etenim ſecutus eſt eventus.* Nam proculdubio de Appio Claudio pulchro loquitur, quem meliores notæ auctores *pullos* mari merſiſſe narrant; & gallos conſultos eſſe docuerunt ex Philone judæo & Polybio Eruditi: imo ipſe Sarisberienſis quem Suetonius Tib. cap. 14. *pullum* vocat, hoc ipſo capite *gallum* appellat. Sed hauſit ille hoc proculdubio ex iſdem fontibus, ex quibus mutuatus eſt, alium *Conſulem cum a Senatu deſtinaretur ad expugnandum REGEM PERSARUM, a filia, quam in oſtio domus ſlentem obviam habuit, cauſam queſiviſſe; cumque illa reſponderet PERSAM periſſe (ſic enim catulus, qui forte perierat dicebatur) proſectum in expeditionem triumphum non inveniſſe, eo quod REX PERSARUM perierat.* Nam hæc hiſtoria reſpicit L. Paulum, qui contra Perſen Regem Macedoniæ, non autem Perſas pugnavit, hocque omne ſpem certam clariffimi triumpho animo præſumpſit; Regemque Perſen in triumpho duxit, uti ex Val. Maximo & Floro aliisque notiſſimum: adeo ut & in eo erraverit, quod ſcribat conſulem
non

non triumphasse, cum tamen nullus splendidior triumphus ductus sit a Roma condita, quam ille Macedonicus; & quod Persas memorat, cum tunc non fuerint Persæ in orbe terrarum verum Parthi; uti recte me monuit Celeberrimus Grævius. Insidet autem vel dea vel mulier arieti, ita ut pedes bini ab una dependeant parte, qualis & Europa tauro vehitur in nummis apud Trifan: & Patinum, atque ab Ach. Tatio describitur, in Amoribus Leucippæ: qualis etiam occurrit *Venus Equestris* in nummo Aur. Veri, & alia Dea in Commodi, apud eosdem Antiquarios: & Faustina facem instar Dianæ Equestris tenens in nummo Antonini Pii apud Cardinal. Carpegnam. *Muliebriter equis insidere* id vocat A. Marcell. lib. 31. cap. 2. de Hunnis loquens: *Verum equis prope affixi duris quidem, sed deformibus, & muliebriter iisdem nonnunquam insidentes, funguntur muneribus consuetis* ubi Lindenbrogius, vir eruditionis spectatæ, notat, hæc verissima esse, & eo modo Gubazen Lazorum Regem equo insedisse, cum a Joanne Byzantio pugione vulneratus ad terram prosterneretur; Græcisque id vocari κατὰ πλευρῶν τῶν ποδῶν ἔχειν, ἢ ἀναλλάγδω, illique rei contrarium esse περιβάδω. De prima & ultima loquendi ratione nullum dubium; sed ἀναλλάγδω num ita exponi debeat valde dubito: Agathias lib. 3. hoc modo loquitur de Gubare: Ετύρχανε γὰρ ἀναλλάγδω ἔχων τῶν ποδῶν ὑπὲρ τὸν ἀρχένα τῆς ἵππου: quo in loco non tantum considerandum est adverbium illud, verum etiam ὑπὲρ τὸν ἀρχένα; atque arbitror Gubazen equo ita insedisse, ut ante se collo equi impositos habuerit, non autem ab uno latere dependentes pedes suos; & recte vertere verba hæc Vulcanium: *Habebat enim utrumque pedem complicatum super equi cervicem: & ἀναλλάγδω est συμπεπλεγμένως, complicate*, quomodo alibi idem auctor memorat *legatos ἀναλλάγδω τῶν χεῖρῶν ἐπὶ πλὴν ἕξω περισφιγμένως, manus complicatas vel strictas & ad ilia demissas habentes*; uti olim vocem eam Suidas exposuit. Atque ita nescio quam deam & forte vel *Venerem*, vel *Dianam*, vel *Minervam* ἱππιῶν memini me observasse in nummis; quarum tamen media περιβάδω vel divaricatis cruribus ad instar viri insidet cervæ in Tranquillinæ nummo, ab Ephesus percusso apud Clarissimum Patinum; non secus ac alia dea equo apud Patinum in Commodi, & mulier Arabica vel Amazon potius in gemma apud Æn. Vicum. *Muliebriter tamen capræ insidet* JUPITER.

CRESCENS in nummo Salonini Valeriani apud Tristanum : qui & simile marmor ex Aleandri Tabula Heliaca adducit. Sed ut ad pullos redeam, inquirendum est, quis sit VIATOR PULLARIUS memoratus in Inf. 5. pag. DCXXVII.

Q. FABIVS. AFRICANI. L. CYTISVS
VIATOR. QVAESTORIS. AB. AERARIO
SER. LIBR. TRIBUNICIVS. SER. LIBR.
QVAESTORIVS. TRIVM. DECURIARVM
C. CALPETANVS. C. L. GLYPTVS. VIATOR
PULLARIVS. PRIOR. VIR. CULICINAE

An dicemus *Calpetanum* fuisse simul *Viatorem* & *Pullarium*? an *Viator pullarius* illi, qui ex pullis gallinaceis auspiciam capiebat apparabat? prius si verum, *pullariorum* conditio non fuerit ampla, ut ut auspicia Romanis magno in honore erant, necesse est; alterum vero arguit eos aliquo loco habitos fuisse. Certe cum Cicero lib. 2. c. 34. de Divinat. narret olim captandis auspiciis adhibitum fuisse *peritum*, suo vero tempore *quemlibet*; cum *pullarius* vel qui in auspiciam adhibetur, nuntiaverit auspicianti, quid pulli fecerint; & cum pullos alere, eorum curam habere, atque in cavea adferre debuerit (*attulit*, ait Cicero, *in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius*) a vero nequaquam alienum est, unum eundemque hominem viatorem & pullarium fuisse; vel eum vocari *viatorem pullarium*, quia ad auspiciantem ire & nuntiare tripudium solistimum vel alia debebat: & ita *augur pullarius* in altera inscriptione laudatus alius erit a *pullario*: vel idem homo auguris & pullarii munus obierit; quam in rem alii, quibus plus otii est, inquirent. Grævius hæc ad me pro singulari sua humanitate misit: Hoc omnino videtur verum esse, duplici munere functum esse L. Cytisum *Viatoris* & *Pullarii*: nec mirum non amplæ fortunæ fuisse hominem pullarium, cum & auspices essent vilissimi. Et plures fuisse *pullarios* ipsa videtur inscriptio docere, cum dicatur *Pullarius prior*. Nec enim dubito hoc ad pullarium referendum: rationes sunt liquidæ. Tres qui sequuntur nummi argentei etiam humanitati & studio singulari Remp. Litterariam juvandi Consulis Witzii, debes Lector; qui eos Constantinopoli allatos haud ita pridem, mihi dono dedit.



Et primus quidem est Tenediorum, cujus in una area cernitur securis, uva, & aliud quid, quod satis dignosci, quid sit, non potest; & TENEΔΙΩΝ: in altera bina capita per posteriorem partem conjuncta, alterum viri barbati, alterum foeminae. Jam olim Goltzium similes vulgavit, sed bina capita potius foeminas referunt, quod tamen historiae plane repugnat. Nam ut Aristoteles in Tenediorum Rep. apud Stephanum memoriae mandat, Rex quidam ejus insulae lege fancivit, ut morti darentur in adulterio reperti; cum autem filius deprehenderetur, legem etiam ratam habuit; eoque occiso in proverbium res abiit, & Τενέδιος πέλεκος de crudeliter factis usurpari coepit; & ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει nummorum Tenediorum exhibuerunt πέλεκον, ὅτι ἡ τῶν ἑτέρων δύο κεφαλῶν, εἰς ἑσόμενισιν τῶν παῖδα παθήματῶν. Heraclides in libello de Potiliis Regem hunc *Tennem* nominat, additque ab una parte nummi expressum fuisse securim; ab altera vere ἐξ ἑνὸς αὐχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός: *uni collo insistens caput viri & mulieris*. Aliam causam signandi ita nummos Tenediis putat fuisse Nobilissimus Borchartus, qui potest videri part. 2. lib. 1. c. 9. Phaleg. Præterea alia longe forma securis in nostro quam in Goltzii numismate est; & conspiciuntur ibi mures bini, hic vero res cognitu difficiles & uva vel racemus, ad significandum proculdubio insulam hanc, ut alias multas Ægæi maris, quarum in nummis propterea etiam uva cernitur, vini feracem fuisse. Editi etiam bini Tenediorum nummi sunt in Thesaurio Palatino, quorum in uno etiam racemus cernitur; sed cum alia sint, quæ non conveniant, rem me gratam fecisse Antiquitatis studium æmulantibus reor, quod & meum luce donaverim publica. Sed bina hæc capita uni cervici imposita me admonent, ut doceam primo, alios etiam populos ita nummos si-

gnasse; & deinde eo delapsam esse ridiculam gentilium superstitionem, ut bicipites, tricripites, & quadrifrontes deos, ac totidem monstra coluerint. In nummis igitur Reginorum, Syracusanorum, Lemniorum, Atellanorum, Thessalonicensium, quemadmodum constat ex Goltzio, Prospero Parisio, & Thesaurio Palatino, ejusmodi symbola cernuntur. Quod si quis hujus rei rationem a me inquirat, ego certe *non liquere* pronuntiabo; maloque alios examinare, quæ viri docti scriptis mandarunt, eademque vel amplecti vel refutare, quam incertis conjecturis indulgere. Notandum tamen illorum in populorum nummis cerni fœminarum capita, nisi sculptor nobis imponat, uni cervici imposita; exceptis Thessalonicensium, in quibus virorum barba & corona laurea insignium capita cernuntur; quod Ludovicus Nonnius, diligens harum rerum scrutator, refert ad Janum bifrontem, quem Plutarchus in Quæstion. Romanis Græcum facit, atque ex Perrhæbia Italiam venisse memorat. Certe Romani *Janum bifrontem* nummis indiderunt, qualem & ego possideo vetustum certe & integrum: talisque vel *biceps*, *geminus*, *biformis*, ἀμφιπροσώπων & celebratur Septimio apud Terent. Maurum, Ovidium, Macrobius, Florum, Plutarchum aliosque. Estque nummus elegans P. Septimii Getæ, in cujus aversa area cernitur Janus bifrons, stans, una manu hastam, altera fasces tenens.



Hunc ego percussum esse existimo cum secundum Consulatum Getæ iniret; nec assentior diligenti Palatinæ Gazæ editori, qui ad discordiam & divisum inter duos fratres imperium eundem refert: quod certe ut non admittant faciunt *fasces*, facit ipse Janus, quem hoc tetrasticho decoravit Ausonius,

Hic

*Hic Jani mensis sacer est; en aspice, ut aris
Thura micent; sumant ut pia thura Lares.
Annorum seclique caput, natalis honorum,
Purpureos fastis qui numerat proceres*

id quod etiam mecum existimabant illi, qui his ænigmatibus explicandis æterna cum laude incumbunt. Nec aliam ob rationem eundem Deum cerni existimo in numismatibus Ælii Cæsaris, & Commodi, quam quia percussa fuerunt cum ille secundum hic Consulatum quintum iniret, sed unde explicandum sit caput biceps, cui spicæ sunt impositæ, in Pompejorum nummis apud Francisc. Angeloni, fateor me non satis clarè percipere. Sarapidis & Isis dis capita super eodem quasi collo conjungi existimat in Juliani Imp. nummo vir doctus, qui Thesaurum Numism. Antiquorum apud Batavos vulgavit; idque factum suspicatur ad denotandum, unius utriusque eandem vim ac potentiam esse; atque inde in veteri Inscriptione conjunctim legi ISIS SERAPIS. Sed ut hoc ultimum alibi explico, ita ex ipso illo nummo ab aliis edito clarissime patebit contrarium; quippe in quo distinctè satis cernitur collum Serapidis & collum Isis. Adeo ut in hunc censum venire non debeant; ne dicam illorum capita non conjuncta sibi invicem esse, quod argumentum elucidandum sumpsi, per posteriorem partem, sed, ut alia & deorum & Imp. bina capita, per latera. In nummo Antonini Pii apud Franciscum Angeloni cernitur vel Æsculapius, vel Salus bifrons, ita ut unum caput repræsentet illum, alterum vero hanc deam; quemadmodum observavit Pet. Bello-rius, magni nominis Antiquarius. Mercurius bifrons celebra-
tur Gregorio Nazianzeno, in epistola ad Nemesium: *Ἀρο-
φιωρόσωπῳ Ἑρμῆς, δίγλυφῳ, οἷα πρῶτω ἑ μὲν, ἄλλο δὲ ὀπίθεν:*
*Bifrons Mercurius dupliciter sculpius, quasi aliud ante sit, aliud re-
tro;* uti illa verba laudat ad Apostolium Petrus Pantinus. Et *Mer-
curium διπλῶν* Synesius lib. 1. de Provid. scribit Ægyptios fecisse,
τέον ἰσάντες ἄλλῃ πρεσβύτη: quanquam non tam uni corpori bina
capita, Juvenis & senis, videantur imposuisse Ægyptii Mercu-
rium designantes; quam bina simulacra eodem in loco collocasse;
quomodo Macrobius lib. 1. c. 19. eosdem scribit *Solis simulacra pin-
nata sinxisse, alterumque cerulea specie, alterum clara.* Relictis bi-
frontibus vel diis vel hominibus, ad eos, qui trium capitum sunt

transgrediendum est; qui quamvis in nummis, quod equidem sciam, non occurrant, ab auctoribus tamen prætermitti nequaquam sunt. Mercurius igitur τεκέφαλῶ, Athenis fuit dedicatus a Procleide, vel Patrocleide, uti Valesius rescribit Hipparchi ἑρασμῆ, qui in trivio constitutus vias, quarum nomina adscripta erant, quo ducerent significabat & caput ad unamquamque viam habebat conversum uti patet ex iis, quæ Harpocratio & Suidas in v. τεκέφαλῶ, & apud eos Philochorus memoriæ mandant. Adco ut caute legendus sit Hesychius, qui observat Aristophanem in τειφάλητι, ludentem comice dixisse Ἐρμῶ τεκέφαλῶν, non secus τετρακέφαλῶ Mercurius sacratu est ἐν τῇ τειφῶ τῇ Κεραμικῶ. Nam inde nequaquam sequitur, cognomen hoc Mercurii a comico fictum esse, talemque nullibi existisse; sed, si modo licet de fragmentis iudicare, Aristophanes hominem τειφάλητι, ornatum, id est galea tribus conis insigni, vel persona comica forte, quæ tria capita habeat, quales existant in Gemmis Socratis a Chiffletio editis, τεκέφαλῶν vocavit, ea ratione, qua in Ceramico visebatur Mercurius τετρακέφαλῶ. Mirum autem Hesychium τεκέφαλῶ exemplum non adferre. Nam talis Mercurius certe Athenis fuit, celebraturque etiam Isæo apud Harpocrat. & Suidam, illique dicitur prope Vestam fuisse; Auctori M. Etymol. qui clare scribit Patroclidem eum dedicasse Lycophroni pag. 111. ubi Scholiastes eum ita vocari scribit quia erat Cælestis, marinus & subterraneus deus; vel propter τὸ φυσικόν, ἠθικόν καὶ λογικόν; vel denique quia rem habuit cum Hecate, atque ex ea sustulit tres filias: quam secundam rationem etiam ante oculos habuit Eustathius ad Odyf. Δ. Ἐρμῆς ὃ τεκέφαλῶ ἀλλῆ τῇ τειφῶν τῆ φιλοσοφίᾳ λόγον ἀντίτετα: id est, *Mercurius triceps significat tres Philosophiæ partes; quæ loca licet & mihi observata fuerant, malo tamen fateri me debere Henr. Valesii ingenio; ne forte quis peculatum objiciat zoilus; iisque addendus Apostolius Centur. XIX. Prov. 51.*

Diana vel Hecate quam Dianam infernam vocat Flacius Valer. lib. 5. v. 259. etiam tribus capitibus descædata culta fuit; notum illud, tria Virginis ora Diana: indeque triplex vocatur Ovid. 1. Pastor:

*Quod semel est triplici pro virgine casta Diane.
Nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.*

Et

Et de Hecate idem canit libro eodem,

*Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Serves ut in ternas compita sc̄cta vias.*

Græci eam *τρισώπων*, *τρίμορφον*, & *τριάχυνα* appellant, uti ex Lycophrone aliisque apparet, qui possunt consuli, non secus ac Gyraldus, Meursius, Carolus Neapolis & reliqui. In pictura veteri, quæ Nymphæum repræsentat, cernitur sacellum, inque ejus medio tres figuræ, quarum media reliquis duabus tertiam ferè partem major est uti ex e&typo apparet.



Vir, qui eam illustravit, doctissimus hic se putat invenisse *Hecaten triformem*: parte alia, ait, ad montis crepidinem dearum tri-
ga, uno sacello dedicata apparet; hanc *triformem* illam *tergemi-*
namque Hecaten, tria virginis ora Dianæ affirmare haud dubitave-
rim. Quæ num vera sint, aliis judicandum relinquo: ego cer-
te semper existimavi *triformem Dianam* vel *Hecatem* esse, quæ
tria capita uni corpori habebat imposita, quemadmodum illud in
Jano bifronte & quadrifonte observamus. Et quando statua qua-
dam *τρισώπων* dicitur, certe nulla alia potest mentibus imprimi,
quam quæ tot vultus habet. Sic Artemidorus lib. 2. c. 42.
seribit in somnis videre *Ἐν ἄνω τρισώπων ἐστὶν ἡνὶ βασίως, su-*
per basi stantem significare motus & peregrinationes. Inter gemmas
Abraxæas a Chifletio editas cernuntur binæ; in quibus occurrunt bina
monstra tribus capitibus, totidemque manibus deformia; ita tamen,
ut unius manus flagellis, & fustibus, alterius anguibus & lampadibus
armentur; quas vir eruditus ad *Hecaten* non absque ratione refert:
In lucerna apud Chifletium pag. 1178. cernuntur *Isis*, una manu
sistrum, altera situlam tenens; *Serapis* comitatus cane, & mon-
strum tribus pedibus, tribusque capitibus insigne: quod utraque
manu

manu tenet lucernas ardentem. Janum præterea Marcus Musurus *τετραπροσωποφανὺς θεὸν trisfrontem deum* vocat; quod num fecerit imitatione veterum, vel quia statuae Jani fuere triplices, quales se vidisse putabat Heinſius, ego quidem aliis discutiendum & indagandum relinquo. Quod ad *Quadrifrontes Deos* attinet, eorum certe exemplum in *Fano Quadrifronte* habemus. Advectum illum Romam esse captis Phaleris, testatur Servius ad lib. 7. *Æn. postea captis Phaleris, civitate Tuscia, inventum est simulacrum Jani cum frontibus quatuor: propter quod in foro Transitorio constitutum est illis sacrarium aliud, quod novimus hodieque quatuor portas habere. Fanum certe apud aliquos Quadrifrontem esse non mirum est. Nam alii eum dici dominum volunt, in quo ortus & occasus: alii anni totius, quem in quatuor partes constat esse divisum: Et mox; Nam quasi mundo ei duas facies dederunt, Orientis & Occidentis, quod jam supra dictum est: alii quatuor secundum quatuor partes mundi. Macrob. lib. 1. Sat. c. 9. Ideo & apud nos in quatuor partes spectat; ut demonstrat simulacrum ejus Faleris advectum. Bavius Bassus in eo libro quem de diis composuit, Fanum bifrontem fungi ait, quasi superum & inferum janitorem; eundem quadriformem quasi universa climata majestate complexus. Si fides igitur habenda Servio *Fanus Quadrifrons* originem suam debet civitati Tusciae Phaleris, sive Faleriis; & propterea locum nequaquam videtur habere posse *Φάλαρα*, Thessaliae urbs, quæ tamen notis inserit. Talem præterea Janum celebrat Codinus in Origin. Constant: τὸ ἀγάλμα τὸ Ἰάνω ἰσορῶσι τετραμορφον ἕξ τῶν τέσσαρας προπῆς: & Joannes Philadelphensis in libro inedito de Mensibus scribit, ejusmodi Jani signum extare in foro Nervæ, quemadmodum observavit Lambecius. In foro igitur Nervæ, quod *Transitorium* dicebatur, fuit & statua & ædes Jani Quadrifrontis cujus caput templo impositum ex nummo Augusti repræsentat Choulius; quique totus cernitur in Hadriani Imp. numismate, apud Antiquarios obvio. Quin & P. Victor in descript. urbis Romæ, *Fanos Quadrifrontes sex & triginta* celebrat: per quos tamen non tam statuae sunt intelligendæ, quam transitiones perviæ, quarum latera quatuor transiri poterant; quo sensu *Fanus* frequenter non modo usurpatur, sed etiam Livio lib. 41, c. 27. *In his & cloacam circumducendam & forum porticibus tabernisque claudendum & Fanos tres faciendos: quæ verba nequaquam, ut Oizelius arbitratur, signifi-**

gnificant, tres Jani Bifrontis statuas in foro Romano fuisse; id quod mirari convenit virum eruditum commentari, quia jam olim Torrentius ad Horatium *tres Jani statuas* Acroni laudatas, recte rejecit. Præter Janum autem neminem deorum novi, qui ita factus fuerit. Apollo quidem quatuor manus, totidemque aures habuit, apud Lacedæmones, quemadmodum testantur Sosibius apud Zenob. Cent. 1. Prov. 54. Diogenianus Centur. 2. Prov. 5. Hefychius in vv. *Κεῖδρον*, & *Κυράς*; quorum loca occupavit Meursius in Miscellaneis Laconicis: quibuscunque addendus est Libanius Orat. xi. Tom. 2: sed de quatuor capitibus nihil occurrit. Alter nummus est Abydenorum, qui nescio an ab ullo Antiquario vulgatus sit.



Cernitur in eo Diana, pharetram & arcum post tergum rejecta gerens; eamque Deam ab Abydenis templo cultam fuisse, patet ex Polyb. lib. 16, c. 16: ubi narrat eos per Philippum Macedoniae Regem ad extrema redactos consilia cepisse mulieres, liberos seque adeo ipsos occidendi; & eum in finem *τὰς μὲν γυναῖκας συναθροίσαι εἰς τὴν Ἀρεμίδου ἱερὸν ἀνάσας*. Ab altera vero parte aquila, & ante eum thuribulum vel arula accensa, & supra *ΑΒΥΔΗΝΩΝ* infra vero *ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ*: quod nomen magistratus videtur esse. Num autem aquila ad Jovem, cui illa sacra, referri debeat, an vero aliam ob causam nummis indita sit, ignotum utique est. Et cum nihil singulare nummus hic nos doceat, nisi Dianam ab Abydenis cultam fuisse, ad tertium numisma me conferam, quod rarum certe est & necdum luce publica donatum. Conspicitur in eo Apollo laurea coronatus; in altera vero area idem deus stans acum manu tenens, pharetra a tergo pendente; & ab anteriore corporis parte

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ cum litteris ΣΑΕ a posteriore vero nota aliqua & ΤΜΙΘΕΩΣ: infra vero ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ... ΜΑΝΑΡ.. uti ex ec̄ty-
po clare patebit.



Litteræ nonnullæ difficulter cognosci possunt, sed proculdubio fuit ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΥ; indeque clarum erit nummum percussum esse ab Alexandrensibus Troadis; inque eo conspici Apollinem Smintheum ex Homero, Strabone, aliisque satis notum. Nam haud procul a fluvio Scamandro urbs illa fuit; Plin. l. 5, c. 30. *Troadis locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipsaque Troas, Antigoniam dicta, nunc Alexandria, colonia Rom. oppidum Nee. Scamander amnis navigabilis, & promontorio quondam Sigæum oppidum. Dein portus Achaorum in quem influit Xanthus Simeonti junctus: stagnumque prius faciens Palescamander.* Agit de hac urbe Tristanus Tom. I. p. 752. sed arbitror virum doctissimum subinde falli, & Alexandriam Troadis cum ipsa Troia vel Ilio confundere. Quod enim censet a Ptolomæo lib. 5, c. 2. *Troadis* situm his describi verbis; τῆς δὲ Ἰδῆς μετὰ καὶ τῆς θαλάττης ἢ Troia κείται σωμαπύλα τῷ ὄρει: *Inter Idam & mare sita est Troia montem attingens*: Ptolomæique *Troiam* eandem urbem esse cum ea, quam Strabo lib. XII. *Troadem* vocat, in eo mirifice fallitur. Nam verba hæc non sunt Ptolomæi, sed ipsius Strabonis pag. 574. deinde *Alexandria Troas* adjacebat mari, uti vel ex Apostol. Actis patet, Troja autem vel Ilium monti Idæ, easdemque urbes apertissime distinguit Geographus pag. 593. Arbitratur præterea vir doctus Alexandriam Troadis nomen suum accepisse ab Alexandro Paride, vel a loco Idæ, cui nomen *Alexandria*, & in quo libidinantium dearum iudex federat. Verum clare satis Strabo memoriæ mandat Lyfimachum Ilii curam, nec non Alexandriæ habuisse, σωμαπύλας μὲν ἴδῃ ὑπὸ Ἀντιγόνῃ καὶ καλεμέ-

νης Αντιγονίας, μετὰ βαλέσης ἢ τένεμα, quia pium esse existimabant Alexandri successores hujus primum, deinde suo appellatas nomine urbes condere; & alibi narrat Antigonum Cebrenios ac Scepsios in urbem coëgisse tunc temporis Antigoniam, suo vero Alexandriam dictam; in ea mansisse Cebrenos, Scepsios autem permissu Lyfimachi in patriam rediisse. Non igitur a Paride, verum ab Alexandro Magno nomen habuit; & forte postquam Lyfimachus urbi nomen istud dedit, ad distinctionem aliarum ejusdem nominis urbium, *Alexandria Troas* gentili regionis nomine dicta est; quomodo appellatur Liv. 35, 42. & 37, 35. Ptolomæo & Straboni, quem Interpreti non fuisse intellectum optime animadvertit Illustris Spanhemius, & quia ipsa, uti notum est, regio *Troas* vocatur, inde Strabo eam lib. 2. nominat *Ἀλεξάνδρειαν Τρωάδα*; Stephanus eandem facit *πόλιν Τροίας*: & Polybius lib. 5. extremo scribit facinus egregium editum esse *ὑπὸ τῆς πόλεως Τρωάδα καὶ ἑμιυμένων Ἀλεξάνδρειαν*: qua urbe cum ortus fuerit Nicomachus, Suidæ vocatur *Ἀλεξάνδρεως τῆς Τρωϊκῆς*. Samuel Petitus vir doctus admodum Lib. 1. Var. Lect. cap. 12. Alexandriam nostram etiam *Βοτῆ* scribit appellari, quia lauro celebris erat, Plinio lib. 15. extr. nec non Dioscoride celebrantibus *Alexandrinam laurum*, quam iidem *Idæam* appellant. Sed adhuc quæro, unde ea expiscatus sit ille. Nam *Βοτῆ* non significat *φύλον*, ut videtur velle, sed *βοσκῆμα*, interprete Hefychio; & apud Stephanum scribitur *Βοτῆν*; verbaque illius non de urbe, vel loco, accipienda sunt, sed de *lauru Alexandrea*, uti multis evincit Salmasius ad Solinum; id quod Petitus docere debuissent sequentia, eam n. laurum alios *δανάω*, alios *χαμαιδαφύλω*, appellare. Nummus igitur *Alexandrenses ad Scamandrum* nobis ob oculos ponit; isque fluvius in alio Getæ, qui inscribitur *ΙΑΙΕΩΝ ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ*, occurrit. Alio nomine *Xanthus* dictus fuit; Hefych. *Σκάμανδρον ποταμὸς ὃς καὶ Ξάνθος καλεῖται*; & Homerus fingit fluvium hunc ab hominibus quidem *Scamandrum*, a diis autem *Xanthum* vocari; cujus fictionis causam vide apud Isaacum Vossium, Virum maximum in Observationibus ad Catullum. Et hoc est quod auctor brevium Scholiorum ad Hom. II. A. v. 403. observat, allato fluvii hujus & aliis exemplis, *τῆς Διονύμων ἔ μὴ πρότερον ὄνομα εἰς θεός* Homerum ἀναφέρειν; ἔ ἢ δεύτερον εἰς ἀνδρώπας. Initio igitur *Xanthus*, po-

itea *Scamander* est appellatus, idque a Scamandro Rege in eo sub-
 merso, uti Servius ad Lib. 4. *Æn.* v. 108. commentatur. Auctor
 de Flumin. cum facit Corybantis & Demodices filium, & furore
 correptum propter visa Rheæ mysteria in fluvium se præcipitasse,
 unde *Scamander* dictus fuit, scribit. Aliam tamen nominis ratio-
 nem reddit Eustathius ad *Il.* μ. p. 890. & ψ. pag. 1197. nempe
Xanthum appellari, quia τὸς λευκὸς ξανθίζει vel quia Venus ante
 iudicium in illo cum se lavasset ξαντὰς τεύχας habuit: *Scaman-*
drum vero, tanquam dicas Κάμανδρον, quia κάμαρον ἀνδρῶν; id
 est, Herculis Iliam oppugnantis laborem, sive eum sitientem πα-
 ραμυθῆσθε, vel quia Herois σκάμμα Xanthum e terra oriri fecit.
 Sed qui præcipue notandus in nummo venit, est *Apollo Smintheus*.
 Et primo quidem observandum primam ultimæ vocis litteram hac
 figura esse ς, uti satis ex maxima ejus parte integra patet. Nam
 ita littera ς. scribatur nonnunquam; extatque eadem in *Inf.* an-
 tiqua, quam exhibet Gruterus pag. ccx. teste Gualtero in notis
 ad Tabulas Siciliæ antiquas; & ut hoc obiter adjiciam, similiter
 z. effingere solebant, uti docet nos Smyrnæorum nummus pag.
 273. *Theauri Palatini*, in quo ς E V ς id est, Z E Y ς legitur.
 Deinde littera. N. vel superposita virgula transversa, quæ tamen
 signi videtur potius pars esse, denotatur, vel omittitur; quod ul-
 timum in Latinis Inscriptionibus frequenter observatur: in *Inf.* 1.
 p. clxxiii. Gruteri, IMPESA pro *impensa*; in alia apud Fab-
 rettum p. 68. ad Col. Trajanam MESIBUS pro *mensibus*, &
 p. 35. DISPESATOR pro *dispensator*. Smintheus igitur Apollo
 cernitur armatus arcu & pharetra; qua re forte respicitur ad vete-
 rem historiam, quam memoriæ mandat Polemon apud Scholia-
 stem Homeri ad *Iliad.* A. v. 39. Crinis nempe sacerdos erat Apol-
 linis in urbe Mysiæ, cui nomen Chryse: huic iratus deus cum
 foret, misit mures in agros ipsius; qui fruges corrumpabant.
 βεληθεὶς ὃ ποτε ὁ θεὸς αὐτῶν κατὰλλαγήναι, venit ad Orden ἀρχιερέα-
 λον ipsius; a quo hospitio susceptus, promisit mala se submotu-
 rum; & statim mures τοξέως vel sagittis occidens perdidit; iussit-
 que Crinidi significari ὑπεφάνειαν ipsius, qui Apollini templum ex-
 struxit, illud appellans ἱερόν Σμινθέως, quia propria dialecto mures
 Σμίνθοι dicuntur. Eustathius quoque ad *Iliad.* A. p. 34. scribit
 Apollinem mures occidisse, qui segetes Crinidis corrumpabant,
 inde

indeque eum Sminthei vel *Μουκτόνε* Apollinis templum extruxisse : & hæc historia proculdubio lucem dabit Arnobio lib. 3. pag. 119. ubi Apollo vocatur *Sminthiorum pernicies murum*; quod monere obliti sunt eruditi commentatores. Alii plane diversam originem huic cognomini adscribunt, quam videre licet apud eundem Scholiastem, Eustathium, Tzetzem ad Lycophr. p. 192. Servium ad lib. 3. *Æn.* v. 108. *Ælian.* lib. 12. c. 5. de Animal. nec non Strabon. lib. 13. ubi, quod notandum præcipue, scribit, Apollinis Sminthii simulacrum, factum a Scopæ Pario sub pede murem habuisse; & Heraclidem Ponticum narrare, mures, cum circa templum abundarent, sacros esse habitos, καὶ τὸ ξέρον ἔτω καὶ ἀσκειυαδῆναι βεβηκός ἐπὶ τῷ μύρῳ: quæ etiam memorat Eustathius; verum apud eum male, ut puto, scribitur *Ἡρακλέων ὁ Ποντικός*. Hefychio *Σμίνθ* exponitur *mus*, & Apollo dicitur *Σμινθεύς* nominari, ὅτι τὸ ἐπὶ μωοπίας φασὶ βεβηκέναι; quia super muris foramine vel cavernula stabat; quod abit multum a Strabone, qui *murem*, quem censeo esse præferendum memorat. *Ælianus* scribit mures cultos ibi fuisse, in æde Apollinis cicures ali, albos sub ara latibula sua habere, apud tripodem Apollinis, murem stare : & denique *Smintheum* appellari, ὅτι ζέων θεῶν, quia fervens currit. Observandum præterea nomen hoc non modo illi loco datum fuisse, verum etiam aliis, uti binis, qui in vicinia templi hujus erant, aliis in agro Larissæo, ἐν τῇ παλαιᾷ in Rhodo & Lindo, καὶ ἄλλοθι ἢ πολλαχῆ teste Strabone, qui etiam lib. 10. prope *Κοεισίαν* & *Ραῖεσσαν* urbes Cei insulæ celebrat Apollinis Sminthii templa. Quin & notandum *Alexandriæ Troadis* incolas narrare *Sibyllam Herophilen* fuisse νεωκόρον Apollinis Sminthei : illam mortuam ἐν τῇ Τρωάδι, & monumentum vel sepulchrum esse ἐν τῷ ἄλλοις τῷ Σμινθεύς, teste *Pausania* lib. 10. Atque hic locus proculdubio est *Σμίνθειον ἄλλο* memoratum *Stephano*, quod non satis perceperunt viri doctissimi; quanquam existimem satis negligenter hic verfatum esse *Hermolaum*, qui *Stephanum* in *Epitomen* redegit : & multa omisisse, cum *Strabo* luci sive sylvæ non meminerit. Sed occasione *Alexandriæ* examinandum, num nummus, quem exhibet *Patinus* pag. 5. & in quo cernitur hinc *ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ* inde *ΑΙΓΑΙΩΝ* possit referri ad *Alexandriam* ἐν Αἰγαίῳ ἢ καὶ Σκυθία, uti facit *Harduinus*. Mihi certe ἀδύνατον videtur, illud inde

expiscari posse, & potiori jure videntur Viri eruditissimi ad Αι-
 γων aliquam decurrere, quarum Stephanus meminit; quippe qui
 memorat Αιγας multas, Ciliciæ, Macedoniæ, Cherronesi, Thra-
 ciæ, Æolidis, Lydiæ, Locridis, Ætoliæ, & Eubœæ: & quia
 reliquæ urbes, qui Sacrum Senatium nummis suis indiderunt, fue-
 runt Asiaticę, suspicio mihi oborta unam ex iis Ægis intelligen-
 dam esse. Auctor quidem Chronici Alexandrini sextam Alexan-
 driam vocat πλὴν ἡγεῖ Σουθίας ἐν Αἰγαιοῖς; sed is loca, ubi hujus
 nominis urbes sitæ fuerunt, tam mira enarrat, ut quid de istis
 sentiendum sit, vix constet. Videtur & ejus meminisse Auctor
 fabularis vitæ Alexandri, cujus integrum locum adscribam, ut ha-
 beant peritiores, si tanti judicabunt, in quo sese exercent. *No-
 mina civitatum, quas extruxit Alexander. Prima Alexandrina,
 que dicitur Ypufvitas: Secunda Alex. Yepiperium: Tertia Alex. di-
 citur SITHIA: quarta Ercustria: quinta Ymiteon: sexta Bucifa-
 lon sub fluvio Silonis. Septima Alex. sub fluvio Tigris: octava Ba-
 bylon: Nona apud Troadam: decima Masagetas: undecima Ypre-
 xiaton: 12, Alex. dicitur Egyptus.* In nummo quidem Alexan-
 dri Severi, qui exstat in Cimelio Regio, legitur ΑΙΓΑΙΩΝ. ΑΛΕ-
 ΞΑΝΔΡΟΥ. ΠΟΛΙΣ Sed hoc nomen Ægæ videntur habuisse ab
 Alexandro Severo, uti eadem urbs in alio nummo a Macrino *Ma-
 crinopolis* appellatur; non secus ac Ancyra in honorem Caracallæ
Antoniniana, Tarsus in honorem Macrini *Μακρηνιανή*. & ipsi Æ-
 gienses Hadriano *Adriani*, & a Commodo *Commodiani* dicti fuerunt.
 Præterea, ut hoc addam in Gruteri Indice dicitur esse *Alexandria*
in Italia; verum in Inf. 3. p. CCLXXII. legitur

COL. VEN. LENIA. AUG
 ALEXANDRIA. ANT
 APPELLINATIUM.

quæ colonia quomodo vocata, aut ubi fuerit fateor me ignorare.
 Tres tandem litteræ ΣΛΕ: videntur notæ numerales esse & æram
 quandam indicare. Hæc scripseram, & ecce mihi ab Amplissimo
 & Nobilissimo Spanhemio Ezechiele, cujus amicitia immensus mi-
 hi honor est, litterę, quibus consultus & rogatus, mirum quan-
 tum tres hi nummi illustrantur. Gratum tibi, Lector, procul-
 dubio erit, si tecum communicem, quæ vir tam præclarus, &
 qui parem in hoc studiorum genere non habet, ad me pro singu-
 ,,lari

„lari sua humanitate Februario proximo misit. De tribus illis
 „nummis Græcis, quorum primæ tuæ ante annum scriptæ me-
 „minerunt, & in novissimis denuo recordaris, illud habeas in li-
 „mine, me haud leviter ob factam tibi eorum copiam, gratulari.
 „Sunt enim omnino quantivis pretii, neque hæctenus a me ali-
 „bi in præclaris ac locupletibus Cimeliarchiis visi aut observati.
 „Primus autem, quem memoras, ab Abydenis percussus cum Dianæ,
 „*Ἀβυδουχενίης τε Φαρέτης*, ut de eadem vetus Epigramma, effigie,
 „nullum facesset negotium, ubi reputaveris Abydum, quod e
 „Strabone & Stephano notum, Milesiorum coloniam, apud quos
 „Diana juxta Apollinem culta, immo cujus ductu & auspiciis Mi-
 „letus scilicet condita, teste Callimacho in Dianam v. 226.

μιλίτω ἐπίδημε, σὲ γὰρ ποίησε Νηλεὺς

„Unde etiam, quod obiter observo, festum *Νηληϊς*, cujus Plu-
 „tarchus aliique meminerunt, Dianæ apud Milesios sacrum & fre-
 „quens etiam hujus Deæ in Milesiorum nummis effigies. Notum
 „autem, ac Tibi, qui hæc accuratissime tenes, vel e penu num-
 „maria luculenter obvium, deducta vulgo in Colonias, ac ab iis-
 „dem retenta Originem seu Metropoleon sacra. Ut vel inde ab-
 „unde liqueat, cur signum Dianæ occurrat, cum in tuo, tum
 „in alio Abydenorum nummo, quem in Vero apud Patinum vi-
 „deas, & inde retulit Harduinus. In aliis autem Abydenorum
 „nummis, quos versare mihi hæctenus licuit, nonnunquam Cy-
 „bele, in tractu quippe Phrygiæ vicino, aut pileati Dioscuri,
 „consueta & salutaria maritimarum, qualis Abydus, urbium nu-
 „mina, *Σωτήρες ἔπι ξυρᾷ ἢ δὴ ἐόντων;* aut infelix illud amantium
 „par Hero & Leander conspiciuntur. Ad alterum, quod adti-
 „net, Tenediorum nempe nummum cum duobus capitibus jun-
 „ctis, & securi, nota jam tibi & comperta, quæ apud Step-
 „hanum, Suidam, aliosque, ad plenum utriusque symboli expla-
 „nationem faciunt. Diversa paulo, quam innuis a Golziano num-
 „mo, figuræ imberbis quam tuus præfert, effigies, non ad mu-
 „lierem forte, sed ad junctâ Regii adolescentis cum mœcha, &
 „securi cum eadem percussi capita potest, mea sententia, haud in-
 „commode referri, & quo respexisse etiam videtur Stephanus,
 „*Διὰ τῆς Φησὶ καὶ ἐπὶ τῶ νομίσματι τῆς Τενεδίων κεφαλῆς, ἐν*
 „*ἢ μὲν τῶ ἐτέρῳ μέρει πελειόν, ἐπὶ ᾧ τῶ ἐτέρῳ δύο κεφαλᾶς, nem-*
 „pe

pe filii & mœchæ, qui pœnas dederant εἰς Ἰσθμῆσιν τῶν παῖδα παθήματ. Idem etiam clare innuit Suidas, de hoc ipso agens Tenediorum nummo, ἐφ' ἧ μὲν πελέκ. ἐφ' ἧ δὲ δὴ οὐ πρόσωπα ἐπ' ἐνὸς ἀχέν. Uva autem in eodem nummo tuo signata, feracem vino, quod aliunde liquet, tractum haud minus ac Bacchus cum scypho in nummo Commodi Gazæ Regiæ, vicinam Tenedo Lesbum, οἰνήρη dictum in veteri Epigrammate, familiari utroque hujus rei in nummis symbolo; continuo arguit. Utramque certe insulam conjungi videas apud Periegetem,

Λέσβος τ' ἑυρυχεύροιο καὶ ἡμερτῆς Τενέδειο.

Tertius autem seu postremus nummus a Te commemoratus, cum epigraphe ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, Scamandri præterea, & Apollinis Smynthei nominibus, omnino præclarus est, nec alibi hætenus, quantum ego scio, visus. Scamandri quidem meminit nummus e Ligorii Collectaneis ab Holstenio ad Stephanum p. 16. prolatus, ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ ΙΑΙΕΩΝ, quem in schedas meas Roma, ex inspecto ibidem Ligorii opere, pridem retuleram. ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ etiam, si per ultimum litteræ ferme, uti refers, expressæ ductum licet, legi in eodem tuo nummo mallet, quam ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΥ; sicuti passim expressa videas casu recto fluviorum in antiquis nummis nomina ΚΥΜΑΙΩΝ ΓΑΛΥΚΟΣ : ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΑΙΣΤΡΟΣ : ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΕΛΗΣ, ut plura id genus mittam, & in superiori nummo ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. Sed hoc leve: Scamander vero ille cum veterum, Homeri exemplo, monumentis valde celebratus, tum ab Alexandria Troade, quod jure observas, haud procul decurrens, ut commode in nummo illius urbis signari meruerit. Hanc autem Alexandriam a Troja seu Ilio, quod olim etiam uti recordaris, monui, diversam omnino verè adferis, nomenque ei non a Trajano Alexandro, sed ab Alexandro Macedone, quod Strabo aperte innuit, idque Lysimacho auctore, quum prius *Antigonea* diceretur inditum. Adscriptæ autem in eodem tuo nummo, quas memoras, litteræ ΣΛΕ, urbis epocham, annorum nempe ccxxxv. liquido, mea sententia, arguunt. Unde si ad Lysimachi, a quo urbs dicta *Alexandrea*, res in tractu illo gestas, & quarum Diodorus meminit lib. xx.

, ἀρχῆ

„ æræ caput revoces, hoc est, ad Olympiada cxix, aut juxta alios
 „ cxx, seu ante Christum ccc, cusi inde ætatem nummi eruas,
 „ circiter quarto Olympiados clxxviii, seu ante Christum lxxv,
 „ nemper circa tempora debellati a Pompejo Tigranis. Quanquam,
 „ quod parum hic refert, nec jam hujus loci, unius forte aut al-
 „ terius anni, pro diversis Chronologorum calculis, ratio haberi
 „ hic possit. Ex quo autem Colonia Romana in eandem Alexan-
 „ driam sub Augusto, quod e nummis liquet & firmat Strabo,
 „ deducta, omissa inde in iis hujus Æræ memoria, & Latini vul-
 „ go illius urbis nummi, cum variis *Coloniæ Alexandrina Augusta*,
 „ *Troadis*, aut *Coloniæ Avelia Antoniane Alexandria*, vel *Alexan-*
 „ *drina*, qualem nummum alibi primus protulit, appellationibus,
 „ e quibus geminos male Holstenius ad Stephanum p. 24. ad *Ale-*
 „ *xandriam* Ægypti retulit. Alterius quidem Æræ Alexandrinæ,
 „ h. e. Μεγαλόπολιος, meminit nummus Eliogabali, Gazæ Regiæ,
 „ a me pridem in eadem visus & notatus, ac nuper ab Harduino
 „ cum aliis ex indice admirandi illius Cimelii descriptus. Diversa
 „ vero eadem ab Æra Alexandræ seu Alexandri, ac inde *Dulber-*
 „ *najim* Arabibus dicta, de qua pridem Scaliger in Canonibus Isa-
 „ gogicis, quæ etiam superiori Æra Alexandriæ Troadis longe an-
 „ tiquior, eadem quippe cum Æra Seleucidarum. Sed hoc obi-
 „ ter. Apollinis autem Smynthei, quem memorat itidem num-
 „ mus hujus Troadis tuus, familiaris olim in toto illo tractu cul-
 „ tus, neque solum, quod ex primo Iliados notum, apud com-
 „ memoratos paulo ante Tenedios a Troade ista haud procul diffi-
 „ tos. Ita Chrysas, urbs illius loci, sacra eidem Smyntheo, a
 „ quo λόγοι Σμινθιακοὶ apud Eustath. ad Iliad. A. p. 34. Mirari
 „ tantummodo quispiam posset, quod nullum in illo tuo nummo,
 „ neque enim observare id & monere in tuis ad me litteris superse-
 „ disses, vestigium occurrat Dei illius supra murem, unde ei no-
 „ men inditum volunt, quemque calcat aut percutit, stantis: qua-
 „ le scilicet ejusdem Smynthei simulacrum describit commemorato
 „ ante loco Eustathius, ὃν καὶ ἰδρύσσει μὲν ἐπὶ βεβηκότε, ὡς ἀνεὶ πα-
 „ τέρων τὸ θεῖον. Verum, ut alia jam mittam, non hanc solam
 „ a muribus denominationem *Smynthei* Apollinis arcessit ibidem Eu-
 „ stathius, sed opportuniorem procul dubio, ab urbe illius tractus
 „ Smyntheo. Hæc sunt, quæ Vir ille Magnus, & Antiquitatum

Interpres felicissimus pro singulari, qua fulget & illustris est licet in ampla dignitate constitutus sit, humanitate ad me misit; quæ si tibi, Lector, tantum, quantum mihi arrident, placebunt certe plurimum. In agro Sylvaducensi exiguus pagus est, cui nomen *Rummel*: qui ante annos aliquot nobis dedit C. JANUARIUM SEXTUM INTERPRETEM, uti docui in Inscriptionibus Antiquis, quas una cum Apotheosi Homeri vulgavi. In eodem loco inventus est & alius lapis, ingens satis, & candidi coloris, quem mihi dono misit Amplissimus Vir, Henricus Copez, Urbis illius Senator, & antiquarum rerum studiosissimus. Continet marmor illud Inscriptionem tam elegantem, ut affirmare non dubitem similem his in terris vix repertam esse:

.. ACSUSA
 NO. HERCULI
 SACRU. FLAVS
 VIHTIRMATIS FIL
 S MMUS MAGISTRA
 . IVITATIS BATAVOR
 V. S. L. M.

Occurrit igitur hic HERCULES MACSUSANUS, qui proculdubio non secus ac *Deusoniensis*, alique Dii topici absque numero a loco, in quo cultus fuit, nomen habuit. In Inscript. 4. pag. MLXX. apud Gruterum, quæ Westcapellæ Zelandorum reperta est, scribitur HERCULI MARCUSANO: in nummis vero Posthumi apud Antiquarios obviis, HERC. MACSUSANO: quomodo etiam in lapide laudato legi, testis est Boxhornius cap. 1. Quæst. Rom. quem tamen recte carpit Tristanus Tom. 3. p. 146. quod inde faciat MAGNO SANCTO. Nam certe in numismate satis clare legitur MACSUSANO, & in meo marmore addita littera mACSUSANO: arbitrorque apud Antiquarium non minimi nominis male scribi MAGUSANO, & Mezzabarbam, spectatæ etiam diligentiae peritiæque virum, inde aliam epigraphen a MACSUSANO facere; quia apud Tristandum C. non autem

tem G. occurrit. In qua regione vel urbs, vel locus, a quo Hercules nomen accepit, situs fuerit, utique incertum manet, cum apud neminem veterum, quod sciam, memoretur vel *Macusum*, vel *Macusum*. Credibile tamen est, illud nomen loco alicui in Gallis versus Rhenum inditum fuisse, quia & altera & hæc inscriptio in illo tractu inventæ sunt. Siquæ verum est, quod notant celebres Antiquarii, Posthumum sub nomine *Herculis Macusani* cultum fuisse, id quod rejiciendum nequaquam videtur, ad ejus imperium quod incidit in annum Christi 250. V. C. 1012. Inscriptio nostra erit referenda; unde de ejus antiquitate judicium fieri potest Herculem certe sæpe in nummis ejus datur conspiciere, additis Inscriptionibus: HERC. PACIFERO: HERCULI ARGIVO: HERCULI LYBICO: HERC. DEUSONIENSI: HERCULI ERYMANTHINO; INVICTO: ROMANO: IMMORTALI & HERCULEM: & inde haud absurde colligitur Gallos, quorum summus erga Posthumum erat amor, quod submotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem revocasset imperium, teste Trebellio Pollione, eum ut Herculem monstrorum domitorem coluisse. Atque hoc vel inde patet, quia certe deus Hercules iis cognominibus in Galliis cultus non fuit; sed data illa cognomina sunt Posthumo, tanquam in vincendis Germanis parem Herculi laborem exantlasset. Et firmant hoc alii nummi, in quibus occurrit VIRTUS EQUITUM, POSTUMI AUG. & AETERNITAS AUG. cum Hercule leonem domante, ejus exuvias gerente, clavam atque arcum, & Imperatori imponente coronam: nec non unus Posthumi filii, in cujus aversa area HERCULI DEUSONIENSI legitur, & conspicitur caput Posthumi patris. Is qui hoc monumentum posuit, vocatur FLAVIUS VITHIRMATIS FILIUS; & patris nomen satis superque docet, eum origine Gallum vel Batavum fuisse. Solebant autem provinciales Romana nomina adsumere; Sic frater Arminii *Flavius* cognomento fuit, teste Tac. 2. A. 9. & *Claudius Civilis*, *Julius Paulus*, *Julius Brigantius*, *Claudius Labeo* nomina Romana habent. VITHIRMAS proculdubio est nomen Batavum vel Gallicum; & nescio an alibi simile occurrat. Præcipue autem notandus est SUMMUS MAGISTRATUS CIVITATIS BATAVORUM. Quod si CIVITAS hic complecteretur

tur omnes Batavos, qui iisdem legibus vivebant & unum consti-
tuebant Reip. corpus, uti usurpatur Cæsari lib. 1. de Bello Gall.
c. 12. ubi *civitas Helvetia*; Tac. 2. A. 61. ubi *Æduorum*; Germ.
c. 37. ubi *Cimbrorum* c. 41. ubi *Hermandurorum*; Agric. c. 17.
ubi *Brigantium Civitates* occurrunt: quomodo & Vellejus 1, 3.
Thessaliam appellat *Myrmidonum civitatem*, illustre certe monumen-
tum haberemus, ex quo aliquo modo colligi posset Batavorum
quale regimen circa illa tempora fuerit. Et *Civitatem Batavorum* eo
sensu posuit Tacitus 4. H. 56. *pollicitusque, si præsidium daretur.*
iturum in Batavos, & potiorem CIVITATIS partem ad societatem
Romanorum retracturum. Quod si autem per *civitatem* intelligere
placet urbem, vel oppidum: quo sensu hanc vocem usurpatam
esse constat, vel ex his Verrii Flacci apud A. Gellium Lib. 18. c. 7.
verbis: *CIVITATEM & pro loco, & pro oppido, & pro jure*
quoque omnium, & pro hominum multitudine dici: urbem confer-
vat marmor, quæ per excellentiam *Batavorum civitas* vel *oppidum*,
dicta fuit. Sed incertum valde est, ubi hanc quærere debeamus,
quia plures fuere Batavorum urbes. Nam Ptolomæus lib. Geogr. 2.
c. 9. memorat *λερόδενον*, & *Βαταύοδενον*, & ultimam quidem *μυ-*
σόγρον. Verum si aliqua ex his duabus intelligenda foret, pro-
culdubio adjectum fuisset ipsum vel Lugduni vel Batavoduri no-
men in marmore: unde nescio quam valde mihi placeat illorum
opinio, qui censent aliam urbem fuisse, quam peculiari ratione vel
Oppidum vel *Civitatem Batavorum* vocarunt. Tacitus 5. Histor. 19.
Civili Chaucorum auxilia venere. Non tamen ausus OPIDUM
BATAVORUM armis tueri, raptis qua ferri poterant; ceteris in-
jecto igni in insulam concessit. Cluverius & alii *Batenburgum* in-
telligunt; sed nequaquam verisimile est Civilem acie circa Ca-
stra Vetera victum & agitantem animo petere Bataviam, cujus
primo Mosam & Batenburgum, inde iterum Vahalim petiisse. Sunt
qui cum antiquis codicibus rescribant *oppida*, eamque lectionem
amplectitur Lipsius, quia nullum oppidi nomen adpositum. Cer-
te Batavi ripam Gallicam una cum insula tenuere: Tac. 4. H. 12.
Batavi donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, seditione do-
mestica pulsi, extrema Gallicæ ora vacua cultoribus, simulque insu-
lam inter vada sitam occupavere, quam mare Oceanum a fronte,
Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Verum num plura oppi-
da

da in ora Gallica habuerint incertum valde est. Quod si rationem inire volumus, & perpendere, veteres rarissime oppida in locis paludosis & pascuis condidisse, videtur certum oppida illa non potuisse esse posita nisi intra illud spatium, quod inter divortium Rheni Vahalisque, & Noviomagum est; & si totus ille tractus examinetur diligenter, patebit vix alio loco oppidum exstrui potuisse, quam ubi nunc Noviomagum situm est. Nam ex abruptis montibus & confragosis, atque fruticetis & sylvis, quæ regionem eam occupant, constat, loca illa inculta relicta esse. Hincque simul ratio peti poterit cur Civilis non in principio Batavi agri in insulam concesserit, sylvis scilicet fruticetisque illud impediens: sed necesse habuerit usque ad Batavorum oppidum confugere. Præterea nullibi in toto hoc tractu tot Antiquitates reperiuntur quam Noviomagi, illæque certum indicium sunt, non a Caroli Magni temporibus, verum diu ante, & sub primis Romanorum temporibus urbem hanc celebrem fuisse. Si quis igitur *Civitatem* pro oppido vel urbe accipere velit, ego crederem, non incommodè *Noviomagum* posse intelligi; certe de illo Tacitum loqui, qui & *Coloniæ Agrippinensium Ubiorum oppidum* appellat. Neque tamen eorum sententiam condemno, qui vel *oppida* apud Tacitum rescribunt, & plura Batavos habuisse oppida in ora Gallica existimant; sed argumentum illis non suppeditant hæc verba, *ceteris injecto igni*; neque enim *et ceteris* ad oppida respicit; sed ad res, quæ in oppido Batavorum erant; quarum nonnullas vero igne consumpsit, ne scilicet inde aliquid ad Romanos perveniret. Qui plura hanc in rem desiderat, adire potest Joh. Smetii *re manœitrs* & Antiquitatum sollertissimi enodatoris *Oppidum Batavorum*; & Isaacii Pontani Disceptationes Chorographicas & proculdubio Theodorus Rycquius, Historiæ apud Batavos Professor eruditissimus, & facundissimus hæc pluribus in nova Taciti editione illustrabit; cujus viri sententia ingens pondus vel huic vel illi explicationi certe adlatura est. Quod si per CIVITATEM omnis gens intelligenda est observandum imprimis, usos fuisse *Batavos* suis legibus; nec paruisse Romanis vel proconsulibus vel proprætoribus, vel aliis qui cum imperio mittebantur. Civilis apud Tac. 4. H. 12. gloriatur, *eos tributorum expertos esse*, & 5. H. c. 25. ipsi *Batavi sibi non tributa sed virtutem et viros indici: proximum id libertati: et si dominorum electio sit, honestius principes Romanorum, quam Germanorum*

feminas tolerari. Et ipse Tacitus 4. H. 12. eos scribit nec opibus Romanis, societate validiorum attritos, viros tantum armaque imperio ministrare, & cohortes vetere instituto nobilissimos popularium rexisse; & c. 29. Germ. ita de celebri hac gente loquitur. *Manet honos & antiqua societatis insigne nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit; exempti oneribus & collationibus & tantum in usum praeliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur.* Quæ omnia indicant Batavos reverenter habuisse Imperium Romanum, sed tamen illi nequaquam plane fuisse subditos, ita ut rectores ab urbe æterna recipere cogerentur. Et insigne huic decori gentis antiquæ præbent eorum duces Tutor Classicus & Civilis, dum 4. H. 78. *suis quisque locis pugnam cientes Gallos pro LIBERTATE, Batavos pro GLORIA, Germanos ad PRAEDAM instigabant.* Nam Gallia jam in Provinciæ formam erat redacta, Germanis nihil cum Romanis erat, & Batavi eos quidem comiter colebant, sed non habebant dominos, ideoque non pro libertate, sed pro veteri gentis gloria certabant. In Inscriptionibus, quæ Caracallæ & Severi temporibus positæ fuerunt, legitur; GENS BATAVORUM AMICI ET FRATRES ROMANI IMPERII: CIV. BATAVI. FRATRES. ET. AMICI. P. R. Nec quicquam vetat, quo minus credamus hanc libertatem ad Posthumi, sequentiumque Imperatorum tempora & ad Francorum irruptionem servasse. Nam, teste A. Marcell. l. 16. c. ult. *opitulatum conturmalibus suis celeri cursu Batavi venerunt cum Regibus,* in prælio quo Julianus Alemannos concidit. Nam inde viri eruditi existimant Batavos suos Reges vel Principes illo etiam tempore habuisse; nisi tamen cum Henrico Valefio aliquis velit existimare Reges esse nomen numeri vel Legionis, qui *Regii* dicuntur in notitia imperii. Quicquid sit, si CIVITAS in marmore de omni Batavorum regione explicanda est, magna certe dignitate ornatus fuit hic FLAVIUS, & Rempubl. Batavorum non Regis vel Principis, vel Ducis nomine, sed SUMMI MAGISTRATUS rexit. Si vero alii contendant vocem eam denotare oppidum, necesse est, ut fuerit primus Duumvirorum; vel dicendum unum tantum summum in Batavorum oppido fuisse magistratum; quocumque demum nomine dictus proprie fuerit. Sunt enim eruditionis præstantis Viri, qui *Consules* colonis (quanquam adseverare nolim Civita-

Civitatem Batavorum Coloniam fuisse) imponunt; atque ita explicant Aufonium:

*Diligo Burdigalam; Romam colo; civis in hac sum
Consul in ambabus.*

Sed Velferus & Freherus ordinem invertunt, & scribunt, & *consul in hac sum Civis in ambabus*; Reinesius arbitratur Aufonium metri causa *Consulem* pro *Duumviro* posuisse, qui videatur 3. Var. c. 16. Epist. 28. & 31. & p. 675. Ejus sententia firmatur elegantissimo loco Ciceronis 2. ad Att. ep. 6. ubi *Duumvirum* pro *Consule* similiter plane usurpat: *Ubi (Antii) quidem ego mallem Duumvirum, quam Rome me fuisse*, n. Duumvirum vel Consulem. Henricus Noris, vir harum rerum peritus admodum Dissert. 1. Cenotaph. Pisanorum Duumviros *Consules* dictos esse: & Jul. Cæsar Capacius *Consules Puteolos* memorat reprehensus eo nomine a Reinesio. Augustum Consulatum Plutię gessisse ex nummo Græco evincere conatur Patinus; sed scribendum in eo esse non ΠΑΟΥΤΙΑΕ verum Δ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ docuit Harduinus; Munatium Pansam Bisontinos Consulari potestate rexisse arbitratur Chifletius l. 1. c. 29. Vesont. quia in Inscriptione veteri legitur *Martianus Sacerdos Roma & Augusto Munatio Pansa cos in Civitate Sequanorum*: sed inspicienda foret ipsa inscriptio, antequam certi quid statui possit. Apud D. Prosperum legimus, *Asperum VI. Consulem Carthagini constitutum esse* qui tamen semel in Fastis tantum dicitur Consul Orientalis fuisse: adeo ut videri possit Carthagine gessisse Consulatum. Quicquid sit inferiori sæculo *Consules* pro quolibet Magistratu usurpati, uti docet Reinesius Ep. 33. ad Daunium: & du Cange in Glossario Medii Ævi absolutissimo: quomodo in Historia Norvagię ab anonymo conscripta & ante aliquot annos edita celebrantur *Consules Orcadum Insularum*. & Episcopi Provincię Viennensis ad Leonem Papam scribunt; *quicumque intra Gallicas ostentare voluit insignia dignitatis in hac urbe (Arelate) Consulatum accepisse & dedisse*; id est, Consulatum Circensibus celebravisse, quemadmodum hæc verba interpretatur Hadr. Valesius Vir eruditissimus Lib. VIII. Rerum Francicarum. Atque hic locus haud obscurum indicium est, Magistratus Provinciales vel Duumviros etiam *Consules* dictos fuisse; quod nec diffitetur Reinesius, qui Scipioni Gentili facile largitur, contigisse ambitione

bitione municipalium & Colonicorum Magistratum, & quos Duumviros suis locis esse iussisset Senatus, ii Consulium nomen vel adsciscerent sibi, vel ab adulantibus obnoxiiisque acciperent; sed illud tantum domi cujusque regnare potuisse, neque tantum valuisse, ut Romana loquendi consuetudine *Consules* dicerentur. Unse sequitur, fieri posse, ut in marmoribus Consules municipiorum occurrant: atque ita etiam Duumviri ab Auctoribus vocentur, non secus ac Justinus l. 31, c. 2. Carthaginensium Suffetem Hannibalem *Consulem* appellat. Et certe Eruditissimus du Cange in Inf. 9. ccccxxix. 8, xc. 5. cccci. & 7. ccccxxxviii. putat se municipales Consules repperisse. In prima celebratur *primus, secundus, tertius Consulatus* L. Licinii Suræ; verum ego arbitror intelligi *Suram* illum, qui temporibus Nervæ & Trajani ter Consulatum Romæ gessit, uti testatur Cassiodorus in Chronicis aliique quamcunque tandem ob causam is in marmore Barcinonensi memoretur: in altera quam Angliæ debemus occurrit CL. QUINTIANUS COS. ubi potuit excidisse PRO, ita ut fuerit proconsul. in tertia Hispana, SEXTUS ALLIUS MAMERCUS *Pontifex perpetuus Col. Astigitana, & Flamen Divorum Augustorum Consul.* in ultima, qui agri Comensis est, L. Minicius Exoratus *Flamen Divi Titi . . . & Cos.* Quarum priores ut parum momenti ad rem probandam adferunt, ita ultimæ affirmare videntur, vera esse quæ modo ex Reinesio monui; & Duumviros interdum *Consules* dictos esse ab adulantibus, vel etiam a se ipsis. Nec abhorret a loquendi Romanorum ratione *Magistratus summus*: nam & *summi Aediles* occurrunt apud Juven. Sat. 3.

Sufficiunt tunica summis Aedilibus alba.

Qui num ita vocentur, quia ludos edebant; ut censent eruditi, an vero quia Duumvirorum loco erant, aliis dispiciendum relinquo. Certe Cic. 13. Ep. 12. ad Fam. testatur Arpini aediles creari solitos summo cum imperio: *is enim*, ait, *magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet.* Et talem puto fuisse C. Albutium Silum Novariensem, qui *aedilitate in patria fungens jus pro tribunali dixit*, apud Sueton. in Libro de Claris Rhetoribus, & eum, qui in lapide vetusto vocatur *ÆDILIS DUUMVIRALI POTESTATE.* Præterea ut in Inf. nostra occurrit *Summus Magistratus*, ita in 4. lxxiii. apud Gruterum *primus.*

FOR-

FORTVNAE
AVG. SACR. ET. GEN
IO. CANABENSIVM
L. SILIVS. MAXIMVS
VET. LEG. I. AD
P. F. MAGISTRAS
PRIMVS. IN. CAN.

D. D.

ubi *Magistras* mihi positum videtur esse pro *Magistratus* : imo & *summus* in IO. XXXIII.

DEO
INVICTO
MITHRAE
C. LVCRETIVS. MNESTER
M. AEMILIVS. PHILETVS
SVM. MAG. ANNI. PRIMI
M. AEMILI. CHRYSANTI
D. S. D. D.

ubi tamen forte meliori jure *summus Magister* intelligitur, qui sacerdotibus annumerandus est & frequenter in Inscriptionibus occurrit, quanquam alibi etiam celebretur *Magister & Decurio Carianorum*. Sic *summus Imperator* apud Plautum Amph. *summus pontifex & summus hominum* apud Tacitum : SVMMVS SACERDOS AVG. in nummis Elagabali apud Illustrem Spanhemium & alios. Et denique *summus sacerdos*, id est Episcopus apud Tertullian. cap. 17. de Baptismo. Atque ita Flavius noster erit instar Archontis apud Athenienses, qui, quod notandum praecipue, non aliter appellatur a Trebellio Pollione in Gallienis: *Gallienus apud Athenas ἄρχων erat, id est, SVMMVS MAGISTRATVS, vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, & sacris omnibus interesse*. Tandem in marmore occurrit V. S. L. M. qua scribendi & loquendi ratione nihil frequentius in marmoribus occurrit. Sed inter Litteras V. & S. majus spatium, quam inter reliquas relinquitur; & cum lapidem Amplissimus Voetius, qui singulari amore Antiquitatis studium prosequitur, & ego inspiceremus diligentius, videre nos putabamus vestigia litterae P. ita ut hic Flavius *Votum publicum solverit libens merito*. Pro Republ. igitur

tur sua hoc monumentum erexit; & inde haud obscure sequitur locum in quo hoc marmor inventum est, nisi aliunde eo adve-ctum sit, celebrem fuisse religione & cultu vel Herculis, vel alterius numinis.

Prope Cliviam in loco, in quo Celsiss. Nassaviæ Princeps Mauritius monumentum sibi vivus fecit, sunt variæ Inscriptiones antiquæ apud Castra Vetera & in aliis agri Clivenfis locis reperta; quæ quia inedita & rara admodum sunt, luce publica donare constitui.

DEAE
HLVDANIA
SACRVM
C. TVBBIVS.

Ultimæ vocis mediæ litteræ non satis distingui poterant; aliisque videbatur scribi debere TULLIUS. Ex secunda linea periit littera E. Sed quæ sit *Dea Hludania* juxta cum ignarissimis scio; observandum tamen hanc vocem ita scribi, ut *Hludovicus*, *Hlotarius*, & similia; eamque scribendi rationem antiquam esse ex hoc marmore patere (nisi illud ad eam ætatem referendum sit) idemque nomen totidem fere litteris exstare in Inscriptione veteri, quæ & hodie apud Noviomagenfes servatur,

DIIS. MANIBVS.
C. JVLIO. CLAV
PVDENTI LVIDONIA
VET. LEG. X. G. P. F.

quanquam litteræ nonnihil intricatæ sint. Subintelligitur autem, ut videtur *domo*, ita ut *pudens* ex loco, cui *Luidonia* nomen, sit oriundus, a quo etiam *Dea Hludonia* vel *Hludania* nomen accipere potuit.

DIS MANIBVS
M. VETTI. SATVR
NINI. VET. LEG.
XXII. P. P. F. CIVI
TRAIANENSI. M.
ANTONIVS. HONO
RAT.

Hodie binæ priores tantum regulæ legi possunt; & conservatio-
nem

nem hujus marmoris debemus Smetio, qui egyptum ejus olim a viro antiquarum rerum studiose accepit. *Legio secunda & vigesima* ad Rheni ripam vel in Germania inferiore castrametata est, uti ex aliis apud Gruterum marmoribus etiam patet; vocaturque illa *Pilipollens felix*, uti has siglas P. P. F. eruditi antiquarii interpretantur; & in lapide Moguntiae reperto pag. DXLV Gruteri celebratur C. IVLIVS. CORNICVLARIVS LEG. XXII. P. P. F. nisi tamen cognominata vigesima secunda legio fuerit PRIMIGENIA PIA FELIX. Sane in Inf. 13, XXII. 3, LVIII. 5, XCIII. 8, DXIV. 3, DXIV. 4, DXLVI. quae omnes prope Moguntiacum repertae sunt, scribitur LEGIO PR. P. F. non autem additur *Severiana*, id quod putavit auctor Indicis magni istius operis. In laterculis Coloniae Agrippinae repertis occurrit LEG. XXII. PRI. & in marmore Romae effosso, LEG. XXII. PRIMIG. P. F: quae certe indubitata indicia sunt legionem eam non *piam, pollentem, sed primigeniam piam felicem* dictam esse. Verum eligat unusquisque quod sibi placet, ego monuisse satis habeo. In Inf. 7. p. DXXV. eadem legio memoratur; sed obscurum valde mihi equidem est CIVES CIVITATE ANCHEVVSA-NVS DIATR, nec non, MUCAPOR MVRALIS. Ortelius putat intelligi posse Hollandiae urbem, quae *Enkhusa* vocatur; id quod nequaquam est verisimile, quia urbis illius prima mentio occurrit anno 1279. MUCAPOR, videtur esse nomen proprium militis, qui cum alio hoc monumentum erexit; exstatque idem in Actis Philippi Episcopi, qui martyrium obiit Adrianopoli apud Mabillonium, virum certe praclarissimum, & cui plurimum humanitatis studium debet, Tom. IV. Anal. *Tunc ipse natura exers, atque humanitatis ignarus Mucapor ingreditur.* Sic Mercor est Mercurius; unde in Notis Tyronis & Senecae pag. 197. legitur, *Die Mercoris*, id est Mercurii. CIVIS autem TRAIANENSIS ex Colonia Trajana fuit oriundus proculdubio, quam ad Rheni ripam haud procul Batavia sitam fuisse docuerunt satis multis Viri eruditi. Caeterum haec eadem inscriptio exstat apud Lazium lib. 4. c. 5. Reip. R. legiturque ibi quidem commodius QVI VIXIT AN. XXXIII. sed reliqua similia sunt.

I. O. M
 T. GRANIVS
 VICTORI
 NVS.
 OPTIO. V. S. L.
 M.

Graniorum nomen cognitum est in historia Romana, uti ex Cicerone, Appiano, Plutarcho, Tacito aliisque constat. In lapidibus etiam vetustis apud Gruterum & Reinesium idem occurrit frequenter, & quidem apud illum celebratur L. GRANIVS VICTOR, 3. CCCXXXIII.

HERCVLI. SAX
 SANTO. SACRVM
 C. SULPICIVS. MA
 TVRVS. 7. LEG. XXII
 PREF. ET. COMMI
 LITONES. LEG. EIV
 SDEM. QVI. SVB
 EO SVNT
 V. S. L. M.

Qui ante me hanc inscriptionem descripserunt, variant nonnihil; ut, SAXSANO. MLEG, id est *miles legionis*, cum nota 7. significet centurionem vel centuriam in aliis lapidibus; reliqua ita formabant PR. F. F. II. COMMILITONI. S. II. C. EJVS. DEMO. VI. SVB. I. OPSVNI. Verum hæc nihili esse facile credet is, qui noverit, me summa fide marmora hæc descripsisse. Herculis autem *Saxantus*, vel *Saxsanus santus* five *sanctus*, vel denique *Saxanus* vocatur; quod ultimum cognomen etiam occurrit in Inf. 3. p. XLIX: quæ Tiburi in Italia reperta fuit. Prestantissimusque Grævius putat interpretari debere SAXANO SANTO: quia *Sanctus* est proprium epithetum Herculis uti vel ex Phædro patet: *Saxanum* autem eum vocari a Saxonibus, aut a loco quodam, qui appellatus fuit *Saxanum*, ut *Deuſoniensis* a Deuſone, additque mirum non esse si in provincialibus Inscriptionibus peccaverit quadrantarius, & pro *Sancto* sculperit *Santo*, cum tales errores in municipalibus & provincialibus titulis non pauci occurrant.

MAR-

MARCINVS SVR
 CONIS. F. BREVCVS
 MIL. EX. COH. VIII.
 BREVC. ANN. XXXV
 STIP. XII. H. S. F.

Infra hanc inscriptionem cernitur crotaliftria; quæ forte additur, ut exprimerent choreas, & oblectamenta, quibus eos, qui ad campos Elyfios deducebantur, frui persuasum habebant; quemadmodum mox pluribus docebo. *Cohors autem octava Breucorum* etiam memoratur in Inf. 2. p. DLX. apud Gruterum: alibique *tertia, quarta, septima*, & non addito numero, *Breucorum* occurrit.

I. O. M
 MARTIVS
 VICTOR
 SIG. LEG. XXX. V. V.
 SEVERIANAE
 ALEXANDRI
 P. F. V. S. L. M
 AGRICOLA. ET. CLE
 MENTIANO. COS.

Ex Consulibus patet hanc inscriptionem positam esse A. V. C. 983. quo consules a Cuspiniano & Damaso papa suggeruntur, teste Onuphrio, *Agricola & Clementinus*, vel *Clemens*, uti vocatur in Fastis Græcis; qui proculdubio idem cum *Clementiano*, illudque nomen forte pro *Clementinus* substituendum est. Legio autem hæc multa cognomina habuit, & vocata fuit, *Valens, Victrix, Severiana, Alexandrina, Pia, Felix*. Legio trigesima *Valens Victrix* cognominatur in Inf. 6. p. CCCXCIX; quanquam Reverendus & Antiquitatis follers indagator Smetius primum V. explicet *Ulpia*, quod cognomen eidem legioni datur in Inf. 4, & 5, CCCCLXXXII. *Severiana Alexandrina* proculdubio dicitur ab Imperatore Alexandro Severo; a quo I. & II. etiam *Severiana*, 7. CLXIX. & VII. SEVARIANA ALEXANDRINA appellata fuit. Horumque epithetorum memoriam servari etiam in alio

marmore, quod in Apotheosi edidi, quodque eodem in loco conservatur, & a me diligenter inspectum, est, existimabat idem:

I. O. M. CONSER
VATORI. TERTI
NIVS. VITALIS

MIL. LEG. XXX. V. V. SA

LIB. PRAEF. PRO. SE

ET. SVIS. V. S. L. M

VI. KAL. MAIAS

LVPO. ET. MAXIMA. COS.

Putabat enim vir eruditus C SA. distingui debere; & faciebat inde SEVER. ALEXANDRINAE. Verum in marmore ipso hæ litteræ absque illa distinctione (nisi quod injuria temporis in medio duarum litterarum SA, & quidem earum summa parte puncti instar, fuerit natum) cernuntur; conjiciebatque doctissimus Fabrettus in litteris ad me Roma datis, hunc Vitalem *Salibus præfectum fuisse*, & eo referebat SALINATORES CIVITATIS MENAPIORVM, qui in Inscript. 4. p. MXXCVI. occurrunt, quosque putat ministros fuisse. Miles igitur *Salibus præfectus* is forte est, qui curam habuit salis inter milites dividendi, cujus moris memoria servatur in l. 17. lib. 8. tit. 4. Cod. Theodosiani: & *Salinatores* erant ministri præfecturæ salinariæ, vel qui apud Menapios & Morinos vectigali salis præerant; quod quia M. Livius introduxerat *Salinator* cognominatus est, uti præter alios testatur Livius lib. 29, c. 37. ubi obiter notandum male ex Plinii lib. 31, c. 7. notari Ancum Marcium primum salinarum vectigal instituisse, illudque fuisse explosum Regibus expulsis; nam nihil tale ibi reperitur: sed tantum, *Ancum Marcium regem salis modia sex millia in congiario dedisse populo, & salinas primum instituisse*. Et quamquam tempora non obstant, quo minus, in marmore illo nominari possit *Legio Severiana Alexandrina*, quia Lupus & Maximus celebrati etiam 6, VIII, Grut. Coss. fuerunt Severo imperante A. V. C. 983, tamen altera explicatio præferenda videtur, quia C LIB. commode non potest exponi, nec sequitur vox alia, cui *præfectus* jungi possit; nisi quis facere malit, *libertinorum*, vel *libertorum*, vel *liberorum* (quos tamen non puto hic locum habere posse,)

se,) vel *librarium praefectum*. Nam legiones librariorum habuisse, probatum eunt viri eruditi ex Inscript. 8, LXXX.

MINERVAE
TIB. IVLIUS
NOVIANVS
LIBR. LEG
POSVIT.

nisi forte LEG. exponi debeat *Legati*: & de ejusmodi *librariis* videri potest Reines. Claf. 8. Inf. 44. in qua ejus ex sententia celebratur *librarius manipularis*. In altera inscriptione VITALIS nomen proprium est; exstatque idem in Inf. 18. p. DXXV. quam illustrare paucis conabor. In opere figulino quod inscribitur LEG. XXX. & infra VIT. ALIS. F. *legionis trigesimae* cognomen latere videtur arbitrari illustris Indicum auctor: sed apud Hadr. Junium & Scriverium nulla cernitur distinctio, & proculdubio VITALIS est nomen artificis qui opera figulina fecit. Solitos enim fuisse figulos nomina sua inscribere vasibus, lagenis, patellis, docet multis exemplis Reverendus Smetius in Antiquitatibus Noviomagenibus, cui etiam VITALIS inter eos artifices recensetur; quemque sequenti inscriptioni mutilę restituendum censeo, V... AL. OFF. id est *Vitalis officina*. Sed hac occasione facere non possum, quin illustrem lancem vel patinam, cui nomen itidem figuli inscriptum est. Luce eam publica donavit Octavius Falconerius, junxitque Romę Antiquę Famiani Nardini: TERT. D L. EX F. CAN OP. DOLI. I. TIT. ET. GALL. COS. Tertianus & Gallicanus Coss. fuerunt A. V. C. 880. imperante Adriano: reliqua vir eruditus exponit: *Tertullus Decii libertus ex figulina Canonis operis doliaris*, vel *operum doliarium prima*, putatque, tum *Canon* significet certum tributum, quod quotannis Imperatori dabatur, tempore Adriani fuisse quendam populum vel oppidum, cujus erat munus tributum nomine illi dare seu pendere vasa figulina, & quod habebat Romę plures, quarum hæc prima fuit, officinas figulinarias majoris commodi & minoris damni causa. Verum mihi hæc interpretatio longe nimis petita videtur, nec illi refellendę immorabor. Monebo tantum in litteris CAN. latere nomen artificis, vel *Canii*, vel *Caninii*, vel *Canuleji*, vel *Canusii*, vel *Canilii* vel alterius: unumque artificem plures possedisse

disse figulianas, ut *Canium*, vel quocumque nomine figulus hic vocatus fuit. Testatur id inscriptio apud Gruterum, ipsi viro doctissimo laudata:

EX. FIG. SEX. AT. SILV. F. VI.

id est *Ex figulina Sexti Atilii Silvani* vel *Silvii Filii sexta*: erantque hi homines lautioris conditionis, ut puto, nec tam opus ipsi faciebant, quam sumptus præbebant & alios adhibebant qui operis præessent; qualis in Canii figulina prima proculdubio, fuit *Tertullus*, nisi alio nomine fuerit *decimi libertus*. Quin & CANONIS nomen retineri potest; sed erit proprium, non secus ac in Inscriptione, quam Aris ignotorum Deorum inferuit præclarus Sponius;

HERMA DE SVO DAT
GENIO CANONIS ATTALI LIBERTI
GENIO PASICLENIS ATTALI SERVI.

Norma vel mensura hic locum habere nequeunt; & homo, quem Attalus libertate donavit *Canon* appellatus fuit.

I. O. M. JVNONI. REGINE
MINERVAE. T. QVARTINI
VS. SATVRNALIS. SIGNI
FER. LEG. XXX. V. V. PRO. SE
ET. SVIS. V. S. L. M.

IMP. D. N. GORDIANO. ET. AVIOLA
COS. KAL. JVL.

Hi Consules fuerunt A. V. C. 992. nihilque in lapide notata occurrit dignum, nisi quod Juno appelletur *Regina*: quod cognomen aliis etiam numinibus datum est: FORTVNA, ISIS, JVNOLVCINA vocantur *Reginae* in Inf. 7, 8, LXXVII. 12. 13. LXXXIII. 8, xxv. Περσεφόνη βασίλισ in lapide apud Gualtherum pag. ix. atque apud Terentinos eodem nomine Venus culta fuit, teste Hefychio in v. βασιλίδα, Et ut Juno *Regina* ita Jupiter etiam *Rex* Romanis & βασιλεύς Græcis appellatus est; uti constat ex Inf. 3, MLXV. & Pausaniæ lib. nono, aliisque: neque aliter ille vocatur in carmine Empedoclis apud Porphyr. lib. 2. de Abstinent. ubi & Venus vel κούπερς βασίλεια celebratur. Æsculapius βασιλεύς in lapide apud Sponium Sect. iv. Miscellan. & Falconerium, Viros doctissimos occurrit:

&

Mercurio REGIS nomen aptari posse in Inscriptiōe apud Noviomagenses reperta memini me monuisse. Observatione etiam est dignum inprimis deos deasve sæpe Reges vel Reginas nominari locorum, in quibus præcipue colebantur, & ipsa loca, eorum earumve regna. Venus dicitur Æliano lib. 3. c. 42. Κύπρις βασιλῆς; Regina Gnidi Paphique Horat. 1, 30. & Regina, qua tenet Cyprum & Memphin, 3, 26. idemque Fortunam regere Antium canit 1, 35. Pindaro Olymp. Od. xiv. Charites appellantur βασίλειαι Ὀρχομενίαι: & Nympha, non autem Diana, REGINA VNDARVM Inf. 8. p. xxxix. quæ forte ita suppleri potest:

Dat tibi MARMOREO CAESAM DE MONTE DIANAM,
REGINA VNDARVM NYMPHA, DECUS NEMORVM
VOTO DAMNASTI PERFECTA QVEM PRECE BASSVS

id est Bassus tibi Nympha Regina undarum, dat dedicat Dianæ, decoris nemorum, statuat. Regna Marica, & Regna Diane leguntur apud Lucanum lib. 2. v. 424. & lib. 3. v. 87. pro Minturnensium agro, & sylva Aricina, in quibus Marica & Diana colebantur: & loca talia vel urbes diis parere dicuntur: Petronius de Priapo

————— incluta paret

Cui Lesbos, viridisque Thasos —

Apud Apollon. præterea Rhodium, 4. Argon v. 917. Venus μεδέουσα Ἐρυκῶ; Jupiter μεδέων Δοδώνης, in Fragmentis Stephani & Apollo ἀνάσσειν Δηλῶ apud Pindarum Pythiarum od. 1. occurrunt; quippe qui in locis illis magna religione colebantur. Quinimo Homero Il. α. v. 38. Γ. v. 279. H. v. 202. Jupiter dicitur Ἄναξ Δοδῶναι; eodemque nomine etiam honorantur alii dii, ut Æsculapius Inf. iv. pag. MLXXIII. Mercurius Il. B. v. 102. Neptunus κρόμμης ἀναξ Lycophroni, quia Cromnæ, urbs est Paphlagoniæ, colebatur Hercules, Castor Pollux, & Apollo, quorum hunc præcipue absolute ita vocari docet Illustris Spanhemius ad Julianum; quique ἀναξ etiam appellatur apud Heraclidem Ponticum in Republ. pariorum, non addito vel Apollinis vel Phæbi nomine. Nec minus frequenter Ἄνακτες dicuntur Castor & Pollux, imo, si veteres audimus, primi illa appellatione digni visi sunt. Eustath. ad Il. α. p. 21. σημειῶσαι ὅτι ἈΝΑΚΤΑΣ ἐκάλεον τὰς βασίλειαις οἱ παλαιοὶ διὰ τὸ ἀνακῶς, ἧτων ὀπιμελῶς ἔχον τῆς ἰσότητος μέρων.

Gg

μήλων.

μύθων. Λέγοντες ὡς καὶ Πλάτωνος, ὅτι πρῶτον οἱ Διόσκυρον ἕτως
 ἐπεκλήθησαν ὡς τῶν πλεόντων ὀπιμελέμενοι. δῆλον ἔν ὅτι θεία τις λέξις
 ΤΟ ΑΝΑΞ. διὸ καὶ ἐπὶ ὑπεροχῆς κείται. οἷον ἐπὶ βασιλείων καὶ τῶν οἱ
 παλαιοὶ λέγουσι: *Observa veteres Reges Ἀνακτας vocasse, quia curam
 gerebant ipsis subjectorum; dicentes, id quod etiam Plutarchus facit,
 Castorem & Pollucem ita primum vocatos, quia navigantium curam
 habebant. Constat enim divinam esse vocem Ἀναξ, unde & de pote-
 state usurpatur, ut Regibus & patribus familiarum, quemadmodum
 etiam veteres testantur.* Qui locus vel ideo notandus est, quia nos
 docet in genere eos Ἀνακτες dictos esse, qui aliis erant impositi,
 eorumque curam gerebant. Et certe ita vox hæc usurpatur Home-
 ro Odyss. α, v. 397. δ, 87. I. 440, & 452. Viderique potest Eu-
 stathius insuper p. 199. 345. 947, 1425. 1485. & denique Tran-
 quillus Faber, præstanti vir ingenio, ad Fabulas Phædri. Ob-
 servandum autem in primis Eustathium uno narrare loco in Cypro
 insula *Magistratus fuisse Ἀνακτες dictos, ad quos auscultatores quoti-
 die, qua audivissent, referebant, cum quibus nihil commune vi-
 dentur habuisse filii & fratres Regis, quos ita etiam nominatos esse
 prodiderunt veteres.* Et tandem Dii Ἀνακτες dicuntur artium,
 quibus præesse putabantur, uti Apollo apud Aristidem Tom. I.
 pag. 482. *Φορμύλων Ἀναξ rex cithararum;* & Vulcanus in num-
 mo rarissimo, quem illustravit nobilissimus Spanhemius, REG.
 ARTIS.

IN H. D. D. PRO
 SALVTE. IMP. SEVERI
 ALEXANDRI. AVG. DEO
 APOLLINI. DYSEROLVS
 OLO DE MILITES. LEG.
 XXX. V. V. P. F. SUB. CURA
 AGENT. T. F. APRI. COM
 MODIANI. LEG. AVG. P. P. ꝑ
 CANVTI. MODESTI. LEG
 LEG. SEPT. MVCATRA
 IMAG. ET. SEPT. GALLVS
 ET. SEPT. MVCATRA. ET
 SEPT. DEOSPOR. ET. SEPT.

SAMNVS

SAMNVS. ꝯ. SEPT. MVCATRA
CANDIDATI. V. S. L. ME
MAXIMO. ET. AELIANO. COS.

In linea quinta, alii legebant OIODE: & posita est inscriptio A. V. C. 976. anno secundo principatus Severi Alexandri quo Maximus & Ælianus Consules fuerunt. Litteræ IN. H. D. D. exponi debent *In honorem Domus Divinae*; quæ loquendi forma integra exstat in Inf. 1. xcii. uti notatum est eruditis; & per *domum divinam* nulla mihi alia, quam Imperatoris, vel ejus familia intelligenda videtur. Sed duplex D. D. facit, ut nonnulla adjicere debeam, quibus illud in aliis Inscriptionibus obvium elucidari possit. *Fovem Domesticum* in lapide apud Noviomagenses reposito alibi explicavi, docuique majores etiam deos Larum loco habitos fuisse; quod argumentum perpulchre tractavit nuper singularis vir eruditionis; idemque arbitratur & *Fovem Domesticum* sese repperisse in hac inscriptione


ETEITIVS
ALYPVS
IOVI. D. D.


cum tamen potius vulgato more interpretari duplex D. debere existimem, id est DONO DEDIT. Meliori jure idem initium Inscriptionis Severo positæ, I. O. M. D. explicat *Domestico*: & si hic verus sensus est, *Fovem* etiam *Domesticum* inveniemus in 5, 7, XII. 17, XIII., & IO. XXXVIII. Certe aliorum *dedicatum* locum habere vix potest; & vel *Domesticus* præferendum est, vel aliud quid excogitandum, quod æque bene conveniat. Possent certe explicari *Deo*; quomodo *Æsculapius Deus*, *Apollo Deus Sanctus pacifer*, *Hercules Deus Inviectus*, *Liber Deus*, *Mercurius Deus* occurrunt; possent *Domino*, qui titulus *Æsculapio*, *Marti*, *Solique* datur: possent denique *Dolicheno*, vel *Depulsori*, quomodo in Inscript. vocatur *Jupiter*: sed ut nihil certi definitio, multo minus viri pereruditi sententiam improbo, ita tamen *deos domesticos* non agnosco in hac Inscript.

VENERI ET
 FORTVN. PRIM
 SACR
 L. CALVIUS. L. F. PAL
 VARIUS
 AR. ET. CVPIDINES. II
 D. D.
 L. D. D. D.

Nam priores litteræ D. D. ita mihi explicari videntur posse difficulter; & si illa mens auctoris, proculdubio illas junxisset Veneri & Fortunæ primigeniæ, quarum hæc BONA DOMESTICA dicitur in Inf. 5. p. LXXIII; unde arbitror hæc significare *Dono dedit. Locus datus decreto decurionum*; quæ loquendi formulæ in aliis lapidibus occurrunt, & vix aliter exponi possunt. Septimius Mucatra proculdubio fuit *Imaginifer* ejusdem legionis; & reliqui, qui eum sequuntur, *Candidati*, qui milites fuere, uti docuere Gutherius in libro *De officiis Domus Augustæ*; Bulengerus in *Imperio Romano*, & Valesius ad Ammianum Marcellinum; quorum tamen illi non satis distincte de Candidatis agunt. Quis tandem fuerit *Aper Commodianus*, & an apud alium ejus mentio fiat auctorem, ignotum mihi equidem est. Animalium nomina autem hominibus data esse ex innumeris exemplis constat. Sic *Aper* vocatus fuit is, qui Numerianum Imperatorem occidit; & *Bos* est nomen serui apud Baluzium, eruditionis præstantis virum Tom. 2. Miscell. p. 95. Prophyrius lib. iv. de Abstinencia, tradit dari animarum transmigrationem, inde in Mithræ sacris homines animalium nominibus appellari solere, & *μύσας* vocari *leones*, *ῥαίννας* (*leanas* vertunt) & *μινιστρος* corvos: & patrum memoria, id est antiquioribus temporibus; eundem morem obtinuisse, & nonnullos dictos esse *ἀετῆς*, alios *ἰεγῆς*; quod ultimum proprie hujus loci est. Quin & hoc ad deos translatum est, & idem Porphyrius lib. 3. scribit Hecatē appellatam *νομῖνιβος ταυρί*, *canis leonæ* *μύσας ἰπτανῆς*, melius *exandire*. Ut autem hominibus animalium, ita animalibus hominum nomina data sunt: Ælian. lib. 10. de Animal. c. 41. memoriæ mandat Eupolim poëtam Comicum ab Augeo Eleusinio dono accepisse *canem Molossum*, & eum *canem*

Augeano





Augeam appellasse. Sed hæc omnia longiorem dissertationem sibi desiderant; & summa rerum capita hic puto sufficere.

Apud illustrem Witzium exstat ex oriente allatum monumentum sepulchrale marmoreum, quod pancarpio, binis avibus, & capitibus bubulis, nec non inscriptione veteri est ornatum; cujus ectypum, licet inscriptio nihil singulare cum Antiquariæ rei studiosis volui. In hoc præterea monumento recondebatur urnula lachrymalis, binæ ollæ, repletæ cineribus, quibue sane conditæ videntur reliquiæ viri & uxoris. Adjicere etiam placet, quæ Illustris Witzius ad me misit, ad marmor hoc illustrandum. Propter brevitatem igitur credit Inscr. antiquam valde, & hunc D. *Haterium Famulum* libertum esse D. Haterii Agrippæ, qui tribunus Pl. fuit Tiberii tempore, teste Tac. I. A. 77. Germanici propinquus, 2, A. 51. Consul cum C. Sulpicio, 3. A. 52; filius Quinti Haterii, quia in Indice Consulium Dionis lib. 57. vocatur *Δέμιος Ἀτέριος*; Quintum Haterium fuisse consularem, teste Tac. 2, A. 33. familia Senatoria, eloquentiæ quoque vixit celebratæ, 4. A. 61. indeque patere hunc illum oratorem vel Rhetorem esse, quem Eusebius Num. 2040. appellat Q. Haterium, promptum & popularem Oratorem, qui usque ad nonagesimum prope annum in summo honore consenuit, & cui, narrante Seneca præfat. lib. 4. Controv. tanta erat velocitas orationis, ut vitium fieret; Itaque Divus Augustus optime dixit: Haterius noster sufflaminandus est: nepotem hujus Haterii, filium Decimi Haterii existimari Quintum Haterium Antoninum Cos A. V. 806, testibus Tac. 13. A. 14. & Onuphrio: memorari etiam 9. A. 12. Titum Haterium equitem Tomanum; & Haterium Rufum Val. Max. 9, 12. Sæpe adhæc aspirationem omitti, & apud Plin. 35, 4: occurrere *Aterium Julium*: Appianum inter proscriptos recensere *Aterium* quendam; eodemque nomine plerosque appellare collegam Sp. Tarpeji apud Liv. lib. 3, c. 3. quanquam Sigonius *Alterius* præferat, Pighius in Annalibus *Aternius*, & apud Dionys. Hal. l. 10, c. 2. scribatur *τεππέρτιος*: se suspicari variare ita codices, quia nomen hoc non ubique obvium, & inde suspicari veram lecturam esse *Aternius*, quam Chifletianus codex præfert; deduci nomen illud debere ab *Aterno* Italiæ oppido; cujus Liv. l. 24, c. 47. meminit, & similiter *Gabinium* a Gabiis, *Tarquinium* a Tar-

quiniis, & *Pompejum* a Pompejis derivari. Nostrum hominem
 illustris familiae libertum esse, & quidem Decimi Haterii Agrip-
 pæ, quia liberti prænomen & nomen patronorum assumebant,
 illisque postponebant, nomen proprium, quod fuit *Famulus*,
 quodque simul indicabat pristinam conditionem: ita *Fanitorem*
 cognomen esse apud Ciceron. Act. 1. in yerr. c. 15. & *Heredem*
 (hoc minus quadrare videtur) apud eundem lib. 9. Fam. c. 13.
 Famuli tandem uxorem absque dubio esse vilioris prosapiae Italiae,
 in qua multa ejusdem generis gentilitia erant nomina, ut *Florentius*,
Volventius, *Venantius*, *Superantius*, & alia. Hucusque ille. *Ha-*
teria, & *Haterii*, vel *Aterii* atque *Ateria* varii occurrunt in In-
 scription. apud Gruterum & Reinesium; qui possunt consuli.
 Ornatur autem sepulchrum *encarpo*, uti vocat Vitruvius lib. 4,
 „ c. 1. quam vocem ita declarat Philander: Encarpus Græcis fru-
 „ ctuosum significat, hoc loco ornamentum est, hoc est florum
 „ frondumque & pomorum implexus atque contextus, coronario
 „ luxu, foliis flores & fructus intercurfantibus, cujusmodi sunt
 „ quæ ferta & corollas triumphales nostri vocant: Itali Ghirlan-
 „ dos, & festones a festivitate appellant. Et hujusmodi *encarpus*,
 quos in columnis antiquis & operibus ad ornamentum sculpere
 solebant etiam *παγκάρπους* vocabant, docente Salmasio ad Histor.
 Augustam. Festus, *Pancarpia* dicuntur corona ex vario genere flo-
 rum facta. Epicharmo apud Fulgentium lib. 3. Mythol. *παγκάρ-*
πυς & *εφρυς* si modo ita scribendum, vocatur, poma autem vel
 fructus petunt binæ aves, quas nescio an *Cornices* facere audeam.
 Certe *Cornices* designant amorem conjugalem; & videri possent
 monumento insculptæ esse, ut hoc symbolo concordiam mutuam
 testarentur Haterius & Pollentia: Horus Apollo cap. 8. lib. 1. *A-*
liter quoque *Martem* & *Venerem* pingentes duas pingunt *Cornices* (La-
 tina tantum appono) quoniam animal hoc gemina solet ova parere,
 ex quibus mas & femina gignantur. Ubi vero, quod raro tamen acci-
 dit, vel duo mascula vel duo feminea ova peperit, mares foeminis con-
 nubio juncti nunquam ad alteram divertunt *cornicem*, ac ne ipsa qui-
 dem femina, quoad vivit, ad alterum marem: sed disjuncti soli
 deinceps semper degunt. Unde & cum uni cornici occurrerent homines,
 augurantur præsagium sibi hoc esse vidua vitæ, quod scilicet animali vi-
 duam agenti vitam obvii facti fuerint. Proinde in hunc usque diem,
 Græci ob tantam harum avium concordiam, in nuptiis ignorantes ver-
 bum

bum illud usurpare solent εικοεὶ, nimirum κοεὶ cornicem appellantes.
 Et mox addit duas etiam cornices pictas esse, quando γάμον nuptias
 significare volebant. Similia tradit Ælianus lib. 3, c. 9. de Ani-
 mal. uti observat Hæschelius; memoriæque mandat Cornices ἀλ-
 λήλαις esse πισοτάτες, si altera moriatur, alteram viduam permane-
 re, & in nuptiis olim veteres post hymenæum πύλοισι voca-
 casse, concordia signum iis dantes, qui liberorum quærendorum
 gratia convenissent: quo pertinent etiam, quæ Harapollo lib. 2.
 c. 40. narrat, quæ ab ipso peti possunt.

In pago Inferioris Bataviæ, vulgo Nederbetuwe, cui nomen
 Doyewært visitur inscriptio vetus & elegans, summæ turri inser-
 ta; quæ licet temporis injuria detrimentum aliquod passa sit, ta-
 men ab iis, qui scalis eo ascenderunt, legi fere potuit. Jacet vir
 justæ staturæ in lecto tricliniari, stragulis usque ad umbilicum te-
 ctus, brachium sinistrum columnæ, & manus dextra genu dex-
 tro incumbit; ad pedes stat homo vel pallio vel alia veste indutus,
 manibus sibi invicem impositis; adposita est, ut videtur, tabula,
 linteis dependentibus, reliqua autem non satis cognosci potuerant:
 supra virum jacentem bini leones, inque eorum medio Triton cer-
 nitur: & talis tandem additur inscriptio:

M. TRAIAN. IV
 GVM. ATTIVS. GAI
 SIONIS. F. VET. ALAE
 AFROR. T. P. I.

Quid sibi velit IVGVM. ATTIVS, & num ita clare in mar-
 more sculptum sit, juxta cum ignarissimis scio: suspicabar non-
 nunquam IVGVMATTIVS jungi debere, & designari ea voce
 locum, Africæ forsan, unde *Marcus Trajanus*, vel *Trajanus*,
Gaisionus filius veteranus ala Afrorum, qui hoc monumentum sibi
 testamento poni jussit, erat oriundus.

Et ut hic *Afrorum*, ita in Ins. 7. CCCCLXXVIII. *Getulorum*
ala occurrit; & 9, CCCCLIX, *cobors prima Afrorum Civium Ro-*
manorum Equitata, uti siglas exponendas censeo ex 5, MCVIII.
 Ex iis ut & alii marmoribus patet gentem illam extra natale solum
 in Romanorum castris militasse, & proinde mirum nequaquam
 esse hominis in Africa geniti monumentum apud Batavos existare.

VETERANI ALAE laudantur in 9, XXXVI. 2, DXXVII, 8,

DXLI. TRAIANVS NVNDINIUS, 13, XXIX; quanquam nihil repugnem, si quis TRAIANVS facere velit. Neque tamen putandum est Imperatorem in lecto triclinari jacere; quia proculdubio voluerunt Marcum Garfionis filium representare, quem luget figura adstans; & qui more usitato sculptus est genialiter vel genio indulgens, & in lecto tricliniari accumbens. Persuasum enim habebant defunctorum animas in campis Elysiis choreas atque epulas agitare. Virgilius lib. 6. Æn. hæc omnia eleganter describit, & inter cætera canit;

Pars in gramineis exercent membra palæstris

Contendunt ludo, & fulva luctantur arena:

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Et mox

Conspicit ecce alios dextra leuæque per herbam

Vescentes, letumque choro pœana canentes,

Inter odoratum lauri nemus: unde superne

Plurimus Eridani per silvæ volvitur amnis.

Lucianus multus est lib. 2. *Ver. Historiarum* in describenda hac superstitione; fingitque in beatorum insula esse civitatem auream, murum e smaragdo habentem, portas septem esse ex cynamomo *μονοξύλους*, pavementum ex chore; balnea ex vitro: adhæc semper ibi ver esse, loca floribus omnia & mansuetis plantis plena, vineas singulis mensibus uvas ferre, fontes cerni aquæ, mellis, lactis, vini, conviviumque celebrari extra civitatem in *τῷ ἡλυσιῶ καλουμένῳ πεδίῳ*; pratium hoc pulcherrimum esse, & nemore umbram faciente cingi, ventos cuncta afferre præter vinum, quo pocula in mensa posita statim replentur; nubes spargere unguentum, & denique musicæ eos operam dare, aliaque similia figmenta, quæ ab eo peti possunt. Valerius quoque Flaccus lib. 1. extremo canit in campis Elysiis esse *thiasosque chorosque virorum*. Hanc beatorum conditionem ut exprimerent, vel ut testarentur credere sese mortuum in campis Elysiis agere, eos accumbentes sculpservunt in marmoribus vel monumentis quæ ipsorum memoriæ ponebantur; uti ex lapide nostro patet, nec non 3. & 4. pag. DCCCXLIII. apud Gruterum aliisque apud Jacobum Sponium. Nec aliam ob causam forte crotalistræ cernitur in lapide Clivensi quem supra laudavi. Figura adstans luget Marcum defunctum; & eam ob causam

causam manum unam alteri impositam habet : quod mæstitiæ signum esse patet ex captivis barbarorum statuis, in monumentis, quæ Romæ exstant, obviis. Num autem *leones* & *triton* additi sint ornatus solius causa an vero aliquid significant, mihi equidem latet. Leonibus certe Africa abundat, & indicant forte hominem hunc ex Africa oriundum esse : sed num eo referri *Triton* possit, valde dubito : Monstrum hoc (quod elegantissime Tzetzes ad Lycophronem vocat *ἰχθυοειδέταυρον*) etiam cernitur in Syracusanorum nummis apud Goltzium ; quia scilicet Sicilia mari circumflua, & Syracusæ illi adiacebant. Nihil huc pertinere arbitror *Tritonem* fluvium ; & *Tritonida* paludem Africæ, a quo Pallas *Tritonia* est nominata : sed tamen hoc singulari observatione dignum, *Tritonem* a Carthaginensibus ut Deum fuisse cultum. Nam foedus, quod fecerunt Hannibal & Xenophon legatus Philippi Regis Mæcedoniæ apud Polyb. lib. 7. *ἰκτὺμ ἐστὶν ἐναντίον Διὸς, ἑρῆς, Ἰουνοῦ καὶ Ἀπολλωνίου*, . . . coram Jove & Junone atque Apolline : *ἐναντίον δαίμονος Καρχηδονίων, ἑρῆς καὶ Ἰουλοῦ* ; *ἐναντίον Ἀφροῦ τεύτωνος*, coram Marie, Tritone, Neptuno : coram diis expeditionis comitibus, Sole etiam Luna ac Tellure : coram fluviiis, pratis, Aquis : coram omnibus diis, qui Carthaginem imperio tenent. Et observandum obiter Lycophronem Neptunum etiam & Nilum *τεύτωνος*, atque cetum *τεύτωνος κύνα*, id est *Neptuni canem*, vocare : ad quem videantur Scholia.

In Noviomagensium curia variæ exstant Inscriptiones, quæ partim a Grutero, partim a Joh. Smetio editæ sunt : Sequentes tamen luce necdum donatæ sunt publica.

I. O. M.
 ET. GENIO
 LOCI
 C. CANDIDINIUS
 SANCTVS. SIGN
 LEG. XXX. V. V.
 PRO. SE. ET. SVIS
 L. M.
 MATERNO ET. ATTICO COS.

Hh

I. O. M.

I. O. M.

M. SABINIUS
CANDIDVS
V. S. L. M.

Ab altera vero ejusdem lapidis parte

I. O. M.

M. V. H.

V. S. LL. M.

Effossus est prior lapis A. Christi, MDCLV. alter vero a. MDCLXIX. nihilque iis notatu dignum continetur, præter *Maternum & Atticum Consules*. A. V. C. 938. Coss. fuerunt *Maternus & Bradua*, qui etiam memorantur in Inf. 13. p. cxcii. apud Gruterum: videturque *Atticus* unus ex xxv. Consulibus suffectis fuisse, quos Cleandrum hoc anno fecisse ex Dione observavit Onuphrius. GENIVS autem LOCI est deus localis, topicus, ἐρχόμενος, præses loci, vel quo alio nomine illi fuere dicti. Nam omnibus rebus gentiles deos peculiare imponebant, uti vel constat ex Prudentio; & ex his Servii verbis ad I. G. 302. *Genium autem dicebant antiqui, naturalem deum uniuscujusque loci, vel rei, vel hominis*. Multa monuere hanc in rem eruditione præstantes viri, sed tamen videntur spicilegium reliquisse. Julianus Imper. apud A. Marcell. l. 25, 2. vidit per quietem *speciem Genii publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen conspexit in Galliis, velata cum capite cornucopia per aulaa tristius discedentem*. In urbibus *Geniis* templa erigebantur; ut Romæ, Antiochiæ & Alexandriæ, testibus Dione lib. l. Amm. Marc. 23, 1. & 22, 11. Estque elegans Gallieni nummus apud Trist. T. 3. in quo scribitur, GENIVS POPVLI ROMANI INT. VRB. quod non incommode explicatur, *intrans vel intravit urbem*, ita ut percussus sit cum Gallienus urbem intraret Byzantio redux, convocatisque patribus decennia celebraret novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum, uti apud Trebell. Pollionem legere licet. *Genios civitatum* memorat Arnob. lib. 1. GENIVS LVGDVNI occurrit in Albini, GENIVS SENATVS in Albini apud Vaillantium, & BONVS GENIVS PII IMPERATORIS in Maximini nummis apud Morellium, antiquaria in re ambo versatissimos viros. Quia & ipsis diis GENII ad-

signati

LIBRARIUS
ET PRIMICENIA
ANTVRE
IVHSRTRIV
SILAVCIENS
CIVS ENYKON
TVRQISSYI
DAS:GNON
ET PRIMICENIA
LIBRARIUS
ANTVRE



TIB. IVL. CAR
ETIS. F. SDEB. S.
DAS. DOMO.
TVR O. MISSI
CIVS. EX. COH.
SILAVCIENS.
IV. H.S.E. TIB. IVL.
ANTVS. F. C.

ET PRIMIGENIA
LIB. EIVS ANNO
III. II. S. E.

signati fuerunt. Nam Plutarchus in *De Orac. Defectu*, narrat *genios vim honoremque & nomen habere a deo cui ἐνας & σωτήρας* singuli adjuncti sunt: & Martianus Capella lib. 2. unicuique superiorum deorum singulos quosque genios deservire; & ex illorum arbitrio comitatuque generalem omnium præfulem, & specialem singuli mortalibus genium admoveri. Inde in Inscriptionibus celebratur GENIVS PLVTONIS; LARVM, NVMINIS FONTIS, SOMNI, & MARTIS apud Gruterum & Reinesium: Martianus Capella lib. 1. conservavit nobis *Genium Funnis Hospita*, vel ut Grotius scribendum censet, *Sospita*; & *Genium Fovivalem* Arnobius lib. 3. adv. Gentes. Asciburgii, quod in ripa Rheni situm fuit, teste Tacito in Germania, quodque hodie idem nomen obtinet, inventa est inscriptio sequens, quam mecum communicavit Illustriss. Baro de Kinsky, comitatus Meursensis præfectus; Quid sibi velint litteræ S D E B. S. DAS, quæ nomen Tiberii Julii Caretis filii sequuntur, obscurum certe admodum est: maloque fateri me hæc ignorare, quam incertis conjecturis abuti. Faciebat inde aliquis *Sideribus*; sed num hoc explicari commode possit, aliis judicandum relinquo. Hic autem homo fuit *domo Turonus vel Turonensis*, & *Missicium ex cohorte Silauncienis quarta*. Missicium militem esse veteranum, vel eum, qui honesta missione missus, accipiebat veteranorum privilegia, docet apud eruditissimum Sponium in *Miscellaneis Franc. Grave-rolis vir doctrinæ haud vulgaris*. Et licet suspicari possit aliquis huc non pertinere *missicium ex testamento*, cujus exstat mentio in hoc lapide:

C. IVLIO
APOLLONI
F. APAE
MISSICIO. EX
TESTAMENTO

sed potius ad servum quem aliquis testamento liberum fecit ego tamen existimo hoc monumentum erectum esse C. Julio *Missicio*, vel honesta missione missus, idque *Silauncienem quartam* ignoro plane. H. S. E. exponi debet, *Hoc sibi erexit vel Hoc sepulchrum erexit*: *Tiberius autem Julius Antus faciendum curavit*. Quæ superponitur

ponitur inscriptio postea addita videtur, & quidem anno tertio post positum hoc monumentum; nam videtur *primigenia liberta* ejus testari sese *anno tertio* post obitum n. Tiberii Julii *Hoc* (alii enim descripserunt H. non autem II) *Sibi Erexisse*: quæ omnia spero alios feliciter enodaturos. Inventa prope eundem lapidem est gemma, in qua eques cernitur, cujus galea, vel tegmen capitis notabile admodum est, uti ex ectypo patebit:



His tandem *Arundinis* adjungere placet nonnullas inscriptiones, quæ editæ quidem sunt; sed de quarum antiquitate dubito;

D. N. IVSTINVS. P. SAL. PIVS
 FELIX. VICTOR. AC. TRIVMPHATOR
 SEMPER. AVG. PONT. MAX. FRANC
 MAX. GOTTH. MAX. VANDALIC. MAX
 COS. III. TRIB. VIII. IMP. V.
 CONSPICVAM. HANC. AEGIDIS. INSVLAM
 INTIMA. ADRIATICI. MARIS
 COMMODIS. INTERIECTAM. VENERAN
 DAE. PALLADIS. SACRARIVM. QVONDAM
 ET. COLCHIDVM. ARGONAVTARVM.
 PERSECVTORVM. QVIETEM. OB
 GLORIAM. PROPAGANDAM. IMP
 S. C. IN. VRBEM. SVI. NOMINIS. EXCEL
 LENTISS. NVNCVPANDAM. HONESTISS
 P. P. P. DESIGNAVIT. FVNDAVIT
 C. R. P. Q. ET. GENTE. HONES
 TISS. REFER.

Hanc ut genuinam laudant præter Gruterum, Goltzium in *The-
 fauro Rei Antiquariæ*, Ortelium in *Thefauro Geographico*, Clu-
 verius

verius in Italia Antiqua, & alii eorum vestigia sequuti. Sed quo minus tam magnis viris adsentiri possim obstant multæ rationes. Nam primo, P. SAC. nihil significant, nec unquam ejusmodi siglæ Imperatorum nominibus adjiciuntur; imo & P. non potest exponi PIVS, quia ea vix sequitur. 2. PONT. MAX. exponitur *Pontifex Maximus*: arbitranturque eruditi Justinum illius dignitatis titulum gessisse: quæ tamen explicatio non occurrit Baronio, non Jacobo Gothofredo, non Joh. Andreæ Bosio, qui disputantur Christiani Imp. Pontificatum Maximum aliquando gesserint; cum certe magnopere firmaret sententiam eorum, qui hoc affirmant. Quin & olim Christoph. Adamus Rupertus Epist. 48. apud Reinesium hanc inscriptionem suspectam habuit ob solum *Pontificis Maximi* titulum. Sed si bene rem examinamus, nullus erit hic Pontificatus Maximus; & voces illæ non obstant, quo minus genuina sit inscriptio, si modo aliæ *rodeias* notæ non apparerent. Nam cum mox sequatur FRANCICUS MAXIMUS, &c. nihil aliud PONT. MAX. significare potest, quam *Ponticum Maximum*, a devictis nempe gentibus, quæ Pontum incolebant: & hunc titulum assumpsisse sibi Imperatores docet illustri Spanhemius: Caterum, ait Dissert. VIII, exceperunt eosdem titulos sequiori ævo cognomina ALEMANNICI, FRANCICI, GOTTHICI, PONTICI; quæ in Valentiniæ, ni Justinus, aliorumque istius ætatis Augustorum Inscriptionibus & monumentis passim leguntur. 3. CONSVL III. occurrit: atqui Justinus senior, cui inscriptionem tribuit Goltzius, bis tantum Consulatum gessit: Justinus vero Junior semel; deinde semper scriptum fuit, I, II, III, IV, V. VI. &c. *Post consulatum Justinus Junioris*. 4. Justinus dicitur fuisse TRIB. VIII. Sed non admodum in antiquitate versatus fuit hic homo, quia Imperatores nunquam, nisi cum essent privati, Tribuni fuerunt; semperque gesserunt *Tribunitiam potestatem*, quæ hic quidem ignorantia vetusti moris omittitur, sed in innumeris lapidibus & nummis obvia est. Nec quenquam juvare poterit, si censeat litteram P. omissam esse. Nam dignitatem eam nominibus suis Imp. non amplius adscribebant; adeo ut etiam ex ea Gothofredus V. Cl. non absque injuria existimet aliam Marciano Imp. qui diu ante Justinum Romani Imperii ad gubernacula sedit, positam inscriptionem,

malæ notæ esse. V. Rarissime tunc temporis nomen IMPERATORIS, & quidem addito numero, quoties illud meritis fuerit, reliquis nominibus & titulis Augustorum postponebatur, uti vel patet ex principio Institutionum. 6. AEGIDIS INSVLA non memoratur, quantum equidem scio, veteribus, sed quidem *Aegida* urbs Istriæ: Plin. lib. 3. c. 19. *Oppida Istria civium Romanorum AEGIDA, Parentium: Colonia Pola, quæ nunc Pietas Julia quondam a Colchis condita, abest a Tergeste C. M. P. Mox oppidum Nesactium, & nunc finis Italiae fluvius Arsa.* 7. Ut nihil dicam de *conspicua insula*, latina non videntur esse: INTIMA ADRIATICI MARIS COMMODISSIME INTERIECTAM: quibus si significare auctor voluit, insulam hanc sitam esse in intimo recessu, qui est Tergestinus sinus Adriatici maris, cui adjacet *Aegida*, certe tenebras captare voluit. 8. Si *Aegidis insula* eadem quæ *Aegida* Plinii, non fuit in ea sacrarium Palladis, nec Colchi ibi quieverunt. Nam licet, teste Plinio lib. 3. c. 18. *Argo navis flumine in mare Adriaticum descenderit, non procul Tergeste, idemque iter Colchi potuerint sequi; non tamen ibi condescerunt, sed in insula prope Polam, ab ipsis in continente conditam; quam insulam Minervæ sacram fuisse tradit Hyginus Fab. xxiii. Nihilominus cum profecti essent, Absyrstus timens patris præcepta, persecutus est eos in insulam Minervæ. Ibi cum sacrificaret Minervæ Jason, & Absyrstus intervenisset, ab Jasone est interfectus.* Apoll. Rhodius duas insulas Dianæ sacras, inque earum altera templum illius Deæ fuisse canit:

Οἱ δ' ὀπίθεν ποταμοῖο κατήλυθον, ἐν δ' ἐπερήσαν
 Δοιὰς Ἀρτέμιδος βρυθίδας ἀρχόδι νήσους
 τῶν δ' ἠγῆι ἑτέρη μὲν ἱερὸν ἔσκεν ἔδεθλον

Ubi parum abest, quin scribam *βρυθίδας*, ut sit cognomen Dianæ, a Brygis, qui uti patet ex v. 470. templum illud exstruxerant, desumptæ, more gentilibus usitatissimo. Has insulas igitur occuparunt Colchi, inque iis, & vicino continente sedes suas fixerunt, uti satis superque ex auctoribus constat; quorum nemo memoriæ mandat eos ad Tergestini sinus intimum recessum, ubi Plinii *Aegida*, quique centum millibus passuum a Pola abest, habitasse: 9. Quis insulam vocaret *Venerandæ Palladis Sacrarium*? 10. Qui erunt COLCHIDES ARGONAVTAE? Veteribus frequenter

ter *Colchis* pro *Medea*, & proinde pro muliere ex illa regione oriunda usurpatur: sed *Argonautarum* persecutores non fuerunt fœminæ, nec *Colchides*, sed *Colchi* appellari debuerant; quod regionis illius gentile occurrit apud *Herodotum*, *Ammianum*, *Diodorum* aliosque. 11. Insulsum & GLORIAM PROPAGANDI IMPERII ob urbem Italiae vicinam Imperatoris nomine nuncupandam, Imperatori adscribere: 12. S. C. vel *Senatus-Consultum* jam diu omissum fuit in istiusmodi inscriptionibus, nec certe hic ullum locum habet. 13. EXCELLENTISSIMVS nunquam Imperator Romanus vocatus fuit. 14. Non video, quid sibi velit & HONESTISS. 15. Siglae P. P. P. nullum sensum recipiunt commodum; nisi ex iis facere velis: *publica pecunia ponendam*; vel cum *Goltzio*, *pater patriæ providentissimus*; quod tamen nequaquam quadrat. 16. C. R. P. Q. obscura plane sunt; nisi significant, *civibus Romanis populoque & gente honestissima urbem hanc referam fuisse*; quod quam male moribus illius temporis, quo omnes, qui Imperio Romano subiciebantur, cives Romani erant, conveniat, alii proculdubio mecum perspicient. Hæc & alia argumenta, si quis examinare voluerit, vix dubito, quin mecum censeat, errare præstanti eruditione viros, qui *Egidam* *Plinii* scribunt vocatam esse *Egidis insulam*; hancque ab Imp. *Iustino Justinopolim*. Nam licet *Istriae* quædam urbs *Justinopolis* dicta fuerit, parueritque patriarchæ *Aquilejensi*, nullo tamen pacto ex hac supposititia inscriptione evinci potest, illam appellatam fuisse *Egidis insulam*, vel *Egidam* *Plinii* esse; licet nunc existiment *Justinopolim* ibi sitam fuisse, ubi hodie est *Capo d'Istria*; a quo certe promontorio haud procul *Egida* absuit; uti satis superque patebit; si verba *Plinii* diligenter examinare aliquis velit.

Apud *Jacobum Sponium*, antiquarum rerum optimum primum condum, & eruditissimum illarum collectorem, pag. 264. *Miscellaneorum Eruditæ Antiquitatis*, hæc exstat Inscriptio:

C. IVL. CAES. C. F. DE. GALLIS. ET
ALLOBROGIBVS. TRIVMPHATORI
ASTENS. BENEFACTORI. PIO. IN
VICTO. DIVO
LAETITIAE. ET. GRATI. ANIMI. ERGO.
P. P. L. D. D.

Multa sunt, quæ evincere mihi videntur, hanc inscriptionem supposititiam, nec sculptam esse circa Julii Cæsaris tempora; non secus ac alteram, quæ eodem loco recensetur,

C. IVL. CAES. DOMITORI. GALLIARVM
 DICTATORI. PERPETVO
 TRIUMPHATORI. S. P. Q. AST.
 LAETITIAE. ERGO. ET. HONORIS. P. P.
 L. D. D. D.

& denique tertiam, quæ exstat p. 168.

AVGVSTO. LIBERATORI NATIONM
 ORBIS. ROMANI
 INSTITVTORI. LIBERTATIS. HETRVSCAE. REIP
 CONSERVATORI. MILITVM. TVTORI. LEGVM
 ET. BONO. REIP. NATO
 COLONIA. LVCENSIVM
 DIVO. TIBERIO. CLAVDIO. QVARTO. EIVS. AN.
 NERONI. INVICTO. PATRI. PATRIAE. ROMANO-
 RVM
 SEMPER. AVGVSTO

Nam C TRIUMPHATOR nondum illo tempore Imperator dicebatur, nec PIVS, nec INVICTVS, nec DOMITOR; nec C DIVVS unquam solet tam longe rejici vel postponi. Constantinus & Constans vocantur in nummis TRIUMPHATORES GENTIUM BARBARARVM, Constans DOMITOR, Constantius VICTOR OMNIUM GENTIUM: & Julianus apud Amm. Marcell. lib. 21. c. 5. *Domator gentium & Regum*. Quales titulos illius temporis Imperatores, non autem primos Cæsares, sibi sumpsisse satis etiam ex Inscriptionibus vetustis patet, ex quibus exempla coacervare nihil est necesse. Tiberio quidem oblatus est PII titulus, sed ille non recepit, & Cajus plurima cognomina assumpsit, & PIVS C *Castrorum filius & pater exercituum & Opt. Max. Cæsar vocatus* fuit, teste Suetonio: qui tamen

tamen in nummis vel inscriptionibus ipsi positus nullibi apparet. INVICTI etiam Cæsares posteriores dicti sunt, & Severus, Geta; & licet Augustus a Manilio vocetur *pater invictus patriæ*, non tamen hic titulus ab illo, vel Imp. qui proxime eum sequuti sunt, assumptus est unquam. Sic nec Augustus vocatus fuit unquam *Liberator nationum orbis Romani*; & frigide satis atque jejune appellatur *Institutor libertatis Hetruscæ Reip.* imò & *Conservator militum*, & *Tutor legum*: quæ si quis Augustæ ævi esse putat, næ ille parum in antiquitate versatus est! Ipsum illud BONO REIP. NATO. sequioris ævi est; nec ita ornantur Augusti, Tiberii, Caji vel Claudii &c. verum Constantini, Juliani, Theodosii, Arcadii, Honorii, & Theodorici, uti constat ex lapidibus antiquis. Et fraudem arguit DIVVS TIBERIVS CLAVDIVS NERO; tum quod quartus ejus annus nescio quam ob causam adjicitur, tum quod vocetur INVICTVS, & ROMANORVM SEMPER AVGVSTVS. Nam nemini ignotum esse arbitror, hanc loquendi formam posterioribus temporibus originem duxisse; & licet apud Dionem occurrat *ὁ τοῦ θεοῦ ὄπατος*, teste Casaubono ad Strabonem, tamen nihil hoc commune habet cum latina loquendi ratione; resque certissima est similes dicendi laudandique Imp. formas tarde enatas esse. Probus in nummis vocatur VICTORIOSVS SEMPER: Constantius SEMPER VICTOR. Maxentius, PERPETVVS SEMPER AVGVSTVS in inscriptione apud Gualterum: Maximianus & Constantius *Semper Herculei Imperatores* in Panegyrico; & denique Justinianus in Proœmio Codicis *ὁ τοῦ θεοῦ Σέβας*. Quo pertinet Constantinum vocari PERPETVVM PRINCIPEM, Phocam & Heraclium PERPETVOS AVGVSTOS in monumentis veterum, (uti Domitianum CENSOREM PERPETVVM in nummis, & Vitellium CONSVLEM PERPETVVM in Inscriptione veteri appellari observare licet) & *Perennem Augustum* occurrere apud Sidonium lib. 1. Ep. 5. Nec dubium, quin ita loqui primum ceperint circa tempora Diocletiani & Maximiani, de quibus talis exstat inscriptio apud Grut. p. cclxxix. IMPP. CAESS. VALERIO. DIOCLETIANO. ET. AVRELIO. VALERIO. MAXIMIANO. PIISS. FELIC. SEMPER
 Ii. AVGG.


AVGG. adeo ut adfentiri nequaquam possim Constantino Landio qui nummum, cui hæc inditur inscriptio. CAESAR. IMP. PON. TR. P. P. P. ET. SEMPER. AVGVSTVS. VIR. ad Augustum refert. Et extremis temporibus magna inter *Semper Augustum & Augustum* erat differentia: ita enim vocabatur Imperator, alterum vero epithetum dabatur Romanorum Regi. Liber de pace Constantiæ composita, inter Fridericum Imp. & filium ejus Henricum &c. *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imp. SEMPER AVGVSTVS, & filius ejus Henricus, sextus Rom. Rex, AVGVSTVS.* Et Grævius, doctus ille Mufarum sacerdos, verissime me censere misit inscriptiones has esse supposititias; sed hoc unum posse forte reponi, illas ab Astenfibus positas fuisse non seculo Augusti & primorum, qui ibi memorantur, Imperatorum, sed longe post in memoriam beneficiorum, quibus illi Imperatores hanc civitatem affecerunt, cum tam facile non potuerint imponere Sponio, si *ἀντόπλις* fuit, nostri superiorisve seculi, si illo fictæ sunt, sculptores. Finem facerem, nisi me CAESARIS nomen in supposititiis Inscriptionibus memoratum juberet, ut gradum sifterem, explicaremque Plinii locum lib. 7. c. 9. Hist. Natur. *Auspicius enecta parente gignitur; sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Cæsarum a casu matris utero dictus: qua de causa & Cæsones appellati. Simili modo natus est Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intravit. Solinus hæc verba Plinii ita interpretatur & intellexit, tanquam primus omnium Romanorum Scipio Cæsar dictus sit: Rursum necatis matribus natus est auspicius, sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum Cæsar dictus est. Solinum sequuntur Volæterræ, Calpurnius, Æneas Vicus, censentque illi Africanum primum omnium Cæsarem esse vocatum. Quin & eadem magni Salmasii sententia, nec non Ruperti in epistolâ ad Reinesium: quorum ille commentatur recte Plinium cepisse Solinum, illudque hoc dicere, Scipionem Africanum priorem, natum esse e necata parente, primumque Cæsarum ita vocatum, quod excisus utero matris fuerit; quod tamen non ita sese habet, cum ante bellum Samniticum*

Claudius

Claudius quidam *Cæsar* exstiterit : hic vero Ep. 44. Plinium scriptum reliquisse, & ex eo Solinum, *Scipionem Africanum primum Romanorum Cæsarem dictum* : & inde *Claudium* illum *Cæsarem*, quem Salmasius ante bellum Samniticum vixisse scribit, refellit ostenditque in marmore legi non CAESAR CLAUDIVS. C. F. sed CENS. AP. CLAVDIVS; ut quod Æneas Vicus etiam ex Sigonio & Onuphrio observaverat : adeo ut mirum sit Harduinum singulari audacia hanc emendationem sibi quasi vindicare ; qui etiam de nomine *Cæsar* obscure agit, nec clare satis explicat, qualis sit genuinus Plinii sensus. Et quanquam maxime apud me auctoritatis sint tanta nomina ; nunquam tamen animum inducam credere *Scipionem Cæsarem* fuisse cognominatum ; & arbitror Plinium dicere ; felices eos esse, qui nati sunt necata, dum nascuntur, matre, ut *Africanum majorem*, & *primum Cæsarem*, id est, primum eorum, qui ex Gente *Julia Cæsaris* cognomen tulit, & tertio *Manlium*, vel *Mancinum*, uti rescribit Freinshemius ad *Florum*. Atque ita verba Plinii olim interpretatum esse *Bartholomæum Fontium*, *Perfii* interpretem, testatur Æneas Vicus ; qui tamen ejus sententiam amplecti non potest. Nam, uti notum est, existimabant veteres primum *Juliorum Cæsarem* cognomen illud accepisse, quia cæsus erat ex matris utero : *Spartian. in Ælio Vero* : *Et quoniam de Cæsarem nomine in hujus præcipue vita est aliquid disputandum, qui hoc solum nomen adeptus est ; CAESAREM vel ab elephanto, qui lingua Maurorum Cæsar dicitur, in prælio cæso, eum qui primus sic appellatus est, doctissimi viri putant dictum ; vel quia mortua matre, ventre cæso sit natus, vel quod cum magnis crinibus sit utero parentis effusus ; vel quod oculis cæcis & ultra humanum morem vigeret.* Ut *Plinius* dixit primum *Cæsarem*, ita *Spartianus*, *Cæsarem eum, qui primus sic appellatus est* ; non definientes, quis demum ille ex familia *Julia* fuerit. Posteriores tamen decepti voce *Cæsaris*, quæ jam dignitatem notabat, ita *C. Julium Cæsarem* natum esse fabulantur ; ut *Servius* ad lib. 1. *Æn.* v. 291. *Cedrenus*, *Suidas*, *Glycas*, *Auctor Chronici Alexandrini* & *Etymologici Magni* ; quos omnes ipsa *Julii mater Aurelia* refellit ; quippe quæ enecta nato *Cæsare* non fuit, sed tincta litteris & in loquendo elegans in excolendo

do filio advigilavit, teste Cicerone & Plutarcho in vita Julii; quæque apud judices omnia ex fide retulit, quæ acta erant inter Clodium & Pompejam Cæsaris conjugem, uti Suetonius c. 74. commemorat. Sed omnium gravissime impegit Constant. Porphyrogen. lib. 1. Th. 11. ubi scribit, Sebastiam Armeniæ urbem nomen habere a Sebasto vel Augusto Cæsare Julio, qui primus imperium obtinuit, & *Cæsar* dictus est, quia cæso matris utero erupit fremens instar catuli leonis. Quibus refellendis non immorabor, ne videar tanti Principis & majoribus rebus occupati atque districti memoriæ petulanter illudere.

F I N I S.



STE.

STEPHANI LE MOINE


A D

GISB. CUPERUM

DE

MELANOPHORIS

EPISTOLA.





STEPHANI LE MOINE

AD

GISB. CUPERUM

DE MELANOPHORIS

EPISTOLA.



Utabam, Vir Amplissime, eorum quæ apud te de *Μελανοφόροις* leviter tetigeram, te non amplius recordari. Illa, ipse, verba & voces existimabam, prætereaque nihil. Sed ecce memor urges, imo instas vehementer, & fidem & verba postulas liberari. Bene, fiat bonis avibus. Sed si dicenda non respondeant expectationi, hoc non tribuas intemperanti meæ scribendi libidini, quippe qui quantum potui scribere declinavi, sed tuis geminatis efflagitationibus, & forsan rei dubiæ, & omnium oculis non ita patienti & obviæ. *Μελανοφόροις* ergo vox est quæ occurrit variis in locis. Non illam tamen quærerem in inscriptione quæ exstat Romæ, quam puto descripsit Rigaltius, & postea cum Salmasio quondam communicaverat. Legitur in posterioris Commentariis ad *Historiam Augustam*, p. 180, Inscriptionis initium tale est.

Ἐκ δέκα πέντ' ἀνδρῶν φοίβη τε φανηφόρῳ ἱεὺς

Κρήσινος.

Crescens unus ex quindecim viris, & Phœbi sacerdos φανηφόρῳ. Hic vir Eruditus pro τε φανηφόρῳ, μελανηφόρῳ legendum suspicabatur: sed gratiam illi facimus talis conjecturæ. Melius σεφανηφόρῳ legitur. Sacerdotes Phœbi non erant μελανηφόροι, sed σεφανηφόροι, instar sacerdotum Judaicorum qui Tiara & Corona ornari consueverant. De σεφανηφόροις multa habet Seldenus ad marmora Arundelliana, quæ nec tempus, nec tua singularis eruditio patiuntur hic frustra tibi representari. Exstat vero vox μελανηφόροι in Inscriptione Veneta, quam legere est 2. volumine de synedriis. Ea vero sic se habet. ΓΑΙΟΣ &c. ΚΑΙ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ &c. ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΤΗΝΙΔΡΥΣΑΝΤΟ. Gajus &c. & Melanephoris, &c. Isidi justitia erexere: sic Seldenus, qui existimat penultimæ vocis syllabas, male a se invicem separatas, & legendum ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. Isidi justitia: sed non memini me legisse Isida vocatam Δικαιοσύνη. Hoc gratis asserit Seldenus, & syllabis, & literis in Inscriptione apparentibus deceptus. Sed laboranti isti Inscriptioni aliter succurrendum existimarem, & legendum ΙΣΙΔΙ ΚΑΙ ΟΣ. ΣΥΝΙΔΡΥΣΑΝΤΟ. Isidi, & Osiridi simul ædificaverunt. Nam Isis & Osiris in cultu fere semper sociabantur. Erant σύμβωμοι, & eadem Collegia iis fere semper eadem sacra faciebant. Est & alia Inscriptio ubi etiam occurrit vox ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ. Legitur apud viros eruditissimos, & Seldenus, loco laudato, eam non prætermisit. Integram non representabimus, sed illius tantum verba, quæ ad institutum nostrum faciunt, vel quæ qualemcunque merentur emendationem. Ea vero talia sunt. ΘΕΟΦΙΛΟΣ &c. ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ ΤΗΝ ΚΟΝΙΑCΙΝ ΤΟΥ ΠΑCΤΟΦΟΡΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΚΛΥCΙΝ ΤΩΝ ΘΥΡΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ &c. Theophilus &c. Melanephorus sacelli hujus Tectorium, & parietum τελλique picturam & portarum valvas dicavit Sarapidi, Isidi, Anoubidi, & Harpocrati. Quidam legunt ἐκλυσιν ἢ θυρῶν, alii λάυσιν, alii κάυσιν, vel ἔλαυσιν, vel ἔκαυσιν. Sed legendum ἔγκαυσιν ἢ θυρῶν, quia valvæ ornatae erant pictura quæ vocabatur ἐγκαυσική. Non quidem cestro & veruculo, in ebore & cornu parata, quæ talis picturæ

pieturæ genera vocabantur etiam *κεστρωτά*. Sed alia *ἐγκαυστική*, quæ fiebat cera igne delibuta, & in qua variæ figuræ delineari solebant. Tali *ἐγκαυστική* fores ornabantur, & aliæ figuræ repræsentabantur. Tales variæ imagines Arte *ἐγκαυστική* paratæ, de quibus in Concilio Nicæno secundo mentio frequentissima. Tales & imagines Christi & Virginis memorantur ab Evangelista Luca, scilicet, effigiatæ apud Simeonem Metaphrastem. Quod certe a veritate tam est alienum, quam certissimum ædium valvas talibus cereis imaginibus *ἐγκαυσοῖς*, olim ornatas & decoratas fuisse. Auson. Epigr. 25.

Ceris inurens januarum limina

Et atriorum peggmata.

Dicæarchus, *Τῆς τῶν ἐπιγῶν ἀποθύροις, ἢ ἐγκαύμασι κάλλιπα κατεσκευασμένην.* Foribus & encaustis operibus egregie ornata. Unde corrigendus Vitruvius, apud quem legitur, ipsaque forium ornamenta non fiant *Cestrotæ*. Legendum *Cestrotæ*, cestro inusta. Nam fores solebant etiam imaginibus cera inusta paratis ornari, *ἐγκαυστικοῖς*. Unde operarii dicebantur *Encausta*. Et opera *ἐγκαυστικά*. Hinc Phaëton Encaustus apud Martialem.

Encaustus Phaëton tabula depictus in hac est.

Quid tibi vis, Dipyron, qui Phaëtona facis?

Ergo legendum in inscriptione superiori *τῶν θυρῶν ἐγκαυστων*, non *καυστων*, *λαῶστων*, aut *ἐκλυστων*. Ibidem memoratur *κονίασις τῆ πασοφοεῖα*. Quid esset *pastophorium*, sciscitari videbaris, cum tibi Musisque tuis adessem in Locupletissima Bibliotheca tua: occurrit vox ista, sed corrupta, ter in Glossis Isidori. *Sabarium Atrium Templi*. Et, *safarium Atrium Templi*. Et, *Pastorium Atrium Templi*. Proculdubio in ultimo hoc loco legendum *Pastophorium*. Sic etiam lego in aliis duobus locis. Scio quosdam legere *sacrarium*. Alios *fabarium*, a *zaba*, unde *σαθαρεῖον* apud Græcos recentiores, quasi *armarium*, & locus armis servandis destinatus. Vel a *צבור* vel *צבר*, congregatio, & congregare, quod in istis locis conventus populi & congregationes haberentur. Si vox *safarium* servanda foret, mallet illam derivare a *ספר*, quod notat librum, adeo ut *safarium* notet locus in quo libri sacri olim recondentur. Sed in ista voce videor mihi animadvertere vestigia vocis *pastophorii*, quæ cum per compendium scripta fuisset, *psaphorium*, facillime potuit in *sapharium* deflectere. Nam revera apud Isido-

rum idem notat & *pastophorium*, & *sapharium*, nimirum Atrium Templi. Nam non notat Chorum, ut voluit non nemo; imo Atrium Templi, Appendices quasdam Templi, cellas, Exedras, conclavia, quæ nullus bonæ mentis pro Choro Ecclesiæ accipiat. *Pastophorium* vero fit a *πασίς*, vel *πασός*, quæ voces notant vel Thalamum, vel velum. Hinc Venus *πασοφόρος*, quod Thalamis præesset. *Pastophori* vero, qui Thalamis Decorum præerant, vel qui in Thalamis ædium sacrarum, Festis Numinibus dicatis, solebant commorari, vel saltem aliquando somnos & cibos carpere. Dicebantur & *Calybitæ*. Huc, *Calybita, veni*, in Carmine Copæ Syriacæ. A *calyba*, quod idem est ac *πασίς*, Tentorium. *Sunt Topia & Calyba*, in eodem carmine, id est Thalami, Tentoria, unde *καλύβη φείβη*, Tentorium, & sella Apollinis, quod idem est ac *Pastophorium*. A Thalamis ergo sacris, vel velis variegatis, & diversis coloribus distinctis & vermiculatis, dicebantur *Pastophori*, & loca, ubi habitabant, *Pastophoria*, quasi loca *Pastophoris* destinata, & variis velis obducta & ornata. *Pastophoriorum* mentio frequentissima apud LXX interpretes, & sumitur pro *כַּבֵּשֶׁת* Conclavi, quæ vox Hebraica etiam Græca evasit: nam dicitur etiam *Lesca* vel *Lesche*. *λέχη* apud Hesiodum, *ἐπαλέα λέχων*; occurrit & apud Herodotum, & Ælianum. *Magnum Etymolog. λέχη παλαιὰ Βοιωτῶν, τὰ κοινὰ δειπνιτήρια. Lesche apud Boiotos loca ubi convivabantur.* Imo, ubi ad confabulandum conveniebant, & ad opera sua legenda, recitanda, & cum aliis communicanda. Ideo vocabantur etiam *Ὠδεῖα*. Et hinc etiam *λεχνηεύεσθαι*, *Confabulari*: & *λεχνηώτης* apud Laërtium de Thalete. Latine, cella, conclave, Taberna, Græce *πασοφύειον*. Quod notat Collegium *pastophororum*, & locum etiam ubi conveniebant. Vox usitata apud Ægyptios & quæ a LXX interpretibus sæpe etiam usurpatur. A, *πασίς*, vel *πασ*, factum *πασοφύειον*, nimirum a cella & velo ante cellam operanso. Hinc tamen non factum *Pastor*, quod voluit vir eruditus, qui existimat, vel saltem suspicatur tertium Librum Maccabæorum vocari *Pastora* vel *Pastorem*, quia summus sacerdos ibi representatur intercedens & orans in *Pastophorio*, & cella quadam sacra, Templique quodam conclavi. Unde, inquit, a *Pastophorio* vel a *πασίς*, potuit denominari liber iste, *Pastor*, quem memorat Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Sed fallitur
vehe-

vehementer; non ibi loquitur Hieronymus de 3. libro Maccabæorum, sed de Libro Hermæ, qui Pastor vocabatur, quia in illo continentur variæ revelationes, quas Auctor dicit sibi declaratas ab Angelo qui speciem pastoris referebat. A specie revelantis facta Libro denominatio, & intelligendus est Liber Hermæ, in veteri Ecclesia notissimus, non vero tertius Liber Maccabæorum, qui *ἀπὸ τῆς πασάδος*, vel *πασοφοεῖς* nomen adeptus fuerit. In eo tamen probandus Junius, quod *πασοφοεῖον* pro ædesacra acceperit, & Conclavi, seu cella Templo contigua. Nam vani sunt tam quam qui maxime, qui existimant *πασοφοεῖον* notare arculam in qua sacra Eucharistia recondedebatur, & pro ægrotis & absentibus asservabatur. Hoc putant se colligere ex Constitut. Apostol. Clementis, l. 8. c. 13. *ὅταν πάντες ἢ πᾶσαι μετέλάβωσι, οἱ Διάκονοι λαβόντες τὰ ἁγιασμένα εἰς πασοφοεῖα εἰσφέρέτωσαν.* *Cum omnes communicaverint, Diaconi reliquias transferant in Pastophoria.* Sed quid hæc ad Tabernacula & Ciboria in quibus hodie Eucharistia apud Latinos asservatur? An hoc moris erat temporibus Apostolicis? An vox *πασοφοεῖς* alicubi isto sensu usurpatur? Imo vero, apud ipsum Auctorem Constitut. Apostol. l. 2. c. 58. *πασοφοεῖα* sumuntur pro Cellis & conclavibus quæ ad latera Templi debebant ædificari. Adeo ut nunquam Auctori in mentem venerit repositorium sacræ Eucharistiæ hoc in loco notare. Eodem sensu accipit quo fecerunt LXX interpretes, Theodotion, & alii, & apud illos nihil aliud notat quam Exedram & cellam sacram. Usu tamen obtinuit ut sumeretur etiam pro ædificio quodam, sive sacro, sive communi. Quod patet in loco Chronici Mosomensis. *Locus enim non tam naturali munitione firmus, quam humano labore, & opere manuali factus, modo aggere, modo pastophorio.* Neque enim vocem, *pastophorio*, sollicitandam existimo, quæ mihi bene se habere videtur; cum ibi notet ædem, Tentorium, Turrim, Arcis quoddam diminutivum, quo locus iste munitus tueri facile se poterat. Sed tamen proprie dicitur de cellis & conclavibus sacris, quæ quia mansionibus sacerdotum erant destinata, vel aulæis & velis obducta, dicebantur *ἀπὸ τῆς πασάδος*, vel *ἀπὸ τῆ πασῆς*, *pastophoria*. Imo facile crediderim istas ædiculas & cellas primo fuisse portatiles, & ambulatorias, ut ita dicam, quæ modo figebantur & explicabantur, & modo complicabantur, instar Tabernaculi Judæorum, quod cum a Levitis ferri & bajulari soleret, sic & Tabernacula Deorum Gen-

tium, a suis mystis & sacerdotibus bajulari consueverant. Unde forsitan Pastophori, & Auleorum sacrorum & velorum portatores, ab aliis vocabantur. Nisi forsitan hanc fortiti fuerint denominationem a velis Numinibus suis consecratis, & in quibus tanquam in Tabulis pictæ erant Deorum effigies. Nam talia erant olim vela falsis Numinibus dicata, præcipue in Ægypto. Hinc πέπλον Isis, adeo decantatum, & nulli fere non dictum, & de quo forsitan locus iste Claudiani πολυθρόνητος.

— *Et quicquid inane*

Nutrit in Isiacis quæ pingitur India velis.

Alii legunt *Judaicis*, Alii *Attalicis*, Alii *Ideis* Alii *Niliacis*. Sed ferri potest nostra lectio. Isis erat Terra. In illius velis Terra repræsentabatur, & quælibet Regio ornata ibi videbatur rebus quibus natura loci uberior credebatur. Cum vero India monstrorum haberetur feracissima, ideo varia incredibilia, prodigiosa, & inania alere fingebatur. Inter ista vero Isis vela, unum sacrum habebatur, & præcipuum, quod diebus quibusdam festis, & solennioribus κομασίαις, ut loquitur Clemens Alexandrinus, ab Hierophantis portabatur. Unde forsitan nomen adepti sunt & πασοφόροι dicti, de quibus Diodorus Siculus, Apulejus, & alii. Ab illis dictum pastophorium. Hesychius πασοφώριον, τὸ ἢ πασῶν φερόντων. *Pastophorium locus eorum qui velum portant.* Velum Minervæ, vel Isis, vel alterius cuiusdam numinis. Cum vero velum Isis Terram repræsentaret, & fundus, ut ita dicam, instar Terræ, esset nigri & obscuri coloris, ideo forsitan illius πασοφόροι, dicti sunt μελανηφόροι: nam revera μελανηφόροι Isis cultui præcipue addicti erant, ut ex supra memoratis inscriptionibus cuius constare potest. Isis peplum & velum maxima parte nigrum erat, & ipsa Isis etiam nigra repræsentabatur. Nam Terra Isis nomine designabatur, & præcipue Ægyptus, quæ dicebatur Ægyptus, & Ηεεία, & Αεεία a nigredine, & fusco & luteo colore. Et Ceres quæ eadem erat cum Iside, & quæ pro Terra ab Ethnicis colebatur, dicebatur etiam nigra, & veste nigra induebatur. Pausanias in Arcadio p. 240. Ἐπὶ Σίμῳ τῷ Φιγαλῆ βασιλεύοντι, ἠφανίσθη Φιγαλεῦσιν ἑκὸς πυρός τῆς μελαίνης Δήμητρος τὸ ἄρχαῖον ἕοικον. *Regnante Simo Phigali filio consumptum est igne apud Phigalenos vetustissimum nigre Cereris simulacrum.* Et ibid. infer. p. 271.

Δήμητρος

Δήμητρος ἢ ἄντρον αὐτόφι ἱερὸν ἐπέκλησιν μελαίνης. *Ibi est antrum Cereris, cognomento nigra.* Ἐξ ἧ δὲ τὸ τέτε λέγεται, θυμὸς τι ἄμα εἰς τὸν ποσειδάωνα, αὐτῷ γὰρ ὅτι τῆς περσεφόνης τῆ ἀρπαγῆ πένθει χρομένω, μελαιαν ἐσθῆτα ἐνδύει, καὶ εἰς τὸ σπήλαιον τῆ ἐλθεῖν, ὅτι χρόνον ἀπεῖναι πολὺν. *Quod ideo factum dicunt, quod Ceres ira percita contra Neptunum, & dolore, & luctu ob raptum Proserpina, vestem nigram induerit, & in antrum istud se abdiderit, & per longum temporis spatium latuerit.* Μελαιαν ἢ ἐπονομάσαι φασὶν αὐτῷ, ὅτι καὶ ἡ θεὸς μελαιαν πλὴ ἐσθῆτα εἶνε. *Ceremem vero nigram dici ferunt, quod vestem nigram induerat.* Terra ergo, sive Ceres, sive Isis, nigra cum diceretur, ii qui illius ἔδαμον βαυλαβαν, vel illius vestem, aut peplum, aut velum, portabant, jure dicebantur μελανοφόροι, & a Dea quam colebant nomine denominationem suam accersebant. Sicut vero Isis nigra vocabatur, Osiris etiam seu Nilus niger dicebatur: & forsan ab Ifide, & Osiride, Melanophori prima origine nomen suum derivarunt. Nam Osiris etiam statua nigra colebatur, ut videre est apud Plutarchum. Et revera Osiris nigrum notare videtur. Fluxit enim a voce שׁוֹר, Sior, quo nomine designatur Nilus in sacra scriptura. שׁוֹר שׁוֹר vero notat nigrum.

Nam viridem Egyptum nigra facundat arena, apud Poetam. Unde dicebatur μέλας Græcis, & Melo Latinis. Festus, *Melo alio nomine Nilus vocatur.* Servius ad 4. Georg. *Antea Nilus Latine Melo dicebatur.* ad Æneid. 1. *Ennius dicit Nilum, Melonem vocari.* ad 4. Æneid. *Atlas Telemon dicitur sicut Nilus Melo.* Quæ vox reddenda Symmacho 1. 1. Epist. 8. ubi legitur, *Mosella*, nimirum ab Aufonio celebrata & decantata, est *Egyptio Nilo Major.* Sed in variis codicibus legitur, *Egyptio Melone major.* Quam vocem cum Librarii quidam ignorarent, & Ægypti celeberrimum fluvium nomine Nili tantum nossent, Melonem in Nilum facile commutarunt, optime tamen scriptum erat Melo. Nam sic Nilus Græcis dicebatur, seu Melas. Scilicet a nigredine, qua illius aquæ Limosæ & Lutosæ colorabantur; unde & Osiris, seu Syris, seu Sior dicebatur: & ideo Nilo statua nigra dicebatur, & ab Ægyptiis colebatur. Pausanias in Arcad. *Ποιεῖται ἢ πλὴν τῆ Ἀιγυπτίης Νείλου, ποταμοῦ τῆς ἁλλοῖς, λευκῆ λίθου τὰ ἀγάλματα. καὶ Νείλω ἢ, ἅτε δὲ τῆς Αἰθιοπίας κατῴντι εἰς θάλασσαν, μελάνου λίθου τὰ ἀγάλματα ἐργάζονται.*

ἑσθὴν ποικίλων. Aliis Fluminibus, præterquam Nilo, signa & simulacra lapidea alba dicari consueverunt. Sed Nilo ex Æthiopia ruenti, signa & statua consecrari solent lapidis nigri. Unde sacerdotes Cereris, Isidis, Osiridis, Nili, Melanophori dici potuerunt. Forfan etiam quia nigris vestibus erant induti, ut modo ingerebam, cum apud te primo de Melanophoris sermo institueretur. Nam in quibusdam sacris & festis luctuosis, sacerdotes nigris vestibus erant induti. In omnibus fere sacris Albus color usurpabatur; apud Hebræos, Ægyptios, alios, nihil frequentius. Hinc Alba & Candida turba, linigeri, &c. pro sacerdotibus. Exemplorum tanta messis, ut intempestive tibi diligens viderer, si tibi harum rerum ita conscio, illa nunc obtruderem. Videantur Rabini ad Codicem Joma, Hieronymus, Plinius, Apulejus, Ovidius, Artemidorus, & alii. *Albus color*, inquit Cicero, *DIS decorus est*. Sic & illorum cultoribus. Horat. l. 2. Serm. Satyr. 2.

Ille Repotia, Natales, aliosque dierum

Festos albarus celebret.

Perf. Satyr. 2.

————— *Negato,*

Juppiter, hoc illi, quamvis te albata rogarit.

Decorus erat etiam sacerdotibus, qui, in sacris, fere semper albis vestibus uti solebant. Aliquando tamen & nigris. Seneca in Oedip.

Vates amiecti corpus & frontem quatit,

Lugubris imos palla perfundit pedes.

Sic etiam Bellonarii, seu Bellonæ sacerdotes, apud Tertullianum de pallio, cum ob diversam affectionem, id est (diversam susceptionem, confectionem, infectionem, diversum colorem quo vestes infectæ & saturatæ erant,) *tenebrica vestis, & tenebrici super caput velleris, in Bellonæ montes fugantur*. Sic legendum locum existimarem, non vero *mentis fugantur*, ut voluit vir maximus; nam revera Bellonarii efferati, & fanatici, in fanis furore correpti, per montes, valles, silvas, bacchantes grassabantur. Erant vero tecti tetricis velleribus, & induti vestibus Tenebricis, id est nigris quæ furentibus istis moribus erant omnino congruæ. Talis erat, *Arratus ille senex*, de quo Suetonius in Galba c. 18. Iisdem etiam vestibus utebantur isti Camarim de quibus statim verba faciebam, cum de Melanophoris primus quæstionem moveres.

Cama-

Camarim erant sacerdotes de quibus in S. Scriptura mentio non uno loco. Videatur 2. Reg. 23. 5. Ose x. 5. Sophon. i. 4. ubi vox ista redditur vel per Ædituos, vel per sacerdotes & Deorum ministros. Posset addi locus Jobi 3. 5. ubi Jobi patientia victa, de die suo natali in has prorumpit voces, *Terreant illam*, כמררים יום. Reddunt multi interpretes, *amaritudines*, adeo ut amarissimam istam diem denotet Jobus impatiens, & illius memoriam semper acerbissimam apud posteros exoptet. Sed isti sententiæ non possum fidem alligare meam, & malle reddere כמריריים, quasi Camarim, Pontifices, Sacerdotes, Auspices, ut quidam reddiderunt istam vocem, qui præfecti dierum erant, faustos & infaustos dies indicabant, & infelices, ἀπεχίτους, ἀπαισίους, ἀποσπράδες, rogantibus declarabant. In Ephemeridibus notabantur dies isti apti & inepti ad res agendas & auspicandas. Talis erat Tabula in ædibus Trimalcionis apud Petronium. Ephemeris dicitur

————— *Tritas*
Cernis Ephemeridas.

Notabantur in Kalendaris dies isti κακοὶ & πονηροὶ, inepti ad ἐργασίαν & πραγµατείαν. Dicebantur & Ægyptiaci, de quibus Augustinus in Epistolam ad Galatas, & eo nomine etiam veniunt memorati in Kalendar. veteribus Romanorum. Male in vetustioribus scribitur, DIES ÆGEP. Legendum DIES ÆGIP. Dies Ægyptiaci, ut bene & integre scribitur in Kalendario tempore Constantini, vel Constantini filiorum, scripto, & ab Herwarto, Bucherio, Petavio, Lambecio jam dudum publicato. Dies Ægyptiaci sunt dies infausti & infelices, inter quos Jobus natalem suum diem optat imposterum recenseri, ab iis qui istis diebus annotandis vacabant & præficiantur. Vocat vero illos Jobus כמריריים, ab eadem voce כמר quæ sacerdotes & Auspices designabat, a כמר quod *Arrum* esse, & *nigrum* significat, quia isti Pontifices, & Sacerdotes atris, & nigris vestibus solebant incedere, & in sacris ritibusque suis magicis, se conspiciendos præbere. Ab eadem voce כמר fluxit denominatio *Cimmeriorum*, non tantum Septentrionalium, apud Scythas, & ad Bosphorum, sed Cimmeriorum Campanorum, juxta Cumas & Baias ad Avernum lacum, sitorum, qui lucem fugere credebantur, & antra speluncasque subire, ibique vivere, instar Troglodytarum. De his Homerus in Odyss. Lyco.

Lycophron, Eustathius, Strabo ex Ephoro, Plinius, & alii. Sed si Cimmerios a כמר derivari concesserim, non eadem facilitate concedam vocem Camillus fluxisse a voce כמר. Sic volunt quamplurimi viri graves & eruditi. Nam sicut כמר notat sacerdotem, sic Camillus notat sacerdotem & Deorum ministrum. Est vox quæ frequenter occurrit. Non tamen quærenda apud Auctorem Originum Constantinopolitanarum loco quem Lambecius & Combesius non intellexerunt. Nescio an laboranti loco sanando operam male collocaverim, penes te & tui similes erit arbitrium & iudicium. Sic vero se habet afflictissimus iste meo iudicio locus, Σολβάν & ὄρων & μεσημβρίαν ζωδίων, εἰς & ἄνω & γόνυ κάμυς διπλῶ κεκμηκός, ἔφη, καλὸς ὁ φοιτησάμενος, καιροὶ γὰρ ὅπῃ τέτι ἀγόνασι ἐβνται. Lambecius ista verba sic corrigit & reddit. *Silvanus videns ad meridiem signum in sublime tollens genu curvum instar fessi, loco κάμυς legit καμπτόν.* Combesius vero ea sic reddenda existimat. *Silvanus ad meridiem signum positum videns, sublato in altum genu, ut pœne fessis pueris mos est, præclarus es, cuius hoc signum ac figura est, sub quo nimirum & tempora ingeniculata sint futura.* Loco κάμυς legit καμίλλυς. Exagitans vero emendationem Lambecii sic suam asserit & vindicat. *Ineptus est auctor ac superfluus si καμπτόν scripsit. Malo ergo κάμυς, positumque existimo ἀντι τῆς καμίλλυς, ut solent Græci vel augere syllabas vel elidere. Καμίλλυς autem quid Græcis & Latinis, exploratum est. Nempe παῖς ἀμφιδαλῆς. Quem patrum matrumque & puberem interpretantur. Sic præcipue dicti sacrorum ministri ac sacrificulis adstantes pueri. Ipse Hetruscis Mercurius, quod Deorum minister. Sic pueri magnatum ministri, quos sic incompote genu passim levare ac flectere, velut tadio lassitudinisque impatientia, quisque videat.* Hæc Lambecianis non sunt meliora, & amborum nullus loci lectionem & sensum mihi videtur assecutus. Quem sic legendum potius existimarem, Σολβάν & ὄρων ζωδίων εἰς & ἄνω & γόνυ Ἐρμῆ διπλῶ Τέτρμηκός vel τετμηκός. *Videns signum & statuam supra genu scissam & truncatam instar signorum & simulachrorum Mercurii, quæ erant ἄνω & γόνυ τετμηκός.* Nam Mercurii, & ἑρμαῖοι λόφοι, tantum superiorem hominis partem referebant, minime vero inferiorem, & erant prorsus ἀγόνασι. Sic etiam simulachrum istud in quod Sylvanus oculos converterat εἰς & ἄνω γόνυ τετμηκός, non κεκμηκός, nam lassus & fessi

fessi non sunt ita genu levato, & in altum sublato. Deinde tales fessi & situ incompositi non dicerentur ἀγόνασι, sine genibus, nec possent esse figura temporum ἀγονάτων, & seculi duri & ferrei. Et tamen simulachrum istud repræsentabat καιρός ἀγονάτης, quod liquido comprobatur vera signum fuisse ἀγόνασιν. Nimirum Ἑρμῆ δίκλυ, instar Mercurii, qui sine cruribus, tibiis, pedibus, solebat repræsentari. Unde jure dici poterat ἀγόνασιν, & aptus erat ætati duriori figurandæ & indicandæ. καιρός ἀγονάτης, seculum rigidum, inflexibile, in quo affectus adeo sævi, ut nullo modo moveri, curvari, cicurari possint. Sic πύλαι ἄδε dicuntur ἀγόνασι, quia curvari & flecti non possunt, nec habent genua tangenda, more supplicantium opem, favorem, misericordiam implorantium. Ideo illis fabæ comparantur in symbolo Pythagoræ, ubi suos a fabis abstinendum esse docet. Φησὶ γὰρ Λεϊστοτέλης, apud Diogenem Laërtium in vita Pythagoræ, αὐτὸν, Pythagoram, πᾶσι γέλλειν ἀπέχεσθαι τῆς κυάμων, ὅτι ὅμοιοι ἄδε πύλαις, ἀγόνατον γὰρ μόνον. Aristoteles dicit Pythagoram a fabis abstinendum monuisse, quia sunt similes inferni januis, sunt enim sole infœcunda. Sic vulgo interpretes. Sed hic infœcunditatem fabarum notari non existimo, & inferni januarum. Sed potius quod sint sine genu, sine misericordia, & ad illas flectendas lachrymæ volvantur inanes. Sunt ἀγόνασι, sine genibus. Hoc ex parte vidit Porphyrius de Antro Nympha. Κυάμοις ἐκ ἐπιζάνεσιν, εἰς ἐλάμβανον εἰς σύμβολον τῆς κατ' εὐθείαν γενέσεως ἢ ἀκαμπῆς. Δὲ τὸ μόνον σκεδὸν τῆς σπερματικῶν δι' ὅλε, τετραῖδα, μὴ ἐγκοπτόμερον τοῖς μετὰ τὴν γονάτων ἐμφερέσει. Non fabis insident, quas generationis continua, rectaque serie progredientis, symbolum statuebant. Quia fabæ ferme sola inter omnia qua seruntur, scapo pertuso & perforato sunt, nullis internodiorum obturationibus incisa & intercepta. Hic, secundum Porphyrium, fabæ dicuntur ἀγόνασι, quod non habent internodia, articulos, genua, quod inclementiam & inexorabilitatem videtur innuere. Sic signum istud de quo supra, erat sine genibus, ad καιρόν ἀγονάσιν designandum, erat ipsum ἀγόνασιν, non vero ἀνω καμπύλον γόνου, & erat ἀνω τὸ γόνου τετραπῆδες, non κερμηκῆς, denique erat Ἑρμῆ δίκλυ, non vero Καμῆ vel Καμίλλη. Sed si Camillus in isto loco non inveniatur, millies tamen alibi occurrit. Dionysii Halicarn. A. R. L. II. ταῦτα κτ' τὸν αὐτὸν πρόπον ὑπηρέτων τοῖς ἱερῶσι οἱ λεγόμενοι τῶν Ῥωμαίων Καμίλλοι. Hæc mini-

steria eodem modo sacerdotibus præstabant, qui a Romanis dicuntur Camilli. Plutarch. in Numa. Καὶ τὸν ὑπηρετῶντα τῷ ἱερῷ τῆ Διὸς ἀμφιθαλῆ πᾶσι δα λέγεσθαι Καμίλλον. Florentem puerum, patrimonium & matrimonium, Jovis sacerdoti ministrantem, Camillum dici. Stadius Tullianus de vocabulis Rerum apud Macrobi. ait, Tuscos; Camillum vocare Mercurium, quo vocabulo significant præministrum Deorum. Festus, Antiqui, ministros, Camillos dicebant. Quod etiam apud Servium invenitur ad x1. Æneid. sic in Glossis Philoxeni. ἱέρεια Camilla. Nimirum sacerdos, sacrificula, quæ sacris ministrabat; ut Camilli erant sacerdotes, non a Camarim, כמר״י, ut volunt viri eruditi, sed a voce Arabica quæ ministerium, & ministerium sacrum notat. Nam خدم Cadam notat servire, & خدم Cadmala est servus Dei. Jdeo Mercurius dicebatur etiam Cadmillus. Lycophron in Cassandra

Βελαῖς ἀνάγκοις, ἀς ὁ Καδμίλῃ γόνῳ
Ἡρτυσε.

Consiliis impiis & scelestis quæ filius Cadmili paraverat. Non est solicitanda vox Καδμίλῃ ut voluit Mursius, qui pro Καδμίλῃ, Καδμίλῃ legendum existimavit. Recte legitur Cadmilos, Phavorinus, Κάδμος ἐν κύριον μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἐρμῆ ἐπίθετον, ἔ παράγωγον Κάδμιλῃ ἔξ Λυκόφρονι. Cadmus, non tantum est proprium nomen, sed est & Mercurii epithetum, a quo deducitur Cadmilus apud Lycophronem. Bene est quod Cadmilum legat, quod Mursii emendationem temerariam prodit. Sed male quod a Cadmo, Cadmilum derivatum asserat tanquam diminutivum. Non est a Cadmo, non est a כמר sed a خدم Cadmala quod notat servum Dei, sicut θεόςδῃ-λῃ apud Græcos, Gotschalcus apud Germanos, Abdala, seu עבד אלה apud Hebræos. Sic etiam خدم Cadmala, unde Cadmilus, quod deinde in Casmilus, & Camillus deflexit. Quod confirmatur egregio loco Glossarii Syro Arabici كاسملا inquit, est ال حديم الله & خدم Cadmala, Camar vero notat revera sacerdotem & sacrificulum, sed alia est istius nominis ratio. Nam notat proprie nigrescere & atrari, unde sacerdotes isti vocabantur Camarim, quasi nigri & atrati, & induti vestibus tenebriis, ut loquitur Tertullianus. Kimchius in 2. Reg. 23. הקמרים וחכהנים שניהם עובדים ען אלא שמשותווין בלבושם כי הכמרים לובשים שחור״ לפי נקראו כמרים.

כמרים. *Camarim* & *Cobanim* utrique serviebant idololatriæ & cultui peregrino, & vestimentis suis tantum erant distincti. Nam *Camarim* vestibus nigris erant induti, & ideo dicuntur *Camarim*. Kimkius ad Sophon. C. I. "שחורים הם לובשים שחוריי" *Camarim* erant induti vestibus nigris. Quod erat indicium falsorum sacerdotum, qui idolorum cultum curabant & promovebant. Sacerdotes veri numinis *Albis* induebantur, præcipue ii quibus de Genealogia sua sacerdotali controversia non poterat moveri. Qui vero inter sacerdotes veros volebant irrepere, & temere recenseri, & originem suam ex tribu Sacerdotali & Levitica non poterant vindicare & asserere, illi a sacerdotio removebantur, & tanquam pseudo-sacerdotes, nigris induebantur, ut ab aliis, quos albus color ornabat, facile distingui possent. Talmudici in Tractat. Middot. וכהן שנמצא בו פסול לובש שחורים דמתעטף שחורים ויוצא והולך לו שלא נמצא בו פסול לובש לבנים ומתעטף לבנים נכנס ומשמש עם אחיו הכהנים. Hæc Latine sic sonant apud Constantinum l'Empereur, Tractat. Talmud. Middot. p. 177. *Sacerdos in quo inveniebatur vitium, sive in corpore, sive in natalibus, induebat sibi atras vestes, ac atris involvebat se, itaque egressus abibat. Cui vero non erat vitium, induebat sibi vestes albas, ac se albis involvebat, & ingressus ministrabat cum sacerdotibus fratribus suis.* His gemina leguntur apud Maimonidem in Bait Hammikdash c. 6. בית דין הגדול היו יושבין כלשכת הגזית ודינין את הכהונה ובדקין את הכהונה ביוחסון ובמומין כל כהן שנמצא פסול ביוחסין לובש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא מן העזרה וכל שנים צאת שלם וכשר לובש לבנים ומשמש עם אחיו הכהנים *Confessus magnus sedes habet in conclavi lapideo, judicant de genere sacerdotali, & inquirunt de natalibus sacerdotum, & de vitiis eorum: sacerdos quicumque reperitur natalibus inquinatus, induit vestes nigras, quibus amictus egreditur ex Atrio. Quicumque vero reperitur perfectus, & legitimus, induit vestes albas, quibus itidem amictus ingreditur, & sacro ministerio fungitur cum fratribus suis sacerdotibus.* Ad quam consuetudinem, inter Judæos usurpatam, forsitan alluditur Apocal. c. 3. vers. 5. *Ὁ νικῶν, ἔτις περιβαλέται ἐν ἱματίοις λευκοῖς. Qui vicerit ille vestietur albis, & versu superiori, περιπατήσασαι μετ' ἐμὸν ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσι. Incedent mecum in albis, quia digni sunt.* In Templo meo se sistent, & Altaria mea

circundabunt, albis amicti vestibus, quia digni inventi sunt isto habitu & decore. Nam in illis nulla vitia reperta sunt, & illos Dei esse sobolem, & ex cælo originem suam derivare, & arcesse-
 re, accuratioribus exploratoribus evidenter constabat. Ac proinde digni sunt qui inter veros sacerdotes recenseantur, & albis am-
 ciantur, ut sacerdotes veri Dei. Nam revera Sacerdotes Hebræi al-
 bis induebantur. Hinc est quod multi asserant Apostolos, qui
 locum sacerdotum sub lege nova impleverunt, dictos vulgo *Al-*
bos apud Arabes. Et revera frequentissime vocantur حواريين
Anariin, quod *albos* notare censuerunt viri doctrina & eruditio-
 ne conspicui. Videantur Acta Apostolorum, Alcoranus, Avicenna,
 Auctor Arabum vitarum Apostolorum, & alii, ubi Apostoli
 frequenter vocantur ال حواريين, id est *albi*. De nominis ratio-
 ne sic olim pronuntiarunt viri magni hujus Athenæi φωτιστες splen-
 didissimi, quondam præceptores mei, l'Empereur, & Golius. l'Empe-
 reur rogatus de voce حواريين sic respondebat. *Vertere licet pu-*
ri, electi, magnates, denique Apostoli. Etenim est a אור, quod pri-
mo in variis linguis album significat. Albedine autem puritas & san-
ctitas indigetatur. Quia vero albæ vestes erant magnatum, ideo He-
roës, & primarii, isto nomine veniunt, quasi illustres dicas, valde
enim albicantia lucida esse solent. Qualia cum optime videri queant,
ipsum verbum & intueri & prospicere significat. Hinc eligendi notio.
Itaque Apostoli merito isto veniunt nomine, quia primi puritate,
2. præcellunt reliquis, 3. atque a Christo electi, 4. ut prospiciant aliis.
 Hæc vir ille doctissimus, quibus doctrina non cedunt ea quæ ad
 Suratam Græci Alcorani quondam commentabatur præstantissimus
 Golius. Sic enim ille. *Dicuntur Havarin, a voce Havar quæ can-*
dorem notat. Id est albi, & candidi. Sunt illi qui in Jesum pri-
mo crediderunt numero XII. Traditur vero a quibusdam eos candidan-
dis vestibus operam dedisse, fullonum instar, sic Gelaldinus. Hoc nuga-
torium est, inde natum quod eadem dictio Havarin, vulgato usu
fullonem notat. Attamen ipso nomine dicti videntur Apostoli, cæ-
Chaldaice אוריים candidi, vel quod sinceri amici & ministri Christi,
vel quod albas induti stolas pingerentur in Oriente, vel quasi φωτισ-
τες, vel φωτισθησοις, id est prælucentes aliis, aut illuminati, vel pro
 אוריים principes, Jerem. 29. 6. Eadem etiam fere habet eruditus
 Anglus Thomas Gravius Notis ad Versionem Persicam Euangelio-
 rum

rum. In ea quippe Matth. 8. 21. occurrit etiam vox *Havarion*. Ad quam vocem sic Gravius. حواريي, *Havaria Fullonem significat, & credunt Muhammedani Apostolos, non piscatores, sed Fullones fuisse. Sic Gilaldinus celebris apud illos scholiastes, cujus verba hic apponam, ad Surat. 3. Alcorani وقيل قصلر ببن يحورون لاثباب* Traditur eos Fullones fuisse, & in vestibus candidandis, & dealbandis operam suam collocasse. Eadem habet ad Surat. 61. & similia alius Scriptor dictus جمع اللغف, & nisi brevitati studerem, plura hac de re ex eorum scriptis proferré possent. At longe rectius a mentis candore & innocentia, ob vitæ & doctrinæ puritatem, nomen hoc merentur. Illud præterea notandum, non tantum Christi Apostolos, sed etiam ipsius Mahammedis socios, adjutores, & fidelissimos sectatores حواريون id est *Havarioun & eodem nomine insigniri. Ubi Apostoli vocantur Havarion vel Hanariin, Albi, quocunque genere candoris & albedinis intelligatur. Male Postellus legit Gevarionne. Pejus etiam vir magnus olim assererat Apostolum Thomam a Christianis Orientalibus vocatum Anania. Falsum est, vocabatur Avaria, id est Apostolus, ab eadem voce Arabica Avarioun vel Avariin, Apostoli. Hinc apud Avicennam مرهم ال حواريين unguentum Apostolorum. مرهن vel مرهم est μύρον apud Græcos, حواريين est Hanariin seu Apostolorum. Ibidem vocatur مرهن مندي & مرهن نرهن. Quod cum non intelligeret interpres Gerardus Cremonensis, illud partim prætermisit, & partim reddidit, verbis quæ sensum verborum Arabicorum non repræsentant. Nam prætermisit مرهن مندي, quod notat meo judicio unguentum præconum seu Apostolorum, & reddidit مرهن نرهن unguentum Veneris, cum reddendum mihi videatur unguentum splendoris, candoris, albedinis, id est unguentum Apostolorum, qui Albi dicebantur, vel a candore doctrinæ, vel a puritate morum, vel ab albedine vestium quibus induebantur. Possit quidem, nec sine quadam verisimilitudine, vox *Havarion* deduci ab *Anaria*, quod Æthiopice notat mittere, & legatum notat, ita ut Apostoli, missi & Angeli dicerentur, & vocarentur ἄγγελοι id est *euntes, incedentes, missi, legati, nuncii &c.* sed cum vox *Avarion* sit frequentior apud Christianos Orientales, imo & familiarissima Muhammedanis, potest jure derivari a voce Arabica, ut & Hebraica, quæ candorem & albedinem notat. Quod nimirum forsan crediderint Apostolos instar Sacerdotum Leviticorum albis indutos fuisse, cum*

facris vacare solerent. Quod tamen omnino falsum est: & licet hoc asserant inter Pontificios non obscuri nominis viri, alii tamen contra sentiunt, ut Nicolaus Alemannus in Parietin. Lateranensibus, & alii, qui Apostolos in iisdem decubuisse vestibus profitentur in quibus sacrificarent, ut loquitur Auctor satis antiquus. Et frustra hic trahitur *penula* Apostoli Pauli, de qua 2. Timoth. 4. Syrus reddit

Ⲡⲟⲗⲁ ⲛⲉⲛⲁ *Thecam librorum*. Sic Arabs Erpenianus, apud quem legitur *وفا ال كتب* *vas librorum*, licet in editione Londinensium Polyglottor legatur *فيل ونبه* *Philonium*, seu *penula*. Quod reddiderunt per *domum librorum* seu *Thecam librariam*, sed mallet per *Thecam Calamariam* verba interpretis Syri reddere. Cum postea fiat mentio librorum & membranarum. Quicquid sit de Syra versione, Apostolus nullo modo cogitavit de facris & Albis vestibus. Cum *penula* esset nigra, & vestis viatoria, & amictus a peregrinantibus solitus usurpari. Quod profitetur vir doctus media in Roma, qui cum de utraque *penula* apud florentissimam concionem dissereret, ex illius ore facundo vis veritatis erupit. Sic enim ille, *quod si per pannulam intelligunt vestimenti genus Rei sacra proprium, & ab aliis diversum, primum haud credibile est, in iis angustiis ac pressuris, vacasse primis Christianis, peculiarem habitum, ad rem divinam excogitare: deinde cum antiquior sacerdotum penula ad amissim fere congruat cum ea quam gentilium etate in foro usurpabant, jam clarum manet, sacram vestem eo modo accipi non posse. Et revera Joann. Chrysostomus, Theophylactus, Hieronymus, intellexerunt vulgarem & communem eam pannulam quam adversus pluviam & frigus olim gestabant. Quae sententia reliquis proculdubio preferenda est. Quam sententiam variis argumentis olim asseruisse Sirmundum me quondam monuit vir eruditissimus. Sed periit istud Sirmundi opusculum, cum variis ad Concilium Arelatense Annotatis, quae non sapiebant palato pontificio, & ideo suppressa, nam imperio societatis sub dominantis erat. Vir tamen ejusdem ordinis, nec minoris ac Sirmundus nominis, sic etiam loqui τολμᾶ. L. de prima missa. Tametsi admitto D. Paulum habuisse sacras vestes, ad usum sacrificii, tamen eam pannulam de qua Paulus ad Timotheum scribebat, fuisse vestem communem habeo persuasissimum. Nam diserte Tertullianus c. 6. Apolog. pannulam sumit pro lacerna itineraria, imbri ac frigori arcendo accommodata.*

Potuit

Potuit ergo talis aliqua vestis ab Apostolo significari, cum penulam Troade relictam poposcit; nec est quod suadeat significatam eo nomine vestem sacram ad usum solius sacrificii, quamvis non dubitem, quin D. Paulus vestes a profana & communi distinctas ad usum sacrificii adhibuerit. Itaque dissentio a Cornelio a Lapide, Baronio, Ferrario &c. Partim vera, partim falsa, illi excidunt. Falsum Apostolos vestibus peculiaribus in sacris usos fuisse. Hoc perridiculum asseruerat Alemannus ipse. Sed verum est penulam fuisse vestem ad usum communem, a Gentibus ipsis usurpatam, & quæ ad sacra & Religionem nullo modo spectabat. Primo Christiani erant Palliati, & Tribone induti. Postea relictis penes Monachos, & Ascetas palliis, presbyteri inceperunt comptiores incedere, & birris & penulis tandem assueverunt. Penula vero, quod ex variis antiquis statuis colligere est, erat vestis viatoria & vulgaris, communis omnibus vestis, pulla, fusca, rufa, raro alba. Unde male *penula Pauli* sumitur pro veste sacra, quasi sacrificio Eucharistico peragendo destinata, & veluti Paulus fuisset λευκοφόρος & alba veste indutus. Iisdem, cum aliis, vestibus utebantur Apostoli. Jacobus Episcopus Hierosolymitanus, nec fuit bysso linove vestitus, nec ingrediebatur Sanctuarium Hierosolymitanum. De illo quidem sic Eusebius ex Hegesippo, l. 2. c. 23. τέτρω μόνω ἔξῃν εἰς τὰ ἁγία εἰσιέναι, εἰδὲ γὰρ ἑρεῖν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνα, καὶ μόνω εἰσῆρχεῖ εἰς τὸν ναόν. *Unus ex omnibus, in intimum Templi sanctuarium ingrediendi jus facultatemque habebat, neque enim lanicio, sed linea tantum veste utebatur, & solus Templum intrabat, ut instar sacerdotum Leviticorum, lineis vestibus amictus preces suas funderet.* Sed Hegesippum hic fabulam narrare, diu est quod Scaliger palam fecit, in suis ad Eusebium Animadversionibus. Sicut & nos laminam auream Joannis Apostoli & illius sacerdotium, ac proinde illius vestes albas & sacerdotales, de quibus idem Eusebius, L. V. c. 24. longe removenda ostendimus in Variis nostris Sacris. Vestes tamen Apostolorum Joannis & Philippi sacerdotales & Albas fuisse, ineptiori certe, & magis ridiculo argumento contendit Baronius. Nam ad ann. 394. ubi de Theodosio seniore agit, num. x. exhibet nummum ubi expressa est effigies Theodosii, cum hac inscriptione DN. THEODOSIVS P. F. AVG. in adversa vero parte, duæ figuræ sedentes repræsentantur capitibus radiis ornatis

natis, cum hac altera inscriptione, VOT. XXX. MVLT. XXXX. Ad quæ verba Baronius, cujus radiata ista capita oculos perstrinxerant, sic exultabundus differit. *Vides Theodosii senioris veram certamque vultus effigiem. Ex adversa vero numismatis facie, intueris expresse, sacerdotali decoros habitu, geminos illos, quos in visu vidit Apostolos, Joannem atque Philippum expressos reddi. Habes etiam ex his Lector, inter alia, unde antiquum sacerdotalem habitum discas, simulque tonsuram intelligas, atque palliola humeros ac pectus decore ambientia.* Vide quantum erroribus sint obnoxii, & quam sæpe turpiter impingant viri cætera insignes. Nam hic nec apparet Theodosius senior, nec Apostoli Joannes & Philippus, nec vestes sacerdotales. Sunt vestes consulares, sunt imperatores duo Theodosius & Valentinianus, nec est Theodosius senior, sed junior Theodosius. Hoc potuisset animadvertere Baronius ex inscriptione numi. Nam ibi nuncupantur, soluuntur, multiplicantur vota, nimirum Tricennalia & Quadragesimalia, ut ita dicam. Hoc volunt istæ notæ. VOT. XXX. MVLT. XXXX. Quod certe non cadit nec cadere potest in Theodosium seniore. Imperavit enim Theodosius hic magnus annos tantum sexdecim. Quomodo ergo potuisset nuncupare solvere, multiplicare vota tricennalia, & quadragenaria? Junior vero Theodosius imperavit octo supra quadraginta annos, adeo ut minime sit dubitandum quin numus iste juniore Theodosio fit tribuendus, qui hic cum Valentiniano admodum juuene, ut pote qui annum tantum ageret undecimum, sociatus representatur, cum vestibus consularibus. Fucum fecit Baronio, & illi fraudi fuit, splendor radiorum quibus capita Imperatorum Consulium decorantur, & ornantur. Nam cum Beati & Sancti tali ornamento soleant delineari, statim Sanctos & Apostolos cogitavit, cum capita Imperatorum ipsorum, qui ut Numina sæpe coli solebant, & supra sortem humanam evehi, tali radiorum apparatu ornata conspiciantur. Sic, apud Poëtam, Latinus

Cui tempora circum

Aurati bis sex radii fulgentia cingunt.

Sic Plinius in Panegyrico Trajani *radiatum Domitiani caput* ridet, & exhibet. Sic Auctor Panegyrici Maximiano dicti, *Trabea vestra triumphales, fasces Consulares, sella curules, & hac obsequiorum stipario & fulgur, & ille tam divinum verticem claro orbe complectens, &c.*

Posset

Poffet hoc variis exemplis comprobari, sed nec res, nec locus, nec tempus id agere patiuntur, & notius est quam ut multiplici & operosa testium fide adstrui necesse sit. Sufficit ostendisse Baronium hallucinatum fuisse, & frustra res sacras quæfivisse, ubi tantum civiles & politicæ occurrebant. Sic præcipiti Religionis studio quidam quærun, ΙΧΘ, Jesum, Christum, Deum, in numo ΤΚΘ Titi, Quintii, Dei. Sic alii in Numo Apamensium, in honorem imperatoris Philippi Arabis cuso, quærun Noachum & monumentum Diluvii, quod fuscæ nobis alibi reprobatur. Sic in Numo Domitiani nuper edito, quærun etiam Religionem Christianam, propter crucem, quæ ibi conspicitur, cum sit monumentum Isiacorum sacrorum, & Ægyptiorum, in quibus frequentes cruces solent etiam occurrere. Sic in Numo Theodosii, Apostoli & vestes sacerdotales quæruntur, cum sint tantum imperatoris vestes Consulares, a vestibus Apostolorum alienæ, cum Apostoli, & Apostolorum Discipuli, vestes alias quam communes non solerent induere. Prioribus Ecclesiæ seculis Christiani pro arbitrio vestibus utebantur, iis potissimum quas apud populares suos consuetudo invexerat. Seculo exeunte quarto, vel ineunte quinto, Sifinnius Episcopus Albis uti voluit. Unde ab aliis carpitur, & arguitur. Sic enim de illo Socrates Hist. Eccles. l. 6. c. 22. Ἄλλοτε Ἀρσάκιον τὸν ἐπίσκοπον καὶ τιμῶν ὄρων, ἠρωτήθη ὑπὸ τινος τοῦ περὶ Ἀρσάκιον, διὰ τὸ ἀνοίκειον ἐπισκόπῳ ἐδύσθαι φορέειν, καὶ πᾶς γέγραπται λευκὰ τὸν ἱερωμῆριον ἀμφιέννυσαι. ὁ δὲ, σὺ πρότερον, ἔφη, εἰπέ πᾶς γέγραπται, μέλαναν ἐδύσθαι φορεῖν τὸν ἐπίσκοπον. τῷ δὲ ἠρωτήσαντι ἐν ἀπόρῳ γρηγορήσας πρὸς πλεονάζουσαν, ἐπήραγεν ὁ Σισίννιος, ἀλλὰ σὺ μὲν εἶπες, ἔφη, δεῖξαι δυνήσῃ ὡς δεῖ τὸν ἱερωμῆριον μέλανα ἀμφιέννυσαι. ἐμοὶ δὲ καὶ ὁ Σαλωμὼν παρηγεσε λέγων, ἔσωσάν σοι ἱμάτια λευκὰ, καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, λευκὴ φαίνεται ἐδύσθαι χησάρη. εἰ μὲν, ἀλλὰ καὶ Μωσὴς καὶ Ἡλίας λευκοφοροῦντες τοῖς Ἀποστόλοις ἐδείξαν. *Alio quodam die cum Arsacium honoris causa inviseret Sifinnius, a quibusdam Arsacii familiaribus interrogatus, cur vestes Episcopo minime convenientes gestaret, & ubinam scriptum esset sacerdotem alba veste indui debere, respondisse fertur. Tu prior mihi dicas velim, quo in loco scriptum sit, Episcopum atra veste uti debere. Cumque is qui interrogaverat, ad hanc contrariam interrogationem haberet, subjicit Sifinnius, tu quidem ostendere nunquam poteris, sacerdotem debere atris vestibus indui. Me vero Salomon adhor-*

iatus est dicens, sint tibi vestimenta alba. Et Servator noster in Evan-
 geliiis alba veste usus esse deprehenditur. Moysen etiam atque Eliam,
 albis indumentis vestitos suis Apostolis ostendit. Hic media in Con-
 stantinopoli, præsente Patriarcha seu Archiepiscopo, inter Episco-
 pos, movetur lis & controversia de vestibus clericorum, an
 atrii, albi, vel alterius cujusdam coloris esse deberent. Si albus col-
 or prævaluisset, & ab omnibus clericis fuisset usurpatus, an vel
 minimum hic occurrisset argumentum Sisinnium carpendi, illum-
 que insimulandi novitatis & varietatis? An si in sacris, vel extra sa-
 cra, si in Ecclesia, vel in foro, vulgares vestes albæ, & clericis peculia-
 res fuissent, an Sisinnius provocasset ad exemplum Christi, Moysi, &
 Eliæ, & ad mandatum Salomonis? An Salvatorem memorasset
 Apostolis ostendentem Moysen & Eliam λευκοφορέτας, præterito
 ipsorum Apostolorum exemplo, si verum fuisset ipsos Apostolos
 & Apostolicos viros Albis indumentis amictos fuisse? Certe nul-
 lus dubito quin forma, figura, color, materia vestium, inter ἀδια-
 φόρα tunc temporis recenserentur, & ab arbitrio Ecclesiastico-
 rum & Ecclesiarum pependisse hanc vel illam vestium figuram,
 hunc vel illum colorem usurpare & adoptare. Verum quidem est
 candidum Ecclesiasticis magis placuisse in sacris, & solennibus, &
 tandem obtinuisse. Ad Sisinnium tamen usque & Constantino-
 poli nigrae vestes præferbantur. Sic postea existimaverim hoc in
 defuetudinem abiisse. Nam annis post Sisinnium septuaginta, in
 ipsa Constantinopoli, Atræ vestes erant indicium mæstitiæ & do-
 loris, & in Ecclesia, & extra Ecclesiam. Hoc colligitur ex Theo-
 doro Lectore H. E. l. i. qui narrat Acacium Patriarcham Constan-
 tinopolitanum, ut dolorem & animi ægritudinem significaret, ob
 Decretum Basilisci Imperatoris, contra Concilium Chalcedonense,
 nigras vestes sibi induisse, vera ingentis τεκμήρια luctus. τύπω γε-
 νικῶ βασιλίσκου πλὴν συνόδον ἐκβληθῆναι προσέβλεψεν. ἐπέκειτο ὃ τὸ
 καὶ ἀκάκιον ποιεῖν, ὅπερ ἐκ ἰχθυος, πάσης ὁμῆ τῆς πόλεως, ἀνδρά-
 σιν ἅμα καὶ γυναῖξιν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ βασιλίσκου σωμαθροισθεί-
 σης. ἀκάκιον ὃ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὸν θρόνον, καὶ τὸ δυσασήθειον,
 μελανοῖς ἐνδύμασιν ἠμφίεσε. Basiliscus generali sanctione Synodum
 Chalcedonensem rejici jussit. Operam autem dabat, ut idem quoque
 faceret Acacius; verum id perficere nullo modo potuit; cum universa ci-
 vitas, tam homines quam fœmina, in Ecclesiam conveniens Basilisco
 obstitisset.

obstitisset. *Quin etiam Acacius semet ipsum, & Cathedram, atque Altare, nigris vestibus obtexit.* Indicio certissimo album, vel alium a nigro, colorem tum temporis obtinuisse, cum paulo ante in ipsa Constantinopoli, albus color Ecclesiasticis viris non bene convenire & congruere censeretur. Unde facile credi potest, vestium modum arbitrarium, &, sicut & nunc, mutationibus obnoxium fuisse. Nullasque ea de re, primis Temporibus in Ecclesia fixas fuisse leges, & fortuito totum istud vestium sacrarum Choragium ex variis hominum ordinibus in Ecclesiam irrepisse; qui cum variis indumentis uterentur, etiam Christiani facti illa non abjiciebant, nec se contra Ecclesiae leges peccare existimabant, si semper iisdem vestibus essent amicti, quibuscum, antequam ritibus Christianis initiarentur, solebant incedere. Plebs ut plurimum albis utebatur. Rhetores palliis purpureis, vel croceis, vel albis. Philosophi fuscis & nigris. Quod patet ex Cyrilli Lexico, Basilio Presbytero ad Gregor. Nazianz. Orat. & Theophylacto Simocatta l. 8. Hist. c. 12. Cyrillus, *Τείβωνες, περιβλήματα τινά, ἧς μὲν ῥητόρων ἐρυθροὶ καὶ φοινικοὶ, Φαιοὶ δὲ ἧς φιλοσόφων.* *Pallia, sunt indumenta quadam Rhetorum & Philosophorum; Rhetorum sunt rubra & purpurea, Philosophorum vero fusca.* Simocatta vero Theophylactus, Atheniensibus Rhetoribus tribuit *λευκὸν τειβώνιον, Pallium album.* Cum vero & plebs, & Sophistæ, & Rhetores, & Philosophi ad Ecclesiam confluerent, & ejuratis erroribus, Christianismum amplecterentur, non mores, nec vestium rationem immutabant, singuli ordinum suorum sæpe servabant habitum, unde diversi in Ecclesia colores, ab Ecclesiasticis & clericis, lapsu temporis fuerunt usurpati. Nam sæpe, iisdem quibus ante Christianismum utebantur vestibus, post etiam utebantur. Hieronymus de Aristide, in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. *Aristides Philosophus Atheniensis, & sub pristino habitu discipulus Christi.* Origenes apud Eusebium l. vi. c. 20, de Heracla Presbytero. *ἄρτερον κοινῇ ἐδῆτι χρώματι, ἀποδυσάμενοι, καὶ φιλοσόφον ἀναλαβὼν χῆμα, μένει τὸ δεῦρο τῆρεῖ.* *Primum usus communi veste, quam postea abjiciens, philosophicum habitum induit, & huc usque servavit.* Idem Euseb. l. iv. c. xi. de Justino Martyre. *Μάλιστα δὲ ἠκμαζεν ἐπὶ τῆσδε ἰεσῖν, ἐν φιλοσόφῳ χήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον.* *Ista tempestate floruit præ omnibus Justinus, sub habitu Philosophi verbum Dei predicans.* Hinc habi-

tus & pallium nigrum Philosophorum ad Episcopos, Presbyteros, Ascetas, & Monachos transit, qui sæpissime nigris vestibus induebantur. Quo non referendus locus Ammiani Marcellini l. 22. circa finem, ubi cum de Alexandria, florentissima urbe, varia commemorasset, quæ illam commendarent, inter alia addit. *Ne nunc quidem in eadem urbe Doctrina varia silent. Non apud eos exaruit Musica, nec Harmonia conticuit, & recalet apud quosdam adhuc, licet atros, consideratio mundani motus & siderum, doctique sunt haud numero pauci.* Hæc lectio occupat omnes Ammiani editiones, & nulla codicum varietate reddita suspecta. Suspicionem tamen sensus non bene congruus ingenerat. Unde verba ista, *licet Atros*, sollicitantur. Lindenbrogius ea vexanda non existimat. Et per, *Atros*, Monachos atris & pullis vestibus indutos intelligendos cenfet. Sed Valefius legit, *licet raros*. Petavius vero improbatis duabus istis lectionibus, *litteratos*, legendum existimavit. *Hæc dua vocula*, inquit, *sunt depravata; nec recte conjiciunt, Christianos, maxime Monachos, intelligi, quos pullatos fuisse constat, neque enim Monachi sese mathematicis præsertim artibus adllexerunt. Quare minima mutatione lego, litteratos; pro licet atros.* Ego legebam *Hieres & jatros* sacerdotes & medicos. Sed nihil determino, & suum iudicium cuique permitto. Sufficit constare Monachos pullatos & atros fuisse, & veluti *μελανφόρους*, quod illorum ordo esset dolentis, lugentis, mœrentis, & austeriorem & severiorem vitam aperte profitentis. Hinc est quod & apud Ethnicos in sacris lugubribus nigras etiam induerent vestes, ut supra observatum, sicut & cum numinibus durioribus & *κατὰ Δουίος* facerent. Quo refertur locus Servii, qui si recte legeretur pro ut nunc se habet in hodiernis exemplaribus, favere videretur. Sic Servius ad XII. *Æneid. impolluta & pura dicitur vestis, qua festis diebus uti consueverant sacra celebraturi, ut neque funesta sit, neque fulgorata, neque maculam habeat ΘΚ homine mortuo.* Ad quæ verba vir doctus olim dubius & anxius hæc scripto consignabat. *In hac veste sinus est, qui mihi rugam in fronte excitat. Quæ enim macula est illa, Θ. Κ. homine mortuo. Utrumque Θ. Κ. Δεὸς κατὰ Δουίος designare solet in inscriptionibus Græcis passim. Unde vestis Θ. Κ. habet homine mortuo, ea forte fuit qua sacerdos usus est, dum subterraneis DIS sacra mortuorum celebraret. An vestis hæc sacerdotalis habuerit literas Θ. Κ. illisque fuerit distincta & præfixa,*

fixa, non memini me alibi legere. Quare non ex Tripode oracula fundo, sed conjecturas & nugas meas, in re obscura ita propono, ut non respiciam alienas. Alius vir doctus recentioris quidem ætatis, sed famæ & doctrinæ non minoris, tangit etiã locum istum Servii, Notis ad l. 2. Constit. Apostol. Hinc etiã Magistratum perversa vestis, funesta, & impura, maculam habens Θ. κ. Σαυῆς & νῆ-
 Τανείσως, nota ex Seneca l. 1. de Ira. c. 16. Valerio Maxim. l. 9. l. 12. & Servio l. 12. *Aneid. vers. 169.* Hæc ille more suo doctè & acute. Sed certe illi & aliis gratiam possumus facere conjecturarum suarum, alibi meo iudicio feliciter usurpandarum. Nam vel fallor, vel locus Servii in mendò cubat, quod facile sanari potest. Nam ibi non legendum Θ. κ. sed, *ex*: non sunt Literæ Græcæ, sed Latinæ, & fit mentio *vestis maculatæ ex homine mortuo.* Non vero *habentis maculam* Θ. κ. *homine mortuo.* Nam quæ connexio verborum istorum? certe barbara foret, & Servio Grammatico indigna. Scribendum & legendum, *ex*, non Θ. κ. non opus est hic magno acumine, & maximo molimine maximas nugas agere. Levi brachio conficitur istud negotium & exigua mutatione sanatur iste locus Servii. Hoc revocat mihi in mentem alium locum ejusdem Servii, qui certe olim maximas excitavit turbas, & eruditax rixas. Rem facetam certe & jocosam narrabo. Neque enim prohibiti isti excursus, & licet scribendo joculari, sicut si coram mutuo sermones misceremus. Lutetiæ Parisiorum lis mota est inter eruditos de loco Servii ad Eccl. v. Virgili; locus sic se habet, *Tria circa Apollinis simulachrum videmus. Lyram qua nobis caelestis imaginem Harmoniæ refert; gryphænum, quod & terrenum numen ostendit, sagittas quibus infernus Deus & noxius indicatur.* Omnia hic fere clara & perspicua. Unicum verbum, nimirum *Gryphænum*, negotium facessabat doctis, & illis crucem figebat. Cum illis omnibus aqua hæreret, oracula peregrina consulenda censuerunt. Scribitur Cadomum, literarum florentissimum Emporium. Bochartus, Briossus, Palmerius, Halleus, alii, alacres eriguntur, & vexatum locum in omnes partes vertunt. Fervet negotium, fervent animi & calami, quilibet Oedipum se præstare contendit, & ad scopum feliciter aliis satagit collineare. Ipse ego vix ephebos egressus, & qui Musarum liminibus oscula prima fixeram, nolui esse ἀσύμβολος, & quid valerent tunc nascentes vires vole-

bam experiri. Sed post varias contentiones, & varia sententiarum divortia, levi molimine tota lis fuit composita. Nam cum aperto veteri satis codice MSS. Servii, occurrat *Gryphem aneum*, unde ex mala disjunctione literarum, *Grypheneum* conflatum fuerat, statim controversia dirimebatur, deferuebat acrimonia ista literaria, quilibet mirabatur ἀσολίαν suam, & singuli sarcinulas suas & quisquilias, doctas, Juppiter! & laboriosas, colligebant, & sibi servabant. Sic alter locus Servii torfit & fatigavit eruditos, cum omnia sint ibi plana, ut vix hærendi sit locus, nec vel minima asperitas quæ gressum morari & retardare possit. Nulla vestis ibi maculata Θ. κ. sed ex mortuo, quod patet ex ipso Servio ad Æn. 4. p. 371. Sed tamen ibi mentio vestis funestæ, nigræ meo iudicio & atræ, & ad funus prosequendum aptæ, vel ad Deos inferos colendos. Nam variis victimis utebantur Ethnici, modo albis, modo nigris. Variis etiam Aris, modo Altaribus, modo Focis, modo Mundis, in scrobe nimirum & fossa, & loco obscuro & subterraneo, cum inferis sacra faciebant. Sic etiam vestibus nigris sacra peragebant inferis, & erant Melanophori. Albis vero erant amicti in cultu quo superos prosequabantur, aptis ad gaudium, lætitiæ, Deorum munificentiam & benevolentiam, declarandam & significandam. Hinc est quod beati qui perfecte Deum colunt, in albis repræsentantur, ut superius observabam. Et ideo color Albus & Byssus vocantur *δικαιώματα ἁγίων*, Apoc. 19. 8. Vulgo reddunt interpretes, *justificationes sanctorum*. Quasi Fideles Sancti hic intelligerentur, qui sunt induti bysso & candore justitiæ Christi, quo justis & credentes in Christum solent justificari. Sed ibi ἁγίων non est masculini generis, sed neutrius, est genitivus pluralis nominativi ἁγία, id est *sancta, locus sanctissimus*. *δικαιώματα* vero non notat semper *justitias & justificationes*, sed *statuta, Decreta, ceremonias, ritus*. *δικαιώματα ἁγίων*, sunt *ritus & Ceremonia constituta*, ut in Sancto Sanctorum semper observarentur. Byssus ergo & vestes lineæ & albæ erant institutæ ad usum Sanctuarii & præcipue cælestis, in quo Sancti & beati albis stolis & vestibus amicti conspiciuntur. Vel quia sacerdotes ut superius observatum. Vel quia Virgines. Virgines vero in Festis solennioribus vestibus albis induebantur. In Talmud. Babylon. Tract. Bava Batra. ימים טובים בישראל כחמשי ישר לא היו וכיום הכפרי" כבהן בנות הירושלים יוצאות בכלי לבן *Nulli Dies magis festi sunt Israelitis quam decimus quintus mensis Ab, qui*
Julio

Julio nostro respondet, & dies Expiationum, quippe quibus filie Hierosolymitane egrediebantur vestibus albis. Vel quia Beati sunt Reges & victores. Albus vero Color symbolum victoriae & Regiae dignitatis. Vel quia Candidati Resurrectionis gloriosae. Nam secundum Judaeos, Sancti cum vestibus albis, impii vero nigris, amicti ultimo die resurgent. Hinc R. Jochanan in Bereshit Rabbath dicit. קברו אותי בכלים צמועים בדרוקא לא לבנים ולא שחורי" שאם עמדתי בין הצדיקים לא נבוש ואם עמדתי עם רשעים לא נכלם. Hæc sic reddidit Manasse Ben Israël, sed illa non intellexit, & in illius verbis nullus congruus fuit sensus. *Sepelire me vestibus tinctis colore Deroce, id est candidis, neque nigris. Ne, quando resurgam inter probos & justos, pudeat mei ob nigras meas vestes. Vel si inter malos & impios resurgam, ne me pudeat mei ob vestes candidas.* Hæc certe non sunt ad mentem & consilium R. Jochanan. Nam si vult vestiri veste coloris Deroce, id est candidi, quo modo non pudebit inter improbos, cum veste sua candida? Manasse proculdubio nescivit quid esset Deroce, & existimavit esse colorem album. Sed fallitur. Deroce videtur decurtatum ex sandaraca, quæ ex Verrio apud Festum, est genus coloris coccinei vel caerulei. Ex sandaraca vel sandoracha, factum est Daracha. Vestibus Daracha vel sandaracha tinctis & imbutis vult sepeliri R. Jochanan, non nigris, ut impii, non albis, ut justi, ut die Resurrectionis in quo improbi vestibus nigris, & justis vestibus Albis amicti resurgent & ex mortuis excitabuntur, illum pudor non corripere, si inter nigros alba, inter albos nigra veste indutus conspiceretur. Hæc verba aliter redduntur in Tractatibus Talmudicis Nidda, & Sabbath. Nam ibi legitur, *sepelire me, non, in vestibus, דרוקא, subrufis & candidis sed האוליריים בכלי".* In vestibus Ulriarimis. Sic reddit vir maximus & qui familiam ducit inter φιλανατόλης. Sed vox ista est vox nihili. Et credo האוליריים Haoulirim corruptum, & legendum Haourilim, caeruleis, nimirum vestibus, quibus sepeliri volebat, non nigris, instar impiorum, non albis, instar justorum qui in albis debebant resurgere. Beati ergo, quasi jam resurrexissent, ornati sunt indumentis Albis, & vestibus non nigris, non tinctis sandaracha, sed in sanguine Agni Apocal. c. 7. habent λευκὰς στολὰς ἃς ἐλεύκαναν ἐν τῷ αἵματι τοῦ θύου, non quæ purpureum colorem sibi conciliarint ex sanguine agni,

ut vult vir quidam eruditus, vel quæ mundiores sint redditæ & ornatiores, ut volunt viri magni, quasi dealbare & λευκαίνειν, ista omnia significaret. Certe stolæ proprie albæ hic sunt intelligendæ, non quidem in ipso sanguine tinctæ, & sanguineo colore infectæ & saturatæ, ut Tyrïo sanguine, sed dealbatæ per meritum sanguinis Agni, quo omnes vestium beatorum sordes delentur & amoventur. Adeo ut Sanctorum vestes sanguine Christi purgatæ, & ab omnibus aliis coloribus & maculis liberatæ, nive & ipsa luce evadant candidiores. Qua loquendi ratione forsân alludit Spiritus Sanctus ad sententiam Judæorum, qui Die expiationis cum Deus placaretur & propitius factus fuisset sacrificio Hirci immolati, & alterius hirci emissarii & δποπομπάειε, fasciam Coccineam cornibus hirci, vel Altaris alligatam, statim apparuisse candidam, colore purpureo illico in candidum immutato, fingunt, ut peccata rubicundiora & oculos magis ferientia omnino deleta, expuncta, dealbata significarentur. Quo referunt Judæi verba Esaïæ Proph. c. i. 18. *si fuerint peccata vestra ut Coccinum, quasi nix dealbabitur, si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Instar linguæ Coccinæ, quæ, DIE expiationum, subito dealbatur, cum sanguine, & cæso hirco, & emissario altero, placatus erat Deus. Nam talem fasciam coccineam alligabant, vel capiti & cervici duorum Hircorum, vel ad vestibulum exterius Templi, vel ad interius vestibulum, vel mediam partem ad rupem deserti ad quod Hircus deducebatur, & alteram mediam partem ad cervicem Hirci emissarii. Rabbini in Gemara ad Codicem Joma. תנו רבנן בראשונה הו קושרין לשון של זהורית על הואלם מבחוץ. הלבין היו שמחים לא הלבין היו עצבין ומתביישין וגו. Tradunt Rabbini quod in principio alligabant linguam Coccineam ad ostium vestibuli exterioris: si albescebat, letabantur, si non albescebat, dolabant & confundebantur &c. Dealbatur ergo fasciâ coccinea, sanguine Hircorum die expiationis. Sed stolæ integræ beatorum dicuntur dealbatæ sanguine agni, quo placatus est Deus, & omnis nigredo peccati expuncta & deleta. Hinc stolæ sanctificatorum albæ, sanctitati beatorum, illorum victoriæ, & gloriæ admodum congruentes. Nigræ vestes indicium luctus & miseriæ; albedo & candor, symbolum lætitiæ, & gaudii. Hinc etiam locus Psal. 68. ubi Deus spem prostratam Ecclesiæ suæ excitat & erigit.

*Quando
federis*

federis inter lapides focarios, tandem aliquando evades liber, & instar columbæ radiabis, & candido jubare coruscabis. Solatur Ecclesiam in Captivitate Babylonica languentem & jacentem, & dicit, Etiam si nigrorem contraxeris lebetibus focariis & ollis atriorem, tamen evanescet externa ista luctus & captivitatis facies, & candore & albedine propter libertatem tuam hostes tuos Babylonios & Assyrios superabis, qui columbas colunt, & solent adorare; columbas nimirum albas.

Alba Palæstino culta columba Syro.

Sic *gladius columbæ* apud Jeremiam 25. 38. 46. 16. 50. 16. Soph. 3. 1. est gladius Syrorum & Babyloniorum. Ergo Ecclesia in captivitate nigris vestibus operitur: sed liberata, hostes lætantes & insultantes, imo ipsorum Numina, albedine, cultu, & elegantia, longe vincit & superat. Nimirum illorum columbas, & sydera quæ Babylonii colebant, imo & eorum sacerdotes, qui albis induebantur. Unde vocabantur כְּרִים. *Lino & Byssu induti.* Es. 44. 25. Jerem. 50. 36. non a כְּרִי mentiri, ex quo facta vox qua designantur isti Theatrales circulatores, qui simplicioribus imponunt & illudunt, qui dicuntur *des Badins*, quasi mendaces, sed a כְּרִי linum, quia sacerdotes isti lino & bysso indui solebant. Contra vero Melanophori nigris amiciebantur, unde derivata est illorum denominatio. Et forsitan eadem vox restituenda est Pomponio Melæ loco a viris doctis sollicitato, & vexato. Sic enim ille l. 2. c. 1. circa finem, *Melanclanis, atra vestis, & ex ea nomen.* Nam non legendum *Melanchimos*, nec *Melanchitona*, nec *Melanchinus*, sed *Melanophoros*. Nam quidam codices habent *Melanostharos*, & ut credo, pro *Melanophoros*. Unde fluxit vox qua isti populi adhuc hodie nominantur, nimirum *Mourophori*, quasi Melanophori.

Hæc de Melanophoris satis, vir Amplissime, & proculdubio plus satis, quæ vereor ne animi ægritudinem, imo pallorem tædiofa lectione concilient, imo & luctum acerbissimum, quem posses atra veste, & Melanophorus, omnibus significare. Nec facias tamen rogo, atque iterum rogo, & aliquid condones voluntati & studio tibi nimis complacendi. Si omnia displicuerint, & vanus fuerit conatus noster, una litura omnia deleas, & nigro notes lapillo.

Interea, vir Amplissime, patiaris me te prosequi verbis & voto
Regum sapientissimi, בכל עת יהיו בגדיך לבנים. *In omni tem-
pore sint vestimenta tua candida.*

*Festa fluat tibi queque Dies, & stamina Parca
Ducant purpurea candidiora nive.*

*Tuus omni cultu & obser-
vantia*

Kal. Maj.

CID ID C LXXXVI.

1686.

LE MOYNE

A D D E N D A.



Um Harpocrates præla exercet, nonnulla mihi, ut
fieri amat, inter legendum notata sunt, quæ nequa-
quam omittenda esse duxi. Ecce igitur tibi, L. B.
Addenda, rogoque serium in modum ea æqui boni-
que consulas.

pag. 37. lin. 17. post, *deorum*; adde: Nec aliam ob causam Ma-
nilius lib. 1. describit,

Phetontem patrio curru per signa VOLANTEM,
nec Prudentius lib. 1. contra Symmachum,

— Solem; cui tramite certo

Conditio imposta est, vigilem tolerare laborem,

Visibus objectum mortalibus, orbe rotundo

Præcipitem, teretique globo per inane VOLANTEM:

eademque respiciens Statius 1. Sylv. carm. 1. *volucrum rotam* Phœ-
bo tribuit.

pag. 53, lin. 31. post, *Mithriaca*, adde: Num autem hoc mo-
numen-

numentum Mithræ positum sit ob restitutam mulieri, cujus caput cernitur, sanitatem; an vero Luna representetur; numque Galli Mithram fœminei sexus coluerint, uti arbitratur vir eruditus, id fateor me affirmare vix posse. Certe Ambrosius libello 2. contra Symmachum *Mithram* fœminam facere videtur: *Unde Phrygiæ vates, & semper invisæ Romanis non æquæ Carthagini numina? Quum Cœlestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt pro diversitate nominis, non pro numinis varietate:* & Herod. lib. 1. c. 131. narrat Assyrios Venerem appellasse *Μύλιττα*, Arabes *Αλίττα*, & persas *Μίτραν*. Petrus Faber, vir doctissimus, lib. 3, c. 2. Semestr. existimat apud Ambrosium scribi debere *Mitram* sine adspiratione; & per *Mitram* intelligit Lunam, quæ eadem cum Venere & Cœlesti; per *Mithram* vero Solem. Sed hoc si verum, adspiratio non addi debebat in marmore, vel apud Stat. lib. 1. Theb., ubi proculdubio Solem designat, scribi *Mitram*; nisi illud vitium statuario, hoc vero librariis adscribere velimus. Quicquid sit, res est examine digna; num *Mitram* Persæ a *Mithra* distinxerint, cum Herodotus testetur clare Venerem *Mitram* dictam esse; numque Orientis populi Solem modo fœminei, modo masculi sexus fecerint, uti certe coluerunt *Lunum* & *Lunam*; quæ in sacris Mithriacis per bovem repræsentatur.

pag. 60. l. 23. post, *Tristanum*, adde: & mulier lyram percutiens, saltansque in honorem Bacchi, ut videtur, in *Admirandis Romanarum Antiquitatum Vestigiis*.

lin. 28. post, *Proserpinam*, adde; quem locum jam ita emendasse deprehendi Aleandrum in Explicatione Tabulæ Heliacæ.

pag. 69. lin. 10. post; *Uraniam*, adde: (Græca sunt, *ἡ Ἀφροδίτη καὶ ἑρηνία ἀρτεμις;*) videturque ultimum *καὶ* collocari debere post *ἑρηνία*, ita ut celebret *Venerem Cœlestem*.

pag. 72. lin. 29. post versum Virgiliti, adde: eodemque plane modo Ælianus lib. 1. de Anim. 44. loquitur: *τῶν γεράνων αἱ καλῆσαι καλεῖται ὄμβρος.*

pag. 73. lin. 18. post *offenditur*, adde: & lib. 7. cap. 9. sacros accipitres Apollini, & sacerdotes, qui eos alebant, *ἱερανοβόσκους* fuisse dictos.

pag. 75. lin. penult. post, *vacat*, adde: Prudentius lib. 1. contra Symm. v. 365. Proserpinam vel Dianam describens:

*Nunc bigas frenare boves, nunc sava sororum
 Agmina vipereo superis immittere flagro:
 Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas
 Spargere, terque suas eadem variare figuras.
 Denique cum Luna est, SVBLVSTRI splendet AMICTV:
 Cum succincta jacet calamos, Latonia virgo est.*

pag. 75, lin. 32. post, *persecutorum*, adde: Adoni in Martyrol. pag. 136.

pag. 81. lin. 14. post, *constat*, adde: & tandem *Cynosuridos*, uti hunc montem vocat Clemens Alex. ἔτος μὲν ἐν κείτῃ κεραυνῶδεις ἐν τῆς Κυνωσίδος ὀρείοις.

pag. 104. l. 19, post, *Pedagog.* adde: PLVTO non alius quam Sol est, quando nempe hybernis mensibus inferius hemisphaerium illustrat: uti multis docet Porphyrius, apud Euseb. lib. 3. præpar. c. xi. ubi postquam & inde Proserpinæ raptum explicasset, addit tandem: τῆς μὲν Κόρης ἑπὶ Πλάτωνος τῆς ἑπὶ γῆν ἰόντος Ἡλίου ἀρπαζομένης καὶ τὸν σόρον: Proserpina igitur seminis tempore a Plutone, sole sub terras commeante, rapitur; clareque ipsi πλάτων appellatur, ὁ ἑπὶ γῆν ἰὼν Ἡλίου. Et cum hæc gentilium placita nugæ germanæ sint, recte Eusebius c. 16. eos interrogat: πῶς ὁ Πλάτων καὶ ὁ Σάραπις εἰς τὸν Ἡλίον δυνατὸν εἶναι φυσιολογεῖσθαι: Pluto autem & Sarapis, qua tandem Physiologia ad Solem revocari queant? Et huc proculdubio respiciunt: Macrobius. i. Saturnal. verba: Inferi nomen Soli datur quum inferiori hemisphaerio, id est, hyemalibus signis cursum suum peragit. Superi quum partem Zodiaci ambit æstivam: quam in rem plura moneri possent; sed digitum intendisse satis habeo.

pag. 117. lin. ult. post, *notavi*, adde: & in opere laudato Jovem aliosque deos laribus adscriptos, atque a vesanæ superstitionis hominibus in peculiare defensores & patronos adoptatos fuisse. Sic in Passione S. Savini apud Baluz. Tom. 2. Miscell. *Venusianus deum suum, quem habebat in cubiculum suum, ubicunque mansisset, jussit adduci in medio, quia erat miræ facturæ ex lapide coralite Jovis, & vestimenta ejus deaurata erant: id quod etiam tradit Ado pag. 47. Martyrologii; cum quo ejusmodi parvam statuam vocare possis statunculam vel statunculum (utroque enim modo scribitur) Jovis. Non*

pag. 125. lin. penult. post, *gentiles*, adde : (uti certe ex sententia Petri Bellorii cernitur facem gerens in marmore, quod Romæ exstat, cujusque sculptura Orientem representat)

pag. 127. lin. 21. post, *peti possunt*, adde : Et iis quæ ipsi notarunt, adjice, *Lycios* magis honorasse mulieres, quam viros, & *μυητοδεν* fuisse appellatos, teste Nicolao Damasceno : cujus tamen sensum interpres non assequitur, Græca hoc modo vertens, *nominaque iis à matribus induntur* : nam aliud longe hæc loquendi ratio significat; & ut Græcus dicebatur v. gr. *Ajacis filius*; ita Lycius, *filius Andromache*.

pag. 128. lin. 13. post, *fuereunt*, adde : Exstat apud me nummus æreus mediæ magnitudinis, necdum, quod sciam, luce donatus publica. Ab una parte cernitur Hostilianus, addita Inf. r. ΟΥΑΑ. ΟCΤΙΑΙΑΝ. ΜΕ. ΚΥΙΝΤΟC. ΚΕCΑΡ : ab altera templum, cujus fastigium insidet aquila alis expansis; templi frontispicium ornatur columnis quatuor, & in medio figura sedet, addita inscr. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΛΟΝ. Δ. Ε. S. C. qualis fere in Q. Herennii Etrusci honorem percussus cernitur apud Patinum. Hunc autem nummum cum alio, qui erat, ut nobis videbatur, Gordiani Pii, & cujus in area aversa occurrebat COL- PTOL. vexillum, homo arans, & supra boum capita puerulus alatus, ad indicandum coloniam deductam esse, dono dedi Jacobo Tollio, Viro Clarissimo.

pag. 129, 6, post, *Hesychio*, adde : Quin & *Mastigophori* dicti sunt homines, qui flagella in manibus habebant : Prudent. 2. contra Symm. v. 516.

Nunc MASTIGOPHORIS, oleoque & gymnadis arte
Unctis pugilibus, miles pugnabat Etruscus.

Iso Magister in Glossis scribit, *Marrucophoris*, interpretaturque *populos Asiae* : Heinsius de Laconibus sermonem esse putat, quia *μαίτριες λακωνικά*, teste Eustathio, erant in pretio. Mihi in genere videntur intelligi debere Græci, qui assiduam operam dabant ludis, atque in iis aurigabant; unde & mox pugiles, athletasque, tanquam ejusdem farinae homines, memorat. In aliis codd. scribitur; *Mastrucophoris*, & vir doctissimus per *mastrucas* arbitratu designari *cestus*, nosque ad Turnebi Adversaria remittit; & ea voce Prudentium infra diversa significatione uti scribit. *Mastrucis*

cis proceres vestire togatos. Sed nondum inveni apud Turnebum, *mastrucas* pro cæstibus sumi : & deinde nullus dubito, quin ob rationem allatam *Mastigophoris* genuinum sit. LVCOPHORI etiam memorantur in Inf. I. pag. CCCXXIII. apud Gruter. qui proculdubio fuere sacerdotes a portatis lucis, seu arboribus, ita appellati, non fecus ac *Dendrophori*.

pag. 130, 20. post, *servasse*, adde : Porphyrius quoque lib. IV. de Abstin. postquam memorasset *προφήτας, ιεροσολιτας, ιερογραμματεας, ωρολόγους*, recenset, *το λοιπόν τῶν ιερῶν τε καὶ πασοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος καὶ ὑπεργῶν τοῖς θεοῖς* : atque, uti apparet, *Pastophoros* & *Neocoros* vel *edituos* conjungit; unde haud absurde aliquis suspicari possit, templa ab illis non fecus ac his servata fuisse.

131, 12. post, *reddenda sunt*, adde : Et Porphyrius lib. 4. de Abstin. idem de Ægyptiis sacerdotibus testatur : *Ἐφαίνοντο ἡ αἰεθίων ἢ ἀγαλμάτων ἐστὺς, ἢ τοῖς φέροντες, ἢ ἀπονημίμοι καὶ τίεσοντες μὲν κόσμῳ τε καὶ σεμνότητι* : *Semper autem conspiciebantur inter deorum simulacra versantes, vel ea gestantes, vel iis precedentes, eaque ordine decore et cum gravitate disponentes.*

132, 33. post, *ignoro*, adde : Invenio tamen Nicol. Caussinum originem erroris repetere ex male intellectis Pollucis verbis. Nam cum illi *πασός* dicatur *ἡ τῆ ἐνυῆ ἀειπέτασμα*, velum quod *thalamo obtenditur*, cumque nonnulli id, *pallium*, reddiderint, arbitratur ad eundem impegisse lapidem interpretem Horapollinis. Quod ut verum esse potest; ita nequaquam adfentior Caussino, neganti, *Pastophoros* deorum thalamos vel ædes portasse, & rescribenti apud Cl. Alexandr. *πασόφρου*, id est, *templi custos*, quia ea custodiebat; quo nihil aptius ad illius & Hori mentem videt. Sed ut ex iis, quæ monui, patet, vox ea nequaquam mutanda est; & vetant id tot veterum loca, tot inscriptiones, ut mirer viro erudito illud in mentem venire potuisse.

138, 12. post, *Meurisii*, adde : Et exstat hæc dignitas in inscriptione pereleganti, quæ ad me cum aliis ineditis Smyrna misa est:

H. ΙΕΡΑ. ΣΥΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ. ΠΕ
ΠΙ. ΤΟΝ. ΒΡΕΙΣΣΕΑ. ΔΙΟΝΥΣΕΩΝ

ΤΕΧΝΕΙΤΩΝ. ΚΑΙ. ΜΥΣΤΩΝ
 ΜΑΡΚΟΝ. ΑΥΛΗΛΙΟΝ. ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ
 ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ. ΤΟΝ. ΔΙΣ. ΑΣΙΑΡΧΗΝ
 ΚΑΙ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ. ΚΑΙ, ΝΕΩΚΟ
 ΡΟΝ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΚΑΙ. ΒΑΚΧΟΝ
 ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. ΔΙΑ. ΤΕ. ΤΗΝ. ΠΡΟΣ. ΤΟΝ. ΘΕ
 ΟΕ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΠΡΟΣ. ΤΗΝ
 ΠΑΤΡΙΔΑ. ΕΝ. ΠΑΣΙΝ. ΕΥΝΟΙΑΝ. ΚΑΙ. ΔΙΑ
 ΤΟ. ΜΕΓΕΘΟΣ. ΩΝ. ΑΥΤΗ. ΚΑΤΑΣΚΕΥΑ
 ΖΕΙ. ΕΡΓΩΝ. ΚΑΙ. ΔΙΑ. ΤΗΝ. ΠΡΟΣ. ΑΥΤΟΥΣ
 ΔΙΑΘΕΣΙΝ
 ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ. ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ. ΜΗΤΡΟ
 ΦΑΝΟΥΣ. ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ. ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗ
 ΣΑΝΤΟΣ. ΑΦΡΟΔΗΣΙΟΥ. ΦΟΙΒΙΩΝΟΣ
 ΠΑΥΛΟΥ

id est, *Sacra Synodus Artificum qui circa Bacchum Brisea sunt, sive Dionysiacorum & Mystarum, Marcum Aurelium Charidemi filium Julianum, bis Asiarcham & Stephanophorum & Neocorum Augustorum & Bacchum Dei tam propter pietatem erga Deum quam benevolentiam in omnibus rebus erga patriam, & propter magnitudinem operum quae ipsi vel ejus in honorem erexit; & propter affectum erga illos. Quaestore Menophilo Metrophanis filio Amerimno: operi praefecto Aphrodisio Phoebionis fil. Paulo. Magnus certe hic aperitur differendi campus, sed nolo eum ingredi; speroque me alio tempore & hanc & alias inscriptiones ineditas illustraturum pluribus.*

p. 138. l. 18. post *legitur*; adde: Atque ita Prudentius hunc morem nobis conservavit 2. contr. Symm. 56.

*Cur etiam templo Trivia lucisque sacrae
 Cornipedes arcentur equi, cum Musa pudicum
 Raptarit juvenem volucris per littora curru,
 Idque etiam paries tibi versicolorus adumbret?*

l. 22. post *Μαωαλιας*, adde: quanquam revera nescire me fatear quid ultima sibi vox velit; nisi fuerit sacerdos in urbe Massilia, quod judicent peritiores: quomodo *Sacerdos Tusculanus, & Provincia Hispania* occurrunt in Inscriptionibus.

147, 2. post, *erat*, adde: quomodo idem sidus per hominem
 in

in navi, crocodili tergo imposita, locatum, designatum fuisse, pag. 14. docui.

151, 14. post, *latuerit*, adde: Et quidem illius Principis tempore, Asprenate & Clemente Coss. teste Cassiodoro: *Multa mœnia, & celeberrima Roma facta sunt, id est, Capitolium, Forum Transitorium, Divorum porticus, Iseum, Serapium, Horrea Piperata, Vespasiani templum, Minerva Chalcidica Odeum.*

lin. ult. post, ΘΕΙΔΟΤΟΥ, adde: Præterea sic eleganter Synefius Ep. 1. πὺ ποικιλῶ vocat, σύνναον τῆς σεμνοτάτης φιλοσοφίας; quia scilicet, ut alibi doceo, Poëticen veteres existimarunt Philosophiam esse, & Poëtas Philosophos.

165. Monendus es, lector, sigilla, quæ a mulieribus geruntur, vitio artificis magis referre cercopithecæ, quam humanos vultus, qui tamen apud Sponium clare conspiciuntur.

175. lin. penult. post, *ut vocant*, adde: qui tamen casus in nummis Consularibus sæpissime obvius est, cum vultu vel Dei, vel Deæ: quod cum non animadverteret Constant. Landus, arbitratus est Cn. Plancii imaginem in nummo, quem edidit Ursinus, cerni, ut pulchri juvenis, capillis longum collum ambientibus usque ad humeros, quodam veluti pileo caput obnubente; cum proculdubio fœmina sit & dea. Hunc ille errorem errat in explicatione nummi, cui inscribitur POSTVMA; in quo, ut hoc obiter moneam, male etiam existimat sese reperisse *Postumam* Constantii & Faustinae filiam Gratiano nuptam Imperatori: cum nummus ille referri debeat ad Gentem Posthumiam, inque eo scribitur C. POSTVMI. & nota TA, ut ex Ursino patet; & filia Constantii dicta fuerit *Flavia Maxima Constantia*; non autem *Postuma*, licet mortuo patre nata sit; ac denique in nummo Diana representetur armata arcu & pharetra.

177, 19. post, *patet*, adde: quomodo & Ado in Martyrologio pag. 147, & 176. memorat: *Viatorem martyrem, S. Viatorem Lectorem, & Viatorem presidem.*

187, 12. post, Ἡρώδης, adde: qua de re etiam videndus est Eustathius ad Il. B. p. 168. Neque tamen ita cum Meursio V. Cl. explicandus Hesychii locus, quo memorat Metrodorum Agamemnonem dixisse allegorice esse ætherem; sed is inde lucem sceneratur, quia Metrodorus non modo Agamemnonem, verum etiam

Jovem,

Jovem, Junonem, Hectorem, Achillem, aliosque Græcos & Trojanos Heroas ad allegorias revocabat, uti alibi doceo. Inde scribe, *Ceterum*, & dele *quod*.

190, 15; post, *nomina*, adde: quæ certe prohibuerunt Patres Deo vero dari; quemadmodum patet ex Origine in libris contra Celsum; ubi inter cetera affirmat Christianos *non passos fuisse Deum Maximum vocari Jovis nomine, nec Solem Apollinis, nec Lunam Dianæ*.

lin. 19. post, *Bonifacio*, adde: *Bacchus Secundicerius scholæ Gentilium & Martyr apud Adonem in Martyrol. nec non S. Mercurius Martyr in Appendice*.

191, 1. post, *derivata*, adde: Et exstat hanc in rem locus elegans apud Chrysoft. in cap. 4. Danielis: ubi Nebuchodonosor dicit Danieli esse *ὄνομα Βαλτάσαρ* κτλ. ἢ ὄνομα dei sui, qui scilicet *Bel* vel *Bal* nominabatur: καὶ γὰρ ait Chrysoft., εἶθ' αὐτῶς ἐπὶ ὀνόματι τῶν θεῶν τὰς παῖδας ὀνομάζουσιν. ἐπειδὴ κτλ. ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησαν θεούς. ἔτι οὗτος ὁ Βήλαιος, ἔτι καὶ ὁ Βήλαιος ἐκλήθη τις παρ' ἡμῶν: *Mos enim erat illis deorum nomine pueros suos nominare: quandoquidem & ex hominibus Deos faciebant. Sic Belus, sic & Belius quidam apud nos appellatus est.* Sed vir eruditus Græcarum vocum vim non videtur percepisse: neque enim scribit Chrysoft. gentiles solida deorum nomina liberis suis indidisse, ita ut ex. gr. dicerentur *Bel, Astaroth, Mars*; nec hoc locum habere potest in mutato Danielis nomine; quod non est solidum dei nomen, sed vel inde deductum, vel compositum; & ἐπὶ ὀνόματι ὀνομάζουσιν significat *in honorem deorum nomina dare* liberis suis, quod utique fiebat, si alicui dabatur nomen a dei cujuspiam nomine deductum. Sic apud Lucian. alicubi, ὅτι παρ' ἑσὶ ὀνόματι, est, *in honorem nominis tui*. Quin & illud ipsum, quod Chrysoft. adducit, exemplum hoc firmat: ut enim a *Bel* vel *Bal* derivatur *Balsasar*; ita a *Belo*; Βήλαιος, vel Βελίας, uti Cotelierius, vir Clariss. scribendum judicat; quem arbitrator mecum judicaturum, nullum alium sensum Chrysofostomi verbis dari posse.

209, 10. post, *tom. 2.* adde; & Eustath. ad Hom. pag. 1503. ὄρα ἡ καινοτροπίας μυθικῆς δι' ὧν εἰ μόνον κεφαλαῖς καὶ ὀνόμασι καὶ χερσὶ πληθύνονται Τυφῶνες, καὶ ὕδρες, καὶ Ἄργοι, καὶ Ἐκατόνχειρες, ἢ δὴ ἡ περὶ αὐτῶν Ἑρμῆος, ἀλλὰ καὶ. *Considera autem novitatis fabulares,*

vel novas fabulas, quibus non modo plura capita & oculi, & manus dantur Typhoni, & hydra, & Argo, & giganti, atque adeo ipsi Mercurio; verum etiam, &c.

213, 17, post, memorat, adde: nisi ἐν μωρίας, vertere malimus, super cubilia vel cavernas murium; quia mures sub ejus ara domos suos habebant.

218, 4. post, plurimum, adde: Nec te pœniteat adire Raphaëlis Fabretti, Viri doctissimi, Explicationem Tabellæ Ilii excidium continentis: quippe qui erudite de Smynthæi Apollinis templo agit; occupavitque Smynthæi nemoris, apud Stephanum memorati, expositionem.

225, 25; post, alios, adde: Petrus apud Prudent. in præfat. lib. 2. contra Symm. vocatur summus discipulus, eidemque Vulcanus 1, 308, dicitur summus faber Æolia vel Ætne; & in Inf. 5. pag. CLX. Grut. occurrit SVMMVS SENATOR ALMAE VRBIS.

lin. 31. post, interesse, adde. Sic Aufonius Id. 10, v. 40. Duum viros appellare summos proceres non dubitat, quia scilicet primi erant in coloniis,

— Quos curia summos

Municipum vidit proceres, propriumque Senatam.

Arbitror igitur Vithirmatem fuisse summum magistratum vel annum, vel ad longius tempus in Batavis, Romanosque nomen, quod illi potestati proprium erat, quodque forte barbarum quid illorum auribus sonabat, per hæc verba expressisse. Quod Consul Romæ, id erat Medixtuticus, nisi quod unus esset, uti patet ex Liv. 24, 19, & 26, 6. qui non aliter eam vocem interpretatur: Medixtuticus, qui SVMMVS MAGISTRATVS apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat: & mox: Lesius querendo, desertam ac proditam a primoribus Capnam, SVMMVM MAGISTRATVM ultimus omnium Campanorum cepit. Atque ad vim & auctoritatem Suffetes exprimentam non alia explicatione utitur idem 28, 37: Ad colloquium Suffetes eorum, qui SVMMVS pœnis est MAGISTRATVS, cum quæstore elicit. Quin imo in Gallis, Batavorum vicinis, similia exempla habemus; Æduorumque Vergobretum iisdem verbis nobis interpretatur Julius Cæsar, 1, 16. Belli Gall. Convocatis eorum Principibus, quorum magnam copiam in castris habebat,

bebat, in his Divitiaco & Lisco, qui **SVMMO MAGISTRATV** præerat (quem **VERGOBRETVM** appellant *Ædui*, qui creatur annuus, & *vita necisque in suos habet potestatem*) graviter eos incusat: & lib. 7. c. 32. scribit apud *Æduos*, singulos *Magistratus* (ἐὐα ἀρχοντα recte vertit *Interpres Græcus*) antiquitus creari atque regiam potestatem per annum obtinere consueſſe; tunc vero duo *Magistratum* gerere, & se utrumque eorum legibus creatum esse dicere. Et hic finibus excedere non audebat; cap. 33. *Quod legibus Æduorum iis, qui summum Magistratum obtinerent, excedere finibus non liceret; ne quid de jure, aut legibus, eorum deminuisse videretur, ipse in Æduos proficisci statuit; Senatunque omnem & quos inter controversia esset, Decetiam ad se evocavit. Quum prope omnis CIVITAS eo convenisset, docereturque, paucis clam vocatis, alio loco, alio tempore, atque oportuerit, fratrem a fratre renuntiatum: quum leges duos ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent; Cotum MAGISTRATVM deponere coegit; Convietolanem, qui per sacerdotes, more civitatis, intermissis magistratibus, esset creatus, POTESTATEM obtinere jussit. Quem locum integrum apposui, quia & alia de summo Æduorum Magistratu nos docet, & quia eundem absolute Cæsar Magistratum vocat; id quod etiam facit, c. 37. & lib. 6, c. 20. Quin & virum ejusmodi dignitate præditum possis appellare communem magistratum cum eodem Cæsare cap. 23. libri 6, de Germanis verba faciente: Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello præsent, ut vita necisque habeant potestatem deliguntur. In pace nullus COMMVNIS est MAGISTRATVS; sed Principes regionum atque pagorum in suis jus dicunt. Hinc igitur facili apparet opera, quem honorem in Batavis gesserit Flavius Vithirmas; fuit nempe, si cum Æduis loqui placet, Vergobretus; fuit, si Carthaginensium dialectus placet, Suffes; fuit, si Campanos audimus, Metiximicus Batavorum; imo si & Græcos advocare fas est, possis eum ὑπάρχον Bataviæ vocare; quomodo Thucyd. l. 8. Themum quendam appellat ὑπάρχον τῆς Ἰωνίας. Sed examine indignum non est, num Vithirmas magistratum illum gesserit belli, an vero pacis tempore. Germanos Batavorum vicinos non nisi bellis exortis communem magistratum habuisse Cæsar nos docet; & Æduos summum eumque an-*

num sibi imposuisse idem tradit. Caruovalda dux Batavorum memoratur Tac. 2. A. 11. eidemque alibi Julius Paullus & Claudius Civilis Batavi *regia stirpe* dicuntur oriundi. Quin & Straboni lib. 7. *Veromerum Batavum* vel *Batavorum Regem* memorari, arbitratur illustris Grotius, cum tamen ille eum *ἡγεμόνα* vel *ducem* appellet; & Isaacus Vossius, raræ vir eruditionis, in *Melæ* lib. 3, cap. 5. putat sese repperisse *Regem Batorum*, id est, *Batavorum*, & quidem tempore Q. Metelli Celeris, qui Consul fuit cum Afranio A. V. C. 693. ante quem ex prætura Galliam obtinuerat. *Reges* igitur, *Duces*, & *Summos Magistratus* Batavorum memorari vidimus; atque ut probatum est eruditis Reges ad instar Laconicorum Regum fuisse, nomine solo, revera optimatum tantum primos, ita dubium manet num illi perpetuam potestatem obtinuerint, numque etiam *Summus Magistratus* fuerit perpetuus; & num is belli tempore fuerit creatus tantum, ut *communis magistratus* apud Germanos. Ego ut facile suspicor Romanos eos, qui forte perpetui erant Batavorum Magistratus, & propterea auctoritate valebant, appellasse nota sibi voce *Reges*, licet regiae potestatis tantum umbram haberent; ita etiam persuasus sum, *Summum Magistratum* vel in annum, vel in certum tantum tempus, Rempubl. Batavorum administrasse; nec eum creatum esse belli tempore, verum semper tam splendidam dignitatem gessisse aliquem & forte, ut apud Æduos, per integrum annum; quocunque demum nomine, sive *Gravii* forte vel *Grafionis*, quæ vox in legibus Salicis obvia *judicem* significat, Batavi eum vocarint. Et ita multa communia habebit Batavorum *Magistratus summus*, cum *Potestate* Frisiorum, quem primo annum, inde perpetuum fuisse eorum annales vel certe eruditi produnt. Quicquid sit, illustre certe marmor nostrum monumentum est; indeque docemur circa Posthumi tempora, Batavos non regio imperio, non alienæ dominationi subditos fuisse; verum proprio paruisse Magistratui, sive annuo, ut verisimile est, sive perpetuo.

234, 23. post, ARTIS, adde: quem & *regnare caminis* canit Prudentius 1. contra Symm. 307,

— Nec non *regnare caminis*

Fertur; & Æolia summus faber esse, vel Æne.

lin. 19. post, *agunt*, adde: Sic in appendice Martyrol. Adonis memo-

memoratur *primicerius schola candidatorum*; & Procop. lib. 3. Gothicorum scribit, *Asbadum fuisse Justiniani satellitem, mox adscriptum iis militibus, qui candidati dicuntur, & denique turmarum prefectum*: illisque addantur auctores Meursio laudati in Glosario.

lin. 23. post, *occidit*, adde: *Aper Tullensis Episcopus memoratur Adoni pag. 157. Martyrol. & Porphyrius lib. 4. de Abstin. scribit Latinos sua dialecto nonnullos vocare Ἀπρος, & σιώπρος, λαοσέρες τε καὶ μερέλως*; qui locus quamvis obscurus sit, docet is tamen Romanorum aliquos cognominatos fuisse *Apros*, & *Mernlas*: id quod etiam certissimum est.

lin. 33. post, *exaudire*, adde: *Quin & alio ejusdem libri loco scribit, diis etiam nomina animalium indita, & Dianam dictam fuisse lupam, Solem taurum, leonem, accipitrem; Hecatem equum, taurum, leonem, canem*: quibus adde ea, quæ sequuntur.

240, 30. post, *virorum*, adde: *Tibullus non aliter campos Elyfios describit lib. 1. Eleg. 13.*

*Sed me, quod facilis tenero sum semper amori,
Ipsa Venus campos ducet in Elyfios.*

*Hic chorea cantusque vigent, passimque vagantes
Dulce sonant tenui guttore carmen aves.*

Facit idem Virgilius lib. 6. *Æn.* v. 656:

*Conspicit ecce alios dextra levaque per herbas
Vescentes, letumque choro pœana canentes
Inter odoratum lauri nemus* ———

& paulo ante:

*Largior hic campos æther, & lumine vestit
Purpureo, Solemque suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena.*

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Musæus quoque & filius ejus apud Platonem lib. 2. de Republ. scribunt *justos apud inferos agere, & συμπόσιον τῶν ἰσίων καὶ ἀσκημάτων, coronatos omne tempus traducere ebrios, existimantes καλλίστην ἀρετῆς μισθὸν μέθῃ αἰώνιον.*

241. 22. post, *Scholia*, adde: *Et fuit etiam in Lybia Tritonis templum, jam Argonautarum tempore celebre, si fides habenda Herodoto*

lib. 4. c. 179 : *Eique hesitanti de egressu (Latina tantum appono) apparuisse Tritonem, ac iussisse dari sibi tripodem, quod diceret ostensurum se illis exitum, atque remissurum incolumes. Adsentiente Fasone, ita demum Tritonem ostendisse, qua ratione e brevibus enavigarent, & tripodem in suo templo posuisse, in eoque tripode oraculum reddidisse, & iis qui cum Fasone erant, omnem rationem indicasse.*

Observandum tandem, quemadmodum argumentum ex voce *Triumphator* peto, Inscriptiones ultimas malæ notæ esse; ita & H. Dodwellum, virum doctissimum, supposititiam esse arbitrari Trajani epistolam, quia ipse *νικτὴς & νειοταρχος* (id est *victor & triumphator* pro forma Latinorum scriptorum) & *νεοταρχος* vocatur; & inde concludit omnia hæc recentioris ætatis plane sapere, & Constantinopolitanorum Imp. stylum. pag. 245. Dissert. Cyprianicarum.



I N D E X A U C T O R U M

Qui illustrantur & emendantur.

A.

Achilles Tattius, 30, 113.
Acta Apostolorum, 130.
Philippi Martyris, 227.
Ælianus, 5, 9, 20, 36, 54, 59, 64, 66,
70, 73, 121, 196, 213, 233, 236,
Æschylus, 120.
Agathias, 201.
Albricus Philosophus, 6, 14,
18, 77.
Ammianus Marcellinus, 11, 24,
44, 114, 116, 123, 132, 201,
222, 242.
Ammonius Aristotelis interpres,
17.
Anonymus Auctor Histor. Nor-
vagiæ, 223.
Anthologia, 156.
Apollonius Rhodius, 62, 233,
246.
Apostolius, 206.
Appianus, 177.
Apulejus, 45, 57, 75, 86, 88,
111, 120, 129, 141, 155. emen-
dat. 197.
Aristides, 54, 57, 91, 93, 94, 97.
Arnobius, 10, 34, 60, 67, 75, 86,
89, 92, 93, 99, 105, 149, 213,
242.

Artemidorus, 9, 54, 62, 69, 103,
142, 151, 152, 158, 206.
Athenæus, 33, 60, 115, 128, 141.
Athenagoras de Vero Amore,
119.
Auctor fabularis vitæ Al. Ma-
gni, 214.
Augustinus, 15, 22, 27, 99, 112.
Aufonius, 11, 22, 94, 223.

B.

Beda, 140.

C.

Cæsar, 185.
Calendarium vetus, 90.
Callimachus, 215.
Cassiodorus, 3.
Catalecta Pithæi 88, 124.
Catullus 29, 60, 65.
Chronicon Alexandrinum, 214.
Chrysostomus, 87.
Cicero, 146, 148, 202, 223.
Claudianus, 12, 186.
Clemens Alexandrinus 14, 83,
111, 113.
Cleomenes 17.
Codi-

INDEX AUCTORUM.

- Codinus, 8, 33, 208. F.
- Constantinus Bassus 41.
- Constantinus Porphyrogeneta; Festus 27, 57, 88.
252.
- Corn. Nepos, 128. G.
- Cornutus vel Phurnutus, 101.
emend. 195.
- D.
- D** Amascius, 25.
- Dio Chrysofotomus 91.
- Diogenes Laërtius, 15,
16, 148, 189.
- Diogenianus, 209.
- Diodorus Siculus, 6, 67, 78, 93,
130, 131, 146, 157.
- Dion Cassius, 98.
- Dionys. Halycarn. 166.
- Dionysius Periegetes, 84.
- Dioscorides, 19, 22, 105.
- E.
- E** Piphanius, 4, 14, 15, 27,
66, 84.
- Ennodius, 49.
- Esdra, 133.
- Euripides, 34.
- Eusebius, 5, 14, 34, 35, 73, 87,
88, 89, 104, 108, 109, 114, 115,
116, 133, 148.
- Eustathius, 20, 33, 44, 63, 74,
88, 96, 106, 115, 141, 143, 148,
166, 176, 194, 206, 213, 233.
emend. 431, 71.
- G** Emma explicata, 5, 11,
12, 13, 15, 18, 33, 34, 35,
40, 41, 48, 71, 73; &
alibi sæpius.
- Gesta Silvani apud Baluzium
Corr. 140.
- Glossæ, 27, 50, 125, 135.
- H.
- H** Arpocraton, 206.
- Heraclides, 233.
- Herodotus, 5, 54, 59, 69,
71, 94, 113, 117, 131, 135.
- Hesychius in Lexico 42, 110, 114,
128, 129, 130, 143, 144, 153,
197, 206, 209, 213, 232. cor-
rect. 137.
- Hesychius Milesius 15.
- Hieronymus, 13, 19.
- Homerus, 43, 114, 167, 233, 234.
- Horapollo, 5, 12, 33, 35, 48, 59,
73, 132. emend. 196.
- Horatius 45, 60, 184, 186, 233.
- Hyginus, 3, 6, 199, 246, emend.
179.
- I.
- J** Amblichus, 8, 16, 21, 23.
- Inscriptiones & marmora. 10,
47, 51.

INDEX AUCTORUM.

- 47, 51, 56, 79, 80, 81, 84, 88,
97, 106, 109, 121, 122, & in-
de plurimæ usque ad finem
operis & Monum. Antiquo-
rum.
- Joh. Damascenus, 112.
Josephus, 112, 132.
Isidorus Hispalensis 77, 140. cor-
rectus, 105.
Isidorus apud Photium 104.
Julianus Imp. 5, 14, 114, emend.
90.
Julius Capitol. 11.
Julius Firmicus, 41, 111, 115, 132,
137, 138.
Justinus Martyr, 92, 111.
Justinus Histor. 223.
Juvenalis, 66, 157, 196.
- L.
- L**actantius, 52, 116, 134.
Lex 17. D. de Act. Empt.
& Vend. 50.
Libanius, 209. emend. 199.
Livius, 208, 218, 230, Add.
Lucanus, 92, 233.
Lucianus, 77, 96, 110, 188.
Lucretius 146.
Lycophron 92, 142, 187, 233, 241,
- M.
- M**accabæorum libri, 132.
Macrobius, 5, 6, 10, 11, 14,
15, 18, 25, 32, 57, 64,
70, 75, 76, 84, 88, 89, 92, 94,
97, 100, 104, 107, 110, 114,
149, 166, 195, 208.
- Magni Etymologici Auctor 10,
85, 92, 139, 178, 185, 206.
Manilius 31, 99, 113,
Martianus Capella, 6, 15, 22, 34,
44, 63, 93, 100, 101, 103, 107,
110, 243.
Maximus Tyrius, 33, 41.
Menander Rhetor 114.
Minutius Felix emend. 60.
- N.
- N**icander, 198.
Nicephorus, 27.
Nonnus, 6, 56, 95.
Notæ Tyronis & Senecæ, 3.
Numismata, 7, 8, 20, 34, 37, 42,
45, 51, 53, 64, 70, 85, 101, 115,
128, 137, 145, 242. & passim.
- O.
- O**rigenes, 92, 111.
Orpheus, 34, 58, 75, 78,
88, 114.
Ovidius, 22, 40, 54, 55, 59, 67,
72, 81, 93, 99, 109, 167, 177,
179, 184, 206.
- P.
- P**ausanias, 77, 79, 81, 83,
85, 91, 122, 130, 142, 151,
162, 167, 184, 194, 196
213, 232
Passio Philippi Episcopi emend
81.
Pp Petro-

I N D E X A U C T O R U M .

Petronius,	233.	Theocriti,	83.
Phædrus,	50, 72.	Sedulius,	167.
Pherecydes,	43.	Seneca,	120.
Philaster Brixienfis,	11.	Servius, 44, 84, 91, 120, 129, 208.	
Philo Byblius,	114.	213, 241, em. 100, 104.	
Philoftratus,	66.	Sextus Empiricus,	67, 116.
Pindarus,	233.	Sidonius Apollinaris,	49, 98.
Plinius, 17, 20, 22, 24, 64, 99,		Solinus,	250.
105, 128, 131, 135, 136, 179,		Sophocles,	62.
212, 230, 246, 250.		Spartianus,	151, 166, 251.
Plutarchus, 3, 4, 5, 6, 14, 15, 16,		Stadius, 10, 87, 101, 149, 167.	
20, 73, 75, 83, 84, 87, 88, 89,		Stephanus, 83, 113, 213, 233.	
92, 96, 102, 109, 116, 119, 189,		emend. 179.	
195, 198, 243. emend. 21, 48,		Stefichorus,	148.
98.		Strabo,	17, 166, 210, 213.
Pollux,	143.	Suetonius,	85, 135.
Polybius, 129, 178, 209, 212,		Suidas, 16, 32, 67, 91, 114, 125,	
241.		194, 206.	
Porphyrus, 5, 14, 15, 23, 52, 58,		Synefius,	24, 40.
75, 84, 116, 232.			
Proclus	20, 28, 115.	T.	
Prosper,	11, 140, 223.	T Acitus, 82, 83, 185, 220,	
Prudentius,	8, 242.	221.	
Ptolomæus,	28, 90, 210.	Tatianus,	92.
S.		Tertullianus, 11, 86, 90, 94, 97,	
S Alvanus,	11.	102, 109, 133, 149, 190.	
Sarisberienfis not.	200.	Theocritus,	55.
Scholiaftes Eurip.	120.	Themiftius,	113.
Scholiaftes Germanici em.	139.	Theodoretus,	91, 112.
Hefiodi,	56, 103.	Theodulphus	em. 72.
Homeri,	213.	Theophrastus,	19.
Horatii,	85.	Tibullus,	94.
Nicandri,	129.	Trebellius Pollio, 11, 87, 225,	
Statii,	64, 100.	242.	
		Tzetzes ad Hefiodum,	15.
		ad	

INDEX AUCTORUM.

ad Lycophr. 78, 96, 114, corr.	Virgilius,	8, 91, III.
96.	Vitruvius,	49, 146.
Tzetzes Chil. 106, 198, 213.		
V.		
V alerius Flaccus, 43, 55,		
59, 101, 185.		
Val. Maximus, 134, 150.		
Varro, 22, 23, 149.		
Vellejus Paterculus 199, 220.		
Victor, 146, 184, 308.		
	Xenophon,	63.
	Z.	
	Z enobius, 42, 63, 194,	
	209.	



I N D E X R E R U M.

- A** *Bydus Milesiorum Colonia,* 215, *Dianam coluit,* *ibid. & pag. 209.*
- Accipiter Soli dicatus* 72. *ejusque forma Sol pictus*
- Acetrum vasis genus,* 140.
- Adonis Sol,* 106.
- Edilis summus Magistratus in nonnullis municipiis,* 224.
- Aega, Alexandri urbs dicta ab Alex. Severo,* 214.
- Aegida urbs:* 246.
- Aeolium urbs vel locus Chersonesi Thracia,* 179.
- Aesculapius baculum, circa quem serpens volvitur, gerit, & ούρασπ& dictus est,* 57. *Idem cum Sole,* 58. *ut puer, & senex effectus* 78. *non cognominatus fuit Asclepius; sed Aesculapius & Asclepius idem valet, alterumque Latinum, alterum Graecum est, sed Latinis etiam usitatum* 80. *Scolapinus posterioribus temporibus dictus* 81.
- Αγαλμα & statuam & rem, qua quis delectatur, significat,* 197.
- Agamemnon consecratus & cognom. fuit Jupiter,* 187.
- Alexandria Troadis a Troja distincta,* 211. *Nomen non habet ab Alexandro Paride, sed a Magno,* 211. *Alexandria εἰς Αἰγυπτίους, quam & Scythiam dictam scribunt in nummis non occurrit,* 213. *Alexandria num fuerit in Italia dubitatur.*
- Anaëtes qui dicti sint* 233.
- Αναδάγδω equus insidere,* 201.
- Angerona dea digitorum ori habet admotum,* 25.
- Animalium nomina hominibus & diis data,* 236.
- Anser Soli, Junoni, Priapo, Isidi sacratum*
- Antiochenses in Ptolemaide,* 128.
- Anubis situlam gerit* 53. *Egyptiorum fuit Mercurius, idemque qui Sol,* 147.
- Apollo Sol, sagittis armatus* 42. *pestilentiam immittere & viros occidere putabatur,* 43. *singebatur ut puer, ut juvenis, ut senex,* 76. *& seqq. fulmen tenet* 98, 102. *Martis, Vates & Augur appellatus* 94. *apud Lacedemonios quatuor manus & quatuor aures habuit,* 209. *Smintheus,* 212. *murem pede premebat, ibid. Smynthius alibi quam in Troade cultus,* 213.
- Aquila Soli sacra* 70.
- Aqua*

INDEX RERUM.

Aqua ex sententia Ægyptiorum & variorum Philosophorum rerum origo, 51.

Arcadia, pars Ægypti, unde nomen habeat, 176.

Αθανασίας Φάρμακον.

Athenagoras de vero amore, auctor, ut videtur, suppos. 119.

Αἰγυῖοι & Harpocratiiani iidem Medicis veteribus, suntque tales, qui occlusa natura nati sunt, 29.

Attis idem qui Sol 89. comas inauratas habuit statua ejus, 106.

B.

B*acchus ut puer, ut juvenis, ut senex effectus, 77. Idem qui Sol, 91. Osiris 95. Serapis ibid. Myobarbui 78. Delphis sepultus & a Titanibus disceptus, 92. Hedera ipsi sacra & κισσόνόμος dictus 96. Idem cum Hercule 97. fulmen tenuit, 98. Filius Isis. 96.*

Bacchantes sese serpentibus cingebant, 60.

Basilides Solem variis figuris coluit, cumque amuletis suis indidit; 8. Silentium coluit: 27.

Bataworum oppidum, 220. Batavi suis legibus usi, 221. & in Add.

Bina deorum vel hominum capita, ad instar Fani bifrontis, juncta in variorum populorum nummis 204.

Bœotia urbs Chersonesi Thraciæ, 179.

C.

C*aminente Sacerdotis genus,* 153.

Candidati milites, 236. & in Add.

Canis cultus ab Ægyptiis 66. deorum regionis illius comes 67. Variis diis in sacrificium oblati, ut Marti, Hecate, Geniæ Manæ, Dianæ, &c. 67, 68, 97. Num diis superis immolatus sit vel Olympiis, disquiritur ibid.

Ceres eadem que Luna 108; μέλαινα vel nigra dicta, 261.

Cerva Solis & Luna symbolum 64.

Chemarin Sacerdotes 129, 266.

Codon pars ultima & inflexa tibiæ; 144. Celta, Paphlagones eum rictuum vel rostrorum ad instar formabant, ibid.

Consus filius Isis, 27.

Consules num fuerint in Coloniais: 223.

Corvus Soli sacer 70.

Cneph Ægyptiorum deus alas non habuit 35. eo nomine serpens ipsis cultus 59.

Cuniculus potuit Solis esse symbolum 65.

Cupido fulmen tenens in clypeo Alcibiadis, 100.

Custodes, κύνες & canes dicti, 120.

INDEX RERUM.

D.

Diana sagittifera, 42. pestilentiam immittere, sed mulieres solas occidere credebatur 43. eadem quæ Luna, *ibid.* Triplex *τετράποσω* π & c. 206. non cernitur in pictura antiqua, 207.
 Diaria non fuit festum 138.
 Dies Ægyptiacus 91. 263.
 Digitum ori admotum habent varia Ægyptiorum numina, ut Harpocrates, Isis. Osiris, 25. ita nati Orus & Sol, *ibid.*
 Dii Olympii vel dii duodecim num idem qui Superi; alii apud Grecos, alii apud Ægyptios, 69. Deorum imagines parvæ admodum cultæ 85. statuæ, in ediculis etiam positæ, ab hominibus vel jumentis gestata vel tractæ 131, 135, eorum statuæ licet parvis pondus tributum, 167.
 Dii cognomina habuere a certis familiis vel hominibus, qui eos consecrarunt: 186. eorum nomina vel solida vel derivata hominibus data sunt, 188. Christiani ea retinuerunt 190. Dii Domestici, 236. Dioscuri non solum Castor & Pollux, verum etiam alii dicti, 147.
 Domus Divina 235.

E.

Encausica, 136, 257.
 Equus Soli sacrificatus, 64.

F.

Fides Candida, 184.
 Fulmen Soli, & aliis diis deabusque, ut Saturno, Junoni, Minerva, Vulcano, Bacco & c. tribuitur, 98. & sequentibus.

G.

Gallus Soli & Lunæ sacer, 16.
 Genii dati hominibus, diis, omnibusque rebus: 242.

H.

Harpocrates, scribitur etiam cum aspiratione Harpocrates, 2, 137. Harpocras 2. Isis & Osiris filius 3. natus circa solstitium hybernium ante menses nati exactos 3. Idem cum Oro, 4. & dictus Orus Apollo Harpocrates 156. Sol, 6. lato insidet & flagellum tenet, 7, 9. digito os premit, & Sigalion dictus 22, 77. Comes Ægyptiorum numinum 22. pedum

INDEX RERUM.

dum debilitate laborat, 30. alatus, 7, 32, 35. *fulam* gerit 45, *anserem* 54. *clava armatur* 55. *sinistram corporis partem tectus* 75. *Laribus vel Diis Domesticis annumeratus* 85, 117. *Amuleti loco ab hominibus gestatus* 85, 165. *Pantheus*, 117; *canis illius comes*, 118: *non tenet lucernam, sed fulam*, 120, *Testudo ipsi additur*, 122. *Diis Inferis adscriptus*, 124. *opitulatur iis qui in extremis periculis versabantur* 158.
Harpocratem aliquem reddere, 29.
Harpocratiani qui Veteribus dicti sunt, & variorum praestantium Virorum de iis sententia 28, 29.
Hecate eadem que Diana, & ad omnes Deas relata, 197. *canibus delectata, & canino capite efficta*, 198. *κυνόφαγος* dicta, 198.
Hedera Baccho sacra.
Hercules idem cum Sole, & ita labores ejus explicantur, 55, 56. *Placifer*, 81. *poculo maria trajecit, amavitque magna pocula* 97. *idem cum Baccho, ibid.* & 98. *Macrusanus*, 218. *Saxanus*, 228.
Hirundo sacer Deoīs μυχίοις, vel μυχίσις, 121.

Hludonia vel Hludania dea, 226.
Homeri quidam versus pestilentiam sedare putabatur 44.
Hydria in sacris Osiridis vel Sarapidis gestata, 51.

I.

I *Anus idem qui Sol*, 105. *biceps*, 204: *illius effigie signati nummi, quando Imperatores consulatum inibant*, 205: *Quadrifrons*, 208.
Isis rerum natura parens, Fructifera & Myrionyma 11. *alata* 36: *os digito premit*, 25. *fulam vel cymbium gerit* 45. *radiis ornatur: cornua habuit*, 109, 110. *eadem que Proserpina ibid.* & 125. *non cognominata fuit Moneta*, 145: *per eam soli Græcorum Athenienses jurabant*, 146. *variā cum Serapide fortunam Romæ experta*, 149: *variā ibi templa habuit*, 151. *Pelagia dicta*, 151. *medicis diis annumerata; & ut cacos reddere homines existimabatur irata, ita iisdem visum restituebat*, 157.
Junonis lac immortalitatis causa, 6. *apud Argivos vite coronata* 97. *fulmine armatur*: 99.
Jupiter Assyriorum & Græcorum idem

INDEX RERUM.

idem cum Sole, 9, 88. ut puer,
ut juvenis, ut senex vel bar-
batus effectus 84. Anxur 85.
fulmen non habuit juvenis, &
rubra jaculatur 99.

L.

L Egio XXII. primigenia Pia: 227.
Leo Solis symbolum apud Ro-
manos, Græcos, Ægyptios, &
forte Tartaros 9. variisque lo-
cis. Frugifer 10; signum Leo-
nis, domicilium Solis, ibid. ejus
ritibus vel capite solebant tu-
bos fontium, torcularium, &
templorum exornare, 48, 49.
50.
Lepus fecundissimum animal, non
male dicitur esse Solis symbolum
63. Amoribus dicatur, ibid.
Librarii legionum, 231.
Lotus Soli dicata 14, 19. Ægyp-
tiorum numinum capitibus im-
posita 20, per eam Solem etiam
designabant, ibid.
Lucina ἐν γόνασιν cognominata,
31.
Luna bove foemina gaudet, ejus-
que currus ab iis trahitur, 12.
navigio ab Ægyptiis imponitur,
14. Gallus gallinaceus ipsi sacer,
16. Ἀπηνόθηνλος, & Lunus di-
ctus, 17. Ad Lunam omnes
deæ relatæ 108. Lune statio Dea
dicitur, 113.

M.

M Ars idem cum Sole 14.
an Olympiis diis ad-
scriptus 68. canis ei
immolatus a Caribus, ibid. an
idem qui Enyalius 69.
Mater deum fulmine armatur 100.
Maximi cognomen variis Diis da-
rum, 184.
Melanophori Sacerdotes, 128, &
seqq. 256.
Membrum virile in plerisque gen-
tilium sacris 89.
Mercurius Ægyptiorum quomodo
effectus 53. Idem qui sol, ibid.
senex 81, 205. pacifer ibid. ere-
cta pudenda 89. & fulmen ha-
buit 99. Menestrator, deorum
cenaculum verrebat, δίανον, &
128. cultus a Gallis & Germa-
nis, 185. mortuos deducebat,
indeque πομπεύς & Ἐεχθόνιος
dictus, ibid. galeatus & senili
vultu 194: Ibis illi sacrata, &
scarabæus, Ἰβιομόρφος, 196.
Bifrons, 205, τεμνέφαλος, &
205. Mercor dictus, 227. Cad-
millus, 267.
Minerva fulmine fuit armata 100.
Σάλαπιγξ vel Tibia cognominata,
142.
Missicius miles, 243.
Mucapor nomen proprium, 227.
Muliebriter equo insidere, 201.
N. lite-

INDEX RERUM.

N.
Littera omittitur in In-
script. 212.
Navibus Ægyptiorum
diū vehebantur, ut Græcorum
& Latinorum curribus 14.
Nemesis Solis potestas; 107.
Nigris vestibus induti, qui diis In-
feris sacra faciebant 129: &
epist. D. le Moÿne.
Nilus idem qui Sol. 20. *Melo di-*
ctus, 261.
Nux pinea in sacris Solis, Ma-
tris Deum, Bacchi, Isidis; da-
turque Fraudis, Silvano, Fau-
nis, Cereri, Pani, 40, 41.

O.

O*Dites, nomen proprium*
 177.
Optimi Maximi cognomen
aliis diis, quam Jovi tributum,
 184.
Orus Osiridis & Isidis filius, idem-
que cum Harpocrate 4. *cum So-*
le, 5.
Osiris digito os premit, 25. *alatus*
 39. *stulam gerit,* 46. *Idem*
cum Sole & Baccho, 95. *Osiris*
dictus Adonis, vel duplici no-
mine cultus, 113. *tibiam obli-*
quam invenit, 141.

P.

P*An idem qui Sol* 86. *Luci-*
dus, 89. *lampadibus ac-*
censis cultus *ibid.*

Papaver ad Solem refertur, 155.
Παρωτίδες 148.
Pastophori & Pastophorium 129,
& seqq. 258.
Pattalorinchytæ heretici, silentium
observabant: vox ea non satis
percepta Augustino, 27.
Penates pellibus caninis amicti, 119.
Persea arbor non Isidi sed Harpo-
crati dicata, 21.
Phosphorus Deus, 125: & *Add.*
Pinus in sacris variorum decorum
 40, 41.
Pondus diis, eorumque simulacris
licet parvis tributum, 166: *qui-*
que ea gerebant illud sentiebant
 167.
Ponticus Maximus 245.
Priapus alas apud Ægyptios habuit,
& Orus ipsis dictus 32. *idem*
cum Sole 33, 89.
Πρόμοχθοι, 137.
Proserpina cornua habuit, & mi-
ram formam, 110. *eadem que*
Luna, *ibid.*
Pullarium suum unaquæque legio
habuit, 200. *ex pullis gallina-*
ceis, non autem columbis auspi-
cia capiebant, *ibid.*

Q.

Q*Uinquennales num fuerint sa-*
cerdotes dubitatum, 103.

R.

R*Egis & Regine nomina da-*
ta diis deabusque 232.
Rhodus unde nomen ex sen-
tentia Isidori habeat, 105.
 Qq *Sacer-*

INDEX RERUM.

S.

Sacerdotum tam virorum quam
fœminarum nominibus tem-
pora designabant 137.
Salibus præfectus miles; & Sali-
natores, 230.
Sarapis idem cum Sole, 57, 105, ali-
bi: cum Plutone, 84, 105. ut
senex & juvenis effectus, 82.
num Jofephus sub ejus forma
cultus sit disquiritur; nec obsta-
re illi opinioni eum ab uno Pto-
lomeorum ex Ponto accitum ef-
se, ut nonnulli tradunt, proba-
tur. 83. ejus in templo cupa &
acetum vel acerrum potius, 139:
quadriga ferrea e magnete sus-
pensa, 140: in sacris tibia obli-
qua, quam & invenisse dicitur,
141.
Saturnus fulmine armatus fuit, 99.
Idem cum Sole 102. nigras sem-
per genas habuit, 103. num ut
juvenis depictus sit, ibid.
Scamander etiam Xanthus dictus;
illaque nomina unde habuerit,
212.
Sedes Latinis non pro statua, sed
pro templo usurpatur 146.
Semper Augustus; similesque titu-
li; 249.
Serpens in sacris Ægyptiorum deo-
rum 59. ut & Jovis Sabasti,
Bacchi aliorumque numinum
60. Soli sacer, ejusque symbo-
lum 62. Bacchus & Bacchan-

tes serpentibus coronati, 60.
Sigillaria & Sigilliola de statu
etiam juxta magnitudinis, 86.
Silentium observabant Perse 24.
nonnulli heretici, 27.
Sol exhalationibus alitur 7. infan-
tis specie cultus, 8, & alibi: ra-
diis ornatus, flagellum tenet, 8.
navi vehitur apud Ægyptios,
14. Perseus dictus 13. alatus 32,
34. disci forma cultus 33. cly-
peum tenet ibid. pharetra & sa-
gittis armatur 41. ad eum omnes
dii relati 87. & sequentibus: ut
juvenis, ut puer, & ut senex
effectus.
Sol adoratus ab omnibus gentibus;
III; ab Essenis ex nonnullorum
sententia; a Basilidianis & Mani-
cheis, 112. Deos per excellentiam
dictus, & statio ejus Deus, 113.
Dominus, ibid. πανόπτης, mens
mundi &c. 114. Vinum ipsi non
offerebatur ab Athen. 115. con-
vitiis eum incessabant Atlantes,
hodieque id faciunt Hottentotti,
117. Phosphorus, 125.
Stephanophorus, 137.
Summanus vel Pluto fulmen ha-
buit; 99.
Summus Magistratus 224, adilis,
ibid. & omnino in Add.
Σύνναοι & σύμβωμοι θεοί, 152.
Syria Dea radiata, 110.
T.
Τερέδι & τελεεύς, 203.
Testudinem Venus Cælestis &
Cupido

INDEX RERUM.

Cupido quare premant,	124.	gia, & ἀναδορμῶν, 151. In
Thensa,	133.	Xantho sese abluit, antequam
Tibia obliqua 141; differentia inter		judicium Paridis subiret 212.
tibiam obliquam Lybicam &		Viator nomen muneris, & pro-
Phrygiam 142: varia tiliarum		prium, 176.
genera,	143.	Vitis Baccho sacra, 96.
Timotheus Tacito laudatus qualis		Upupa Soli dicata, 39.
fuert, 83.		Vulcanus fulmen tenuit, 100. Sol,
Triton a Carthaginensibus, ut		105; simulacra ejus prope cami-
Deus, cultus, 241. templum ha-		nos collocata, 106.
buit in Africa: Add.		X.
Triumphatoris titulus tarde datus		X, Pro K. in nummis & In-
Impp. 248.		scriptionibus, 137.
V.		Z.
V enus Caelestis & Cupido te-		Z Agreus, Bacchus antiquior 98.
studini instruit, 124,		fulmen tenuit 116.
Pastophoros, 132. Pela-		


F I N I S.


ERRATA.

Ipsius editionis curam propter occupationes habere non potui: corrige igitur, B.L. & hos & alios, qui forte me fugerunt, errores.

Pag. 2. lin. 1. pro *jungit*, scribe *cingit*: lin. 22. HARPOCRATES. 11, 4. *initialis*, & lin. 21. *loquitur*. 15, 34. scribe: *suique similes*. *Præsidebat*: 19, 22, post *Augustinus*, adde, *testantur*: 21, 31. *implere, in illud alii*; & lin. 31, *κυκλοτερεῖ*. 25, 19. *Westrenii*: 27, 9, *habuerit*: 28, 9, post *Harpocratianos* adde, *memorari*: 31, 25, post *pepererit*, adde, *teste Pausania*: 35, 8, *compositum*: 37, 3, post *Apollinem* adde *in*: 40, 31, dele *vocem dicit* 42, 1, *artemque eum jaculandi*, & lin. 27. *Amalthæa*: 45, 24, *aliter*: pagina, 46. figura *Isidis* sequi debet hæc verba, *conspectandam præbeo*: 48, 13, *janua videntur*: 49, 1. pro, *non absque significatione* scribe: *symbolice*. 8. *distingue, certiore fecit, in ipsa Dissertatione ita etiam legi*: 50, 5, *Ariel*: 52, 26: l. *iv* & *Σαοσιπιδου*: & lin. 32. pro *erectus* scribe, *stans*: 53, 18, *Posthumi*: 56, 32, pro *idem, velim*: 66, 22, *Marci*. 11. *picta*: 70, 5. *Goltzius*: 72, 16, *Abraxeas*: 18, hæc verba *quanquam Antoninus liberalis cap. xxviii. itegeu memoret*, poni debent post *Ovidii* versus paulo ante laudatos, & hic sensum turbant, deinde scribendum est *rostro*: 73, 36, *communis*: 74, 11, *contracta*: 30, *Veneri*; *ἀόκω* *Apollini*; 76, 32, *Liberi Patris*, & sæpius alibi in quadratis horum nominum litteris

litteris, nec non aliis peccatum est, quod semel nonuisse sufficiat: 84, 1, *conjecerunt*;
 87, 18. *Marcianorum*; & lin. 24, & ut probatum est *imagunculam nostram Solis symbolum*
esse, ita idem etiam de aliis docendum est numinibus. Nam ad Solem omnes suos
deos & deas &c. 93, 3, Eumolpus; 97, 7, dele, atque ea ratione, & lin. 13, lege, multo:
 l. 31, post *Tristanum*, adde *nec non*; mox dele *cernitur*; & post ΑΠΟΛ, scribe *occurrit*.
 pag. 107. l. 36. *Præparat. Euang. cap. 108, 22. cap. 11. lib. 1. cap. 10, & passim: 110, 18,*
lactatam; 112, 21, distingue; indigni sunt plane, p. 113. l. pen. teste Stephano: Αμαδ.
 115, 3, *omnium rerum, 4, præparat; non certe: 26; genera. Phylarchus; 34, Suidam; eos;*
 118, 13, *nummis Gentis Castæ: jacet: 120, 15, post fuisse, adde, teste Diodoro. 124. l. 27,*
 post *adscribitur; adde, respectu inferioris hemisphærii: 127. lin. 18, Xanthiis, l. 25, Abe-*
lam: 132, 22, dele distinct. & scribe, sacerdotes sacrosanctos: 135, 26, scribe, (lege Ti-
timmus): 137, 32, Decii: 142, 29, quod: 145, 36, exstructo: 146, 2, veraque: 148, 27,
διοκόγες: 152, 8, post appellare punctum, ut vocant, poni debet: lin. 9, post συ-
βαμαί, adde, atque: lin. 14. ἀγάλα, μωπ. p. 157. l. 25. pharmaca; 162, 4, adularentur:
 19, *Tellurem: 166, 13, edit. Rom. 171, 31, ΥΠΕΡΙΩΝ: 172, 19; Lexico & Diction:*
 176, 3, *periagesin: 175. 14. pro XI. scribe N. lin. pen. favere: 179, 21, Θεός; 17.*
unquam: 24, Χαλκιδέων. 183, 15, palastram sint: 186, 14. ὄμως & κόρον, 32. Et
hanc in classem referendus est: 187, 2, indita: 17. Originibus, & mox dele hæc verba;
Atque ita in Inf. apud Gruterum EX MONIT. est monitu: quia licet ultima littera
longior reliquis sit, tamen inde non sequitur ea τὸ V. comprehendi: 188, 31, cen-
seantur; 189, 16, mares: 197, 4. Εὐλεθρία: 201, l. 31, lege: Atque ita, ut ad pro-
positum redeam, muliebriter insidentem equo vel Venerem. 203, 10, l. πεικρός &
paulo post πεικρόν: l. 20, difficilis: 204, lin. pen. admittam: p. 206. l. 10. secus
ac. 208, 23, inseritur: lin. antepen. post modo adde, eidem: 209. l. pen. arcum: 210,
 2, *ΜΑΝΔΡΟ: 211, 27. Χαμαιδύφρον: 213, 8. ubi notandum præcipue Apollin-*
is: 214, 24: ab Hadriano; 35; hos nummos illustravit: p. 218. l. 15. obliervandum
infra τὸ SACRV. ductam, fuisse lineam transversam, —. quæ ultimam litteram il-
lius vocis vel, M. designabat: mox lege VITHIR. Nam T. & H sunt junctæ ad
hunc modum H. 220, 29, dele cuius: 221, 24, dele vero: 222, 11, post præbent adde,
documentum: & lin. 22. post irruptionem, eos: 227, 5. Pia, pollens: 232, 25, notatu.
 233, 15, *Marica: 29, distingue, colebatur; Hercules: 234, 13. Tanaquillus: 237,*
 16: post *singulare, adde, contineat, communicare: 27. Romanum. 243, 33, post*
idque, adde, ex ipsius testamento. Cohortem: 245, 5. Vox. 246, 21, & 23, Ab-
syrtus: 31, desumptum: 249, 2, ut 250, 4. post, refert, adde: vixque dubito,
quin vir eruditus in nummum incidit vetustate corruptum, & in quo Sempronii
Triumviri, ut in aliis multis Augusteis, scriptum fuit: 251, 6: l. id quod. Monendus
etiam es, lector; nonnunquam distinctiones non bene fuisse observatas; & pecca-
tum esse in accentibus Græcis: tandemque Herculem Saxonum a viro erudito, cu-
jus mihi nomen excidit, explicari Herculem Tiburtinum; quia Inscriptio, in qua
cognomen illud conservatur etiam, Tibure fuit inventa: teste Grutero.





Brunet

calog.

Cuper

Harpocrates et monumenta antiqua
inedita - Traj. ad Rhen. 1687 =
Seu 1694. in 4. fig. s. ar. fr.
also in Goodland

247. CUPER, G., Harpocrates, sive explicatio imagunculae argenteae perantiquae; quae in figuram Harpocratis formata representat solem. Ejusdem monumenta antiqua inedita. Accedit St. le Moine Epistola de Melanophoris. Trajecti ad Rhenum (Utrecht), Halma, 1687, in-4, gest. Front., Titel, 2 Bll, 294 pp mit 40 eingedruckten Kupfern, 7 Bll, 6 teilw. gefaltete Kupfer, Pgtbd der Zeit, stellenweise etwas gebräunt, sonst gut erhalten.

30⁰⁰

750.—

